111
H
35
NAPOLI

111
H
35

ANTHOLOGIA GRAECA.

TOM. XI.

COMMENTARIUS.

VOLUMINIS TERTII PARS PRIMA.



FRIDERICI JACOBS

ANIMADVERSIONES

IN

EPIGRAMMATA ANTHOLOGIAE GRAECAE

SECUNDUM ORDINEM ANALECTORUM

BRUNCKII.

VOLUMINIS TERTII

PARS PRIMA.

LIPSIAE

IN BIBLIOPOLIO DYCKIO

MDCCCII.

Digitized by Google

ORPHEI
DE TERRAE MOTIBUS.

¶. 1.] „Poëma de terrae motuum ſignificationibus in „plerisque Codicibus Hermeti Trismegiſto „tribuitur; at Orpheo potius adſcribendum eſſe mon„ſtrat Fabricius Biblioth. Gr. T. I. p. 115. a quo diſ„ſenſit nuperus Orphicorum editor. Antiquorum li„brorum ope deſtitutus quaedam in hoc carmine emen„davi, quae ſi eruditi non probaverint, meliora forte „aliquando dabo. Nam quaecunque in haec analecta „ex editis libris retuli, decretum mihi eſt omnia ad „Mſſ. codices exigere, unde ſinceriora iterum et ube„riora prodire poterunt.“ *Br.* Extat hoc carmen in Append. Anthol. Planud. p. 494. St. *4. Wech. cum titulo: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ σεισμῶν. ἐν ἄλλῳ Ὀρφέως. Orpheo tribuitur in quibusdam codd. Vide Catalog. Bibl. Lugd. Bat. p. 400. nr. 15. *Bandini* Catal. Bibl. Medic. II. p. 119. Sub Orphei nomine prodiit Pariſiis ap. Morellum 1586. 4. cum verſ. metrica Antonii Baifii. Repetitum ex Apographo Bibliothecae Laurentiano-Medicaeae, quod *Eſchenbachio* miſerat *Antonius Magliabechius*, ſub titulo: Ὀρφέως περὶ σεισμῶν. *Orphei de Terrae motibus Catalecton* – edidit C. C. F. 1691. 4. Siglas in titulo C. C. F. *Schlaegerus*, cujus exemplari utor, ſic interpretabatur: *Chriſtophorus Conradus Falknerus*; ſed *Schoderum* libelli editorem eſſe dixit *Willius* in Nürnberg. Gelehrten-Lexicon Vol. I. p. 360. Vide *Harleſium* ad Fabr. B. Gr. T. I. p. 159.

Sub Trismegisti nomine Miscellaneis Graecorum carminibus hoc carmen inseruit *Maittaire*. Londin. 1722, 4. — Quod ad argumentum ejus attinet, nititur opinione, terrae motibus varia portendi secundum anni et diei, quo fiunt, tempora. Sequitur itaque poëta Solem per zodiaci signa euntem, quo totum carmen in duodecim partes dividitur, in quarum quaque primum, quid nocturnus, deinde, quid diurnus motus portendat, docet. — V. 1. φίλον τέκος Cod. Medic. metro reclamante. — V. 2. κινήσει. Idem. — V. 3. ὅττε omnes, quos vidi, sensu perturbato. Verba enim sic jungenda: φράζεο, ὅ τι βροτοῖς φράζει Κυανοχαίτης, ὁππότε γαῖαν κινήσῃ ἄν. — Mox Medic. ἐπί τ' ἀτυχίῃ κακότητα φράζε. — V. 4. In marg. Ἥλιος ἐν κριῷ. in Medic. additum μὴν Ἀπέλλιος. Ibidem ὁππότ' ἂν et ἰσημερινήν. — V. 5. κριὸν δέ. Steph. Wech. Medic. διεκτρέχει ἔνθ' ἄρα τῆγε Medic. sine sensu. — V. 6. νυκτερίη γ. ἀμφισελίζῃ. Med. — V. 7. ἀλαπαδνὴ omnes; quod vitium bene emendavit *Brunckius*. Signum hoc est, urbem aliquam ex insignioribus defecturam. — V. 8. φρ. τόδε Med. — V. 10. πημοσύναις τε ὕβρεις. Med. — V. 11. Ἥλιος ἐν ταύρῳ. Μὴν Μαΐῳ. marg. Med. — ἐφορμήσῃ. Med. soloece. — V. 14. ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φ. π. μέγα ἔργον Ἐρχομένους τοῖς κρείσσοσιν ἀλλὰ φυλάσσου. Medic. In his melior lectio videtur latere, quam corrupit omissum verbum ἔσσεται. Srihendum nimirum:

εἰρήνη τεθαλυῖα
ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φέρει πολέμου μεγάλοιο
ἔργον ἐπερχομένου τοῖς κρείσσοσιν· ἀλλὰ φυλάσσου.

— V. 16. Ἥλιος ἐν Διδύμοις. μὴν Ἰουνίῳ. marg. — V. 18. mutilus versus in antiq. edd. sic exhibetur: Δυσμενέες βροτοὶ ἐγχεσίχειρες. quem *Huetius* sic explevit, ut βροτέοι κακοπράγμονες legat. Cod. Med. h. v. penitus omittit. — ¶. 2.] V. 19. ὑπ' ἄλγεα et ἡμετέρην. Vulgo. Cod. Med. corruptissime: ἡμέρην παλὰ σωσὴν ὑπάλγεα. Fortasse vi-

tium latet in verbo. — V. 21. ἔσσοντ' – διὰ μήνιας ἑ. Medic. quod fortaſſe non ſpernendum. Verbum διαμηνίη an aliam, praeter hunc locum, auctoritatem habeat, ignoro equidem. — Senſus eſt: Reges et duces deorum ira honore privabuntur. Minus recte Grotius: *ſine nomine reges Ignavique duces ſuperûm mittentur ab ira.* — V. 22. Ἥλιος ἐν καρκίνῳ. μηνὶ Ἰουλίῳ. marg. — μοίρη eſt pars zodiaci, aſtro cuidam aſſignata. In Med. ἠοῖ ῥην τε κ. — V. 23. τότε δή. Vulgo et in Medic. *Brunckii* emendationi patrocinatur v. 51. ὅθι τροποὶ ἠελίοιο χειμερινοί. Ut in hoc loco plurali numero poëta utitur, ſic v. 23. etiam, praeëunte Mediceo, θερινοὶ τροποὶ legendum videtur. — V. 24. ἡ κίνησις τοῦτο φέρει. Medic. — V. 26. ἀπόστασιν. Omnes. — αὐτοῖς opponitur τοῖς οἴκοις, quod latet in ὠλεσίοικον, habitatores domibus. Hunc pronominis uſum illuſtravit *Caſaub.* ad Theophr. Char. c. 11. *Abreſch.* in Lectt. Ariſtaen. p. 207. ſq. et alii. — V. 27. Ἥλιος ἐν λέοντι. μηνὶ Αὐγούστῳ. marg. — μοῖρ' ἰόντος. Medic. — V. 30. ἔξουσιν. Medic. Notandum καὶ ταῦτα pro ταὐτὰ, *haec eadem.* — V. 31. Ἥλ. ἐν παρθένῳ. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ. marg. — ἠελίοιο. Med. — V. 32. λιμὸς vulgo; cujus lectionis vitium ſeq. verſus demonſtrat, ubi iterum fames ex frugum inopia commemoratur. Veram lectionem λοιμὸς, quam *Br.* conjectura aſſecutus eſt, ſervavit Cod. Medic. qui v. 33. καρπὸν exhibet. — V. 34. Ἥλ. ἐν ζυγῷ. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ. marg. Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερινὴν ἀ. Vulgo et in Medic. Paulo violentior *Brunckii* correctio, nec neceſſaria, modo corrigas:

ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερίην τ' ἀφίκηται

quod dictum ad figuram apud poëtas crebro obviam, pro ἰσημερίην φθινοπώρου. — V. 35. χηλὰς δ. Medic. — νυκτερινὸς, Neptunus ſcil. Cf. v. 6. 46. — V. 36. φθορὰν ἐξαναφάντων. Med. Ibid. v. 37. χαλεπὸν τ. φράζον, et v. 38. πολλὴν δ' αὐτὸν κ. γαῖαν κλύσει. — V. 39. Ἥλ. ἐν σκορπίῳ. μηνὶ Νοεμβρίῳ. marg. — V. 42. τότε δὴ τότε. In

hac repetitione magnam quaesiverunt emphasin. *Eurip.* Oreſt. 1483. τότε δὴ τότε διακρεκεῖς ἐγένοντο φρένες. *Lucian.* T. IV. p. 211. τότε δὴ τότε ἐκκεκίβωται. Conf. *Schütz.* V. Cl. ad *Hoogeveen* de Partic. p. 202. — V. 44. Hunc verſ. omittit Medic. fortaſſe recte. Eum adſcriptum fuiſſe puta vetſui 40. ſive 41. Fortaſſe etiam in v. 41. duplex fuit lectio: altera, quae nunc habetur; altera haec: ζωὸς μεγάλου διὰ βουλάς. — V. 45. Ἦλ. ἐν τοξότῃ. Δεκέμβριος margo. — τοῦ τόξου. Med. Idem v. 46. κινήσει. — V. 47. ἴμμεναι omnes. — ¶. 3.] V. 48. πολίων βασιλεῖ εἰ. — V. 49. ἄλλην et φεύγοντα. Med. — V. 50. Ἦλ. ἐν αἰγοκέρωτι. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ. marg. — εἰ δέ κεν αἰγ. Vulgo et Med. Scribe: εἰ δέ κ' ἐν αἰγ. — V. 52. σύννυχος. Med. — V. 53. Recepta erat ap. veteres ſententia, terrae motum ventis in terra latentibus exitumque quaerentibus effici. *Ariſtotel.* in Meteorol. II. p. 782. C. δεῖ γὰρ νοεῖν, ὅτι, ὥσπερ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν καὶ τρόμων καὶ σφυγμῶν αἴτιόν ἐστιν ἡ τοῦ πνεύματος ἐναπολαμβανομένου δύναμις, οὕτω καὶ ἐν τῇ γῇ τὸ πνεῦμα παρακλήσια ποιεῖν, καὶ τὸν μὲν τῶν σεισμῶν οἷον τρόμον εἶναι, τὸν δ' οἷον σφυγμόν. *Senecae* Qu. Natur. VI. 12. *Spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et ſub mari; deinde cum eſt obſtructus ille trames, per quem deſcenderat, reditum autem illi a tergo reſiſtens aqua abſtulit, huc et illuc fertur et ſibi ipſe occurrens terram labefactat.* Sed haec uberius explicata dedit *Schneiderus* V. Cl. in Not. ad Eclog. Phyſic. T. II. p. 108. ſqq. — V. 54. πόλεμον δακρυτόν τε Med. unde fere ſuſpiceris fuiſſe: πολ. πολυδάκρυτόν τε γενέσθαι. — V. 56. Ἦλ. ἐν ὑδροχόῳ. μηνὶ Φεβρουαρίῳ. marg. εἰ δέ κεν ὑδροχόῳ διανίσσεται ἠέλιος. Vulgo. Ὑδροχόῳ δ' εὖτ' ἂν διανίσσεται. Medic. Etiam hoc loco violentior Brunckii medicina. Vitium haerere videtur in διανίσσεται. Suſpicabar:

εἰ δέ κ' ἐν ὑδροχόῳ δινεύσῃ ἠέλιος
φέγγος, νυκτερίη δ' ἐλελιχθῇ —

Conf. v. 34. 35. δινεῦσιν, ſignificatione neutra, idem quod στρωφᾶσθαι, quo vocabulo in hac re utitur noſter v. 16. 46. 60. — V. 57. νυκτερινῇ. Medic. — V. 61. Ἥλ. ἐν ἰχθῦσι, μηνὶ Μαρτίῳ. marg. τῶν ἰχθύων. Med. — V. 62. ἔνοσις προγένοιτο ex Medic. praeferendum. Nam in multis compoſitis vi fere caret praepoſitio πρό. Vide *Fiſcher.* ad Velleri Gramm. III. 2. p. 133. In eodem cod. θοὴ διὰ νύκτα habetur, omiſſis verbis τότ' ἔσται. — V. 63. π. μὲν πολίσσι διάσεισις. Medic. quod fortaſſe praeferendum. Nec tamen περίσεισις temere repudiandum. *Heſych.* περίσεισις. θλῖψις. ἀνάγκη. μέριμνα. Fuſe hoc vocabulum explicavit *Gataker.* ad M. Anton. IX. 13. p. 271. — εἰ δέ κεν ἠὼ. et ἠὼ vulgo et in Med. — V. 64. γαίης κινηθῇ π. Medic. recte. Cf. v. 28. — V. 65. εἰῶν. Vulgo. ἐῶν. Medic. — V. 66. φθορέ. Medic.

THEONIS ALEXANDRINI CARMINA.

Vide Animadverſſ. Tom. II. P. III. p. 196. ſqq.

SECUNDI EPIGRAMMATA.

¶. 5.] *I.* Planud. p. 333. St. 472. W. Opus caelatum deſcribitur, quod Cupidines arma deorum humeris geſtantes repraeſentabat. Expreſſum carmen ex *Philipp.* Ep. LVII. Utrumque reſpexit Auctor Carm. VIII. in Priapejis, ubi deorum arma recenſita leguntur, quod animadvertit *I. B. Pius* Annotatt. Poſter. c. CLIV. et *Burmann.* Anth. Lat. T. II. p. 486. Amorem exuvias leonis et fulmen gerentem exhibet gemma ap. *Begerum* in Theſ. Brand. p. 183. — V. 2. »νήπι' ἀγαλλόμενοι. νήπια »pro νηπίως. Male vulgo legitur ἀγαλλόμενα.« *Br.* Emen-

dationis veritas apparet ex *Philippi* Ep. l. c. Ἔρωτες — ἀθανάτων σκῦλα φερυσσόμενοι. — V. 5. ἁλίου. θαλαττίου. ἅλιον. θαλάσσιον. *Heſych.* Hoc loco ipſum Neptunum ſignificat. — V. 7. τί πλέον. Quid praeſidii mortalibus ſupereſt, ſive, quomodo mortales Cupidini reſiſtent, cum hic vel ipſum Olympum expugnaverit, deorumque arma ſpoliaverit Venus?

II. Vat. Cod. p. 406. εἰς ὄνον ἐν ἅλωνι ἀναγκαζόμενον μετὰ ἵππων συμπατεῖν τοὺς ἀστάχυας. Planud. p. 47. St. 68. W. Aſinus novum ſibi laborem praeter caetera impoſitum conqueritur. — V. 1. ὀγκιστήν. Vat. Cod. Verbum ὀγκᾶσθαι de aſinis proprium, quamvis refragatur *Thom. Mag.* p. 173. ut *oncare* ap. Latinos. Vide *Gesnerum* in H. An. T. I. p. 14. et *Garack.* Adverſ. Poſth. II. p. 420. — ἐν ἵπποις ἁλωσιναῖς, *equis trituranibus.* Femininum genus poëta ut elegantius praetulit. — V. 2. δρόμῳ. Vat. Cod. γυρὸς δρόμος. *Aream* enim *eſſe oportet potiſſimum rotundam;* verba ſunt *Varron.* R. R. I. 51. *Seneca* Qu. Nat. I. 2. *quia fere terendis frugibus loca deſtinata ſunt rotunda. Aelian.* N. A. IV. 25. ὅταν ἁλοητὸς ᾖ καὶ στρέφωνται περὶ τὸν δῖνον οἱ βόες. Propter rotundam formam τὴν ἅλω Teleſilla prima δῖνον vocavit, ſecundum *Athen.* L. XI. p. 467. F. Vide inprimis *Ruhnken.* Ep. crit. p. 179. — V. 3. ἄχθος ἀνάγκης μύλοιο. onus a neceſſitate impoſitum molae circumagendae. Veterum loca, ubi aſini huic negotio adhibiti commemorantur, collegit *Burmann.* in Anth. Lat. T. I. p. 627. et T. II. p. 371. ſq. Adde *Bochartum* in Hieroz. L. II. p. 188. — στειχηδόν. id quod στρεφόμενος, *curſu flexuoſo.* — σκοτόεις. *Lucian.* in Aſin. §. 42. T. VI. p. 181. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὀθόνην τοῖς ὄμμασιν ἐπιπετάσαντες ὑποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης, εἶτα ἤλαυνον. unde *Appulej.* Metam. L. IX. *die ſequenti molae, quae maxima videbatur, matutinus adſtituor, et illico velata facie propellor ad incurva ſpatia flexuoſi canalis.* — V. 5. Vulgo poſt ἐρίζομεν interro-

gandi ſignum ponitur; perperam. — Mox vulgo legitur: ἢ β' ἔτι λοιπὸν ἦν. quod ex Cod. Vat. emendatum. Arationi, quamvis raro, adhibitos tamen eſſe aſinos docet *Plinius* H. N. VII. 68. p. 469. et *Varro* de R. R. II. 6. *Plerique deducuntur ad molas — aut etiam ad arandum, ubi levis eſt terra, ut in Campania.* Plura in hanc rem dabit *Bochartus* in Hieroz. L. II. 13. p. 186. — V. 6. σκολιήν. *Heſych.* σκολιά. — δυσχερῆ. ἐπικαμπῆ. ἄντικα. δύσκολα.

¶. 6.] *III.* Vat. Cod. p. 363. Plan. p. 79. St. 115. W. In navigium poſt multa itinera flammis conſumtum. Ejusdem argumenti carmina laudavimus ad *Leonid. Tar.* LXII. T. I. P. II. p. 118. — V. 1. Vett. edd. ante Stephanum πολέμου· inepte. πελάγευς exhibet etiam Vat. Cod. Expreſſus verſus ex *Antiphilo Byz.* Ep. XXVI. μυρία με τρίψασαν ἀμετρήτοιο θαλάσσης κύματα. — V. 3. μέλας Εὖρος. *Horat.* Epod. X. 5. *Niger rudentes Eurus, inverſo mari, Fractosque remos differat.* ubi vide *Mitſcherl.* Adde *Caſaubon.* ad *Strabon.* IV. p. 276. D. — V. 5. ναυηγὸς ἐν πυρὶ argute de nave, quae in flammis periit. Simile eſt, ſi quis in terra naufragium feciſſe dicitur. Cf. notata ad *Zelozi* Ep. I. T. II. P. III. p. 184. — χθονὶ ἀπίστῳ. etiam hoc epitheton, quod mari plerumque tribuitur, argute ad terram translatum, praeeunte *Leonida* l. c. ἀλλὰ θαλάσσης τὴν ἐμὲ γειναμένην εὗρον ἀπιστοτέρην. — V. 6. ἡμετέρης. quae mihi favit, me incolumem ſervavit. — ἔθατο; Vat. Cod. a pr. man.

THEODORI PROCONSULIS DISTICHA.

I. Vat. Cod. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. Hermocratem quendam ingenti naſo inſtructum fuiſſe, ita *Theodorus* ſignificat, ut illum naſi ſui partem eſſe

dicat, Ἑρμοκράτης τῆς ῥινός. Quum enim majora pro toto, minora pro parte habenda ſint, Hermocrates autem naſo ſuo longe ſit minor, perperam dici *naſum Hermocratis*. χαριζόμεθα. tribuimus longiora (ut partem) brevioribus (tanquam toti.) — V. l. τὰς (τᾶς) ῥινὸς et τὰν pro τήν. Vat. Cod.

II. Vat. Cod. p. 295. εἰς Σάτυρον τὸν μιμολόγον. in contextu tamen Τίτυρε legitur. Illud doctrinae, ſed parum aptae, oſtentatori deberi puto, qui Tityri nomen ſibi interpretandum ſumebat. *Scholiaſt. Theocrit.* Eid. III. 2. ὄνομα κύριον ὁ Τίτυρος. τινὲς δέ φασιν, ὅτι Σειληνός τις, οὐ Σικελιώτης. ἄλλοι δὲ τοὺς τράγους, ἕτεροι τοὺς Σατύρους. *Euſtath.* Il. σ. p. 1214. Τίτυροι γὰρ Δωριεῖς οἱ Σάτυροι. Vide inprimis *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. III. 40. p. 231. ed. Lipſ. — Cum argumento carminis comparandum *Juliani Aegypt.* Ep. LXVI. LXVII. — μιμολόγον. *Eubodus* II. T. II. p. 288. Ἠχὼ μιμολόγον. — V. l. quaedam edd. ἰγέλασε.

GABRIELII PRAEFECTI DISTICHON.

¶. 7.] Planud. p. 332. St. 471. W. Hoc diſtichon ſine lemmate non intelligeremus. πιπεράτιστον (in Aldin. l. πιπεροπάστῃ habetur) vox eſt barbara, quam *Opſopoeus* libum pipere inſperſum interpretatur. Equidem vaſculum eſſe putaverim, quo piper appoſitum inſpergebatur cibis. Hujusmodi vaſculo inſculptus Amor inepto huic diſticho occaſionem dedit. — V. l. κατανεύσεων. Cf. *Alphei* Ep. III. 3. 4. — ἄπνους, quia ſculptus ſcil. — πυριστάρτου δήγματος. propter piperis naturam, ὅτι δάκνει. Jam amoris cruciatus paſſim morſibus comparantur. Poëta ap. *Plutarch.* T. II. p. 77. B. ὅτῳ δ'

ἔρωτος δῆγμα παιδικοῦ πρέσεστιν — quae Sophoclea esse, ex eodem scriptore p. 619. A. docuit *Valcken.* ad Phoen. p. 138. γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει. *Lucian.* T. II. p. 400.

TIBERII ILLUSTRIS
EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 358. Planud. p. 43. St. 62. W. Expressum ex *Polyaeni* Ep. IV. T. II. p. 287. ubi vide not. p. 329. — V. 2. δακέτων. Scr. δακετῶν. — V. 4. τὸν κείνης θάνατον. ipsum venenum exsuxit, quo facto mater servata est, pullus periit.

II. Vat. Cod. p. 420. Plan. p. 43. St. 62. W. In damam, quae, cum, sylva relicta, in mare descendisset, a piscatoribus capta est. — V. 2. τὸν ἀπὸ γῆς. mortem, quam terra minabatur, in fluctibus obii. — V. 3. ἐνέδραμον. Vat. Cod. quod praeferendum videtur. — εἶτά με vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἡ μάτην φυγάς. peccavi, quod temere terram reliqui, *nec* immerito piscatorum praeda sum facta, cum ex sylvis meis et montibus aufugerim. Scribendum οὐδ' ἀδίκως, quod Vat. Cod. praestat. — V. 7. ἄγρην. Vat. Cod. male. ἄστοχον ἄγρης pro ἄνευ ἄγρης. nunquam in posterum non plenis redibitis manibus, cum jam non piscibus tantum, sed etiam feris tendatis retia.

EUTOLMII SCHOLASTICI
EPIGRAMMATA.

¶. 8.] *I.* Vat. Cod. p. 157. cum lemmate: εἰς τὸ παιχθὲν ὑπὸ Παλλαδᾶ, τὰν θῶ etc. Cf. Ep. *Palladae* XCII.

quod in membranis praecedit. Planud. p. 443. St. 576. W. Nomen auctoris depravatum in Cod. Med. in Εὐνομίῳ. Cf. *Bandin.* p. 103. — V. 1. κόρυς et Ἀθήνης. Vat. Cod. — V. 2. μεμβλιάδης. Ed. Flor. Ceterae μεμ βιάδης. Verum nomen reſtituit *Huetius* p. 42. aſſentiente Cod. Vat.

II. Vat. Cod. p. 457. cujus auctoritate *Eutolmio* redditum. In Plan. enim p. 379. St. 517. W. auctoris nomine caret. Scriptum eſt in θερμοχύτην, i. e. vaſculum, unde calida defundebatur. Calidae uſum in potationibus illuſtravit *Athen.* L. III. p. 123. *Pollux* IX. 67. ſqq. et peculiari libello *Freinshem.* Argentorati. 1636. 8. in *Gronovii* Theſ. T. IX. adde *Lipſium* in Electis I. 4. p. 28. θερμοχύτης formatum vocabulum, ut πεζοχύτης, nec fortaſſe ad calidam tantum, verum etiam ad frigidam aquam adhibebatur. In talibus enim etymologia non nimis urgenda eſt. Quod ſi admiſeris, ſenſus epigrammatis perſpicuus. Thermochyta quaſi medius inter vinum et Nymphas, quia inde vinum aqua temperatur, et quidem modo calida, cujus natura Baccho propior, modo frigida, quae tota Nympharum eſt. τὸν παραλειπόμενον, id quod deeſt; i. e. nimis calidam potionem frigida, frigidiorem calida tempero. Facit huc *Tacitus* Annal. XIII. 16. *Innoxia adhuc et praecalida, et libata guſtu potio tradita Britannico: deinde, poſtquam fervore aſpernabatur, frigida in aqua affunditur venenum.* ubi vid. Interpretes. — τὸν παραλειβόμενον tentabat *Huetius* p. 36.

III. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 231. St. 335. W. In Menippam, quae, filio immatura morte exſtincto, et ipſa inter luctum et gemitus animam efflavit. Conf. *Bianor.* Ep. XVII. Noſtrum Ep. *Burmannus* admovit epitaphio in Anth. Lat. T. II. p. 56. LXXXII. in Addend. p. 683.

IV. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 260. W. 375. St. Expreſſum ex *Parmenionis* Ep. XIII. et XIV. — V. 3. Proci omnes eodem luctu affecti ſunt. Nam cum nulli deſponſata eſſet, omnes eam ut ſuam plorare poterant.

JULIANI ANTECESSORIS DISTICHA.

¶. 9.] *I.* Vat. Cod. p. 558. Planud. p. 141. St. 205. W. In hominem deformem. — V. 1. παρομοίιον. Vat. Cod. et μετέθηκε a pr. man. — στρουθῷ. τῇ λιβυκῇ ἢ ἀγρίᾳ ἢ μεγάλῃ ἢ στρουθοκαμήλῳ. *Scholiaſt.* στρουθὸν ſimpliciter pro στρουθοκαμήλῳ poni, ut ap. Latinos *ſtruthionem*, docuit *Brunck.* ad Av. 874. Acharn. 1105. cum quo tamen conferendus *Locella* ad *Xenoph.* Epheſ. p. 155. ſq. Sed magis ad rem facit, quod ſtruthionis appellatio in conviciis erat, ſi quis ſtolidum et magnae molis hominem rideret. Vide *Boettiger.* ad Terent. Eunuch. p. 54.

II. Cod. Vat. p. 558. Planud. l. c. — ἀμητός. Pilis totus tibi vultus horret haud ſecus ac ſpicis ager; huic igitur meſſi non forcipes, ſed falces immittendae ſunt.

III. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 133. St. 192. W. „Lemma in Vat. Cod. εἰς κονδόν. Vox eſt barbara, de „qua videndus Ducangius in Gloſſario.“ *Br.* κονδὸς eſt *curtus, parvus.* — Homini cuidam pygmaeis ſimili poëta ſuadet, ut in urbe habitet potius, ubi minus, quam in agro, gruum injuriis ſit expoſitus.

IRENAEI REFERENDARII EPIGRAMMATA.

¶. 10.] *I.* Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 669. nr. 375. Ad puellam, quae, priſtina ſuperbia depoſita, poëtam amplexibus tenebat. — V. 2. κόμπου ἀπωσαμένη. *Paulus Silent.* Ep. XXXVI. τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἀπωσαμένη. — V. 3. δεσμοῖς. *Tibull.* El. I. 1. 55. *Me retinent vinctum formoſae vincla puellae.* *Propert.* II. 12. 25. *Atque utinam haerentes ſic nos vincire catena Velles, ut nunquam ſolveret ulla dies*; quibus ſimillima haec *Tibulli* L. IV. 5. 13. *valida teneamur uterque catena, Nulla queat poſthac quam ſolüiſſe dies.* Cf. Miſcell. Obſſ. T. V. p. 116. et *Interpp. Horatii* I. Carm. XIII. 14. — V. 4. ἐλευθερίης. nec libertatem deſiderans. Ductum fortaſſe ex *Anacr.* XXX. ubi Amor Pulchritudini in ſervitium traditus, κἢν λύσῃ τις αὐτὸν, οὐκ ἔξεισι, μενεῖ δὲ Δουλεύειν διδάσκων. — V. 5. οὕτω γάρ. membr. et *Reisk.* recte, ut mihi videtur. Cauſa praecedentis enuntiationis redditur: In hoc complexu, ubi corpora et animae junguntur, libertatem non deſidero. In φωτῶν haerebat *Cornel. de Pauw*, qui ſic *homines* in univerſum appellari poſſe dubitans, βρωτῶν inepte conjiciebat. Si quid mutandum ſit, legerim: σώματ' ἐρώντων. — Sic animae et corpora commiſcentur amoris impetu. Conf. not. ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. — Pro ἴσχυτα *Reiskius* ἴσλυτα mallet, quod corpori magis, quam illud, convenire cenſebat. At illud quoque locum habet. *Paul. Sil.* Ep. XII. Μενεκρατὶς ἴσχυτος ὕπνῳ κεῖται. *Soſipater* ſive potius *Dioscorides* Ep. II. Δωρὶς παρέτοις ἰξεχόθη μέλεσι. — V. 6. μιγνύμενοι Cod. Vat. quod emendavit *Reisk.* — βιώματα φιλίης, amoris et cupiditatis impetus. Vide ad *Pallad.* Ep. XLVIII. 2. T. II. P. III. p. 228.

II. Vat.

II. Vat. Cod. p. 127. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. p. 672. nr. 378. Puellam deſcribit pudore impeditam, quominus ad amantis preces reſpondeat. Hanc rogat, ut nutu ſaltem, quid velit, ſignificet. — κάτω νεύουσα. prae pudore ſcil. Cf. ad *Straton.* Ep. VII. 5. T. II. P. III. p. 58. — V. 2. „ἀκρολύτειν eſt nodum zonae „ita vexare, ut nihil proficiatur in ſolvendo, neque appareat, ſolvere velis nec ne.“ *Reiske.* — V. 3. πέλοι ex marg. Ap. Lipſ. in contextu poſuit *Reiskius*; rectius cl. editor membranarum ſcripturam ſervavit: Venus nihil cum pudore commune habet. Huc facit *Addaei* Ep. ab *Huſchkio* editum in Anal. cr. p. 260. αἰδώς σου κλείει τὴν ἐκλ. τοὔργον ὀδόν.

III. Vat. Cod. p. 127. Εἰρηναίου ῥεφενδ. In Planud. p. 466. St. 606. W. Ἀρηναίου ῥαιφεφενδαρίου (in edit. ante Steph. ῥαιφενδ.) inſcribitur. — In mulierem meretriciis moribus, et, quamvis marceſcentem, nondum tamen humilem. — V. 1. ἰνδάλματα. oculos ſpeciem occulti amoris et reconditae flammae ſimulacrum ostendentes. ἔσαν ἰνδάλλοντο *Apollon. Rhod.* I. 1297. II. 545. Cf. *Ruhnken.* ad *Tim.* p. 150. — V. 2. En oris ad riſum *valgiser* diducti deſcriptionem ſatis vividam! ἀκροβαφῆ. labia fucata intelligo. In toto hoc loco *Irenaeus* ante oculos habuit *Theocrit.* Eid. XX. 13. χείλεσι μυχθίσδουσα, καὶ ὄμμασι λοξὰ βλέπουσα· Καὶ πολὺ τᾷ μορφᾷ θηλύνετο, καί τι σεσαρὸς Καὶ σοβαρὸν μ' ἐγέλασεν. — V. 3. Laudat h. v. ſed cum inſigni depravatione, *Suidas* T. III. p. 344. σοβεῖ. διώκει. παραπάζει. ἐν Ἐπιγρ. καὶ πολὺ κιχάζουσα σοβεῖ ἀντὶ τοῦ α. quod *Kuſterus* ex ingenio emendare conatus ſomnia dedit. Epigramma, unde depromtus locus, indicavit *Toup.* ad Suid. T. III. p. 344. — κιχλίζειν de riſu meretricio. Vid. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 136. et infra ad *Macedon.* Ep. VII. — εὐβόστρυχον αἴγλην, multos ſplendidosque cincinnos. — V. 4. Manus effuſas, ἐκχυμένας, accipio de crebra brachiorum jactatione, qua vi-

vidioris ingenii mulieres utuntur. Longe aliter *Grotius*, qui omnino in horum verſuum interpretatione a veritate aberraſſe videtur:

Lumina bina rotas flammae ſimulacra lateutis:
Labra ſed obliquum quae trahis arte rubent.
Rides cirrigeros quatiens laſciva capillos:
Sed fluit in laxa pelle ſuperba manus.

Fruſtra vir ſummus in his verſibus ἀντιθέσεις quaeſivit, quae continuam meretriculae imaginem ſiſtunt. — V. 5. ὄγκος. in marg. Vat. Cod. γρ. ὀγκάς. — V. 6. οὖκο. Vat. Cod. — Sententiarum nexus hic eſt: Quamvis micantibus oculis, ore, riſu, brachiorum motu animum amore inflammatum prodere videris, fallentur tamen, qui te facilem fore exiſtimabunt; nondum fracta eſt animi tui ſuperbia, neque, marceſcens licet, emollita es.

SYNESII SCHOLASTICI EPIGRAMMA.

¶. 11.] Planud. p. 345. St. 485. W. Euſebio, Byzantino, ob inſignem eloquentiam a CPolitanis permiſſum erat, ut imaginem, neſcio ubi, collocaret. Ille vero non ſuam, ſed Hippocratis imaginem in loco deſtinato poſuit, ex honore tanto viro habito ipſe ſibi honorem petens, *non magis decorum et inſigne eſſe* exiſtimans, *imaginem in foro habere quam ponere*, ut eſt ap. *Plinium* l. Epiſt. XVII. — Euſebius ille quis fuerit, non ſatis conſtat. Eloquentem fuiſſe, ex hoc ipſo carmine apparet; ſed quid fuerit, quod Hippocratem inprimis imaginis honore dignaretur, ignoramus. In eundem fortaſſe virum ſcriptum eſt Ep. ἀδέσπ. CCCCIII. ubi Euſebius orator ſtatua decoratus traditur. Fuit etiam Euſebius

Patricius illis temporibus clarus, cujus aedem commemorat Codinus p. 54. Sed tantus fuit hominum hujus nominis numerus, (vide *Fabricii* Bibl. Gr. T. VII. p. 409. ſqq.) ut vix quidquam certi definiri poſſit.

JOANNIS BARBUCALLI EPIGRAMMATA.

I. Planud. p. 334. St. 473. W. In puellam, nomine Calliopen, eamque mimam, ſcriptum eſſe ſuſpicor ex *Julian. Aeg.* Ep. XLI. XLII. Eam ſub Melpomenes ſpecie pinxerat pictor. Hoc niſi admiſeris, nec acumen nec ſenſum huic diſticho ineſſe fateberis. — Hanc autem explicationem confirmat

II. ap. Planud. l. c. in Polyhymniam quandam, Muſae, cujus nomen gerit, forma quoque ſimilem. — καὶ σὺ Μούσης. tu Muſam ore refers. — ἀμφοτέροις. Vulgo.

¶. 12.] *III.* Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 441. St. 574. W. — Dedicatorium paſtoris ante nuptias. V. 1. laudat *Suidas* T. III. p. 109. Πειθοῖ καὶ Παφίᾳ πακτὰν καὶ κηρία σίμβλων ἀνέθηκεν ὁ βουκόλος. Haec iterum profert v. σίμβλοι. T. III. p. 314. — Suada Veneri jungitur. *Nonnus* Dionyſ. III. p. 90. Κάδμον — δι' ἄστεος ἤγαγε Πειθὼ — Πομπὸς ὁδοῦ Παφίης ὑπὸ νεύμασι. Cauſam reddit *Cornutus* de N. D. p. 197. qui Venerem comites habere ait Gratias, Mercurium et Πειθὼ, διὰ τὸ πειθοῖ προσάγεσθαι καὶ λόγῳ καὶ χάρισι τοὺς ἐρωμένους. — V. 1. Παφίῃ Vat. Cod. — V. 2. τὰς (τᾶς) Id. — Εὐρυνόμης. Vulgo. — V. 4. Auctorem de ſimilitudine quadam horum munerum cum iis, quorum nomine offeruntur, cogitaſſe, vix dubito. In πακτὰ reſpicitur candidus

puellae color, ut ap. *Theocrit.* XI. 20. λευκοτέρα πάντᾳ πετιδεῖν. — In μέλι aut ad cantus ſuavitatem, aut ad colorem μελίχλωρον, qui in juvenibus praecipue laudabatur, reſpicitur.

IV. Planud. p. 292. St. 431. W. In Syneſium fortitudine non minus quam juſtitiae amore excellentem. Virtutis ſpecimina dederat ille, ut ex lemmate diſcimus, in pugna ad Berytum commiſſa. Suſpicari licet, pugnatum eſſe illud proelium in bello cum Chosroë, Perſarum rege, qui anno p. Chr. 540. Syriam invadens usque ad Antiochiam penetravit. — V. 1. Syneſius fortitudine Spartanos, juſtitia Athenienſes exaequat. — παρ' Εὐρώτᾳ ἀνέρες. Spartani ſe ſolos eſſe viros gloriabantur. Qua de re laudatur dictum Gorgûs, conjugis Leonidae ap. *Plutarch.* V. Lycurg. c. XIV. εἰκούσης γάρ τινος, ὡς ἔοικε, ξένης πρὸς αὐτήν, ὡς μόνας τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι, Μόναι γάρ, ἔφη, τίκτομεν ἄνδρας. — V. 2. παρ' Ἰλισσῷ. propter juris et legum ſtudium, quod Athenis inprimis floruerat. — V. 2. Ἰλλισσῷ quaedam edd. vett.

V. Bis legitur in membranis Vat. p. 463. et p. 472. Planud. p. 354. St. 494. W. Falſum eſt lemma, ut recte vidit *Huetius* p. 34. Ipſum balneum loquitur ſuamque praeſtantiam praedicat. Si te, Pindare, ait, mea aqua potius quam alia laviſſet, non aquam in genere, ſed meam unice ἀρίστην eſſe dixiſſes. Cf. *Cyri* Ep. VII. T. II. p. 455.

VI. Planud. p. 380. St. 518. W. Prudenter feciſſe ait pictorem, qui imagini Socratis vitam non tribuerit, ne ſcilicet eum cogeret in corpus redire, quod pro animae carcere habere ſolebat. Notatis ad Ep. *Pallad.* CXXXI. T. II. P. III. p. 260. adde *Maji* Obſſ. Sacr. IV. p. 50. — ζωὴν οὐκ ἔμβαλε πηρῷ, ut ſtatim ἐνὶ πηρῷ ψυχὴν Σωκρατικὴν βαλέειν. Epigr. ἀδεσπ. CCXXVI. ἀλλά σε χαλκὸς, πρὶν ψυχὴν βαλέειν, ἔφθασε πηγνύμενος.

VII. Vat. Cod. p. 458. sine auctoris nomine. Planud. l. c.

¶. 13.] *VIII.* Vat. Cod. p. 431. Plan. p. 102. St. 151. W. Nobilis urbs Berytus ob Jurisprudentiae Scholam, quae ibi inde a tertio post Chr. seculo floruit. Peculiaribus libellis de hac Academia egerunt plures, quos v. ap. *Bachium* in Hist. Jur. LIII. c. II. 45. p. 486. Hinc ap. *Nonnum* Dionys. XLI. fin. Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη. Urbs terrae motu concussa a. p. Chr. 348. paulo post iterum florere coepit. Vide *Cedren.* Annal. p. 299, et *Spanhem.* ad *Juliani* Orat. p. 120. sq. Tandem terrae motu eversa est Justiniano imperante a. Chr. 551. secundum *Theophanem* p. 192. secundum *Agathiam* vero L. II. p. 51. sq. post bellum demum Italicum c. ann. 554. Conf. Ep. ἀδέσπ. CCCCXLI. sq. — V. 1. ἄπολις πόλις. urbs eversa. Similiter de classe, quae apud Salamina pericrat, *Aeschyl.* Pers. v. 678. ἐξέφθινθ' αἱ τρίσκαλμοι νᾶες, ἄναες νᾶες. — V. 3. Primum terrae motu concussa, deinde igne absumta. — V. 4. κάλλεός εἰμι. omnes edd. ante Steph. — V. 5. στοναχήσατε. omnes edd. et Vat. Cod. — V. 6. καὶ φθιμένᾳ. nam urbes quoque *fata* sua habent. *Auson.* Ep. XXXIV. *Miramur periisse homines, monimenta fatiscunt, Mors etiam saxis nominibusque venit.* *Rutil.* Itiner. I. 409. *Agnosci nequeunt aevi monimenta prioris: Grandia consumsit moenia tempus edax. Sola manent interceptis vestigia muris: Ruderibus late tecta sepulta jacent. Nos indignemur, mortalia corpora solvi? Cernimus exemplis oppida posse mori.* ubi *Wernsdorf.* similia quaedam notavit. Adde *T. H.* ad *Lucian.* T. III. p. 410. Bip.

IX. Vat. Cod. p. 431. Plan. l. c. „Male divulsit „Planudes [primum distichon separatim exhibens]. „Conjuncta sunt tria disticha in veteribus membranis.“ *Br.* — V. 1. Κύπρις. Antiquiori aevo Venerem, Syro-

rum tutelarem deam, etiam Beryti cultam esse probabile videri debet, licet proprie sub Neptuni praesidio fuerit, teste *Eusebio*, quem laudat *Brodaeus*: καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ, δίδωσι, Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις. Fortasse tamen h. l. ad urbis pulcritudinem potissimum respicitur, quam *pulcherrimam* appellat *Justinianus* Praef. in Digesta de Jur. docendi ratione. Βηρυτοῦ δ' αἶαν ἐραννήν. *Dionys.* Perieg. 911. Cf. *Berkel.* ad *Steph. Byz.* p. 221. — ὄφρα νοήσῃ. ut videat, urbem, quae olim Gratiarum templum fuit, nunc mortuorum sedem esse. εἴδωλα, *Manes.* — V. 3. ἀταρχύτων. Non justam sepulturam nacti sunt, sed ipsae urbis ruinae pro tumulo fuerunt. Argutius ille in Anthol. Lat. III. 1. p. 453. in Graeciae ruinam: *cinis ipse jacentis Visitur, et tumulo est nunc quoque sacra suo.* — V. 4. Βερόης. Eadem fuit urbs Beroë et Berytus; quod diserte docet *Nonnus* Dion. XLI. p. 1076.:

> Πρωτοφανὴς Βερόη πέλε σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ,
> νύμφης ὀψιγόνοιο φερώνυμος, ἣν μετανάσται
> υἱέες Αὐσονίων ὑπατήϊα φέγγεα Ῥώμης
> Βηρυτὸν καλέουσιν. —

et mox idem:

> Ῥώμῃ μὲν ζαθέῃ δωρήσεται Αὐσόνιος Ζεὺς
> κοιρανίην, Βερόῃ δὲ χαρίζεται ἡνία θεσμῶν.

Conf. *Menagium* in Jur. civ. Amoenit. c. XXIV. p. 132. sq. — V. 5. γράψασθ' et λιέου Vat. Cod. a pr. man.

X. Vat. Cod. p. 431. Planud. l. c. Urbs eversa nautas, olim huc appellere solitos, monet, ut alium sibi portum quaerant. Portum habebat eximium Berytus, arte munitum. *Joh. Phocas* in Itiner. a *Berkelio* excitatus: Βηρυτὸς — κάλλει λιμένος λαμπρυνομένη· οὐ γὰρ φυσικός ἐστιν ὁ λιμήν, ἀλλὰ τεχνικῶς γενόμενος. Mercaturam urbs exercebat vestium sericarum, quarum fabricas valde

illustres habuit, teste *Procopio* in Hist. Arc. p. 139. — V. 4. δουπήσει κώπη. Vulgo. Nostrum est in membranis. Nove dictum δουπήσεις κώπην, *torquebis strepitantem remum.* — V. 5. τοῦτο. Sic Neptuno (σεισίχθονι et urbis patrono) reliquisque diis hospitalibus placuit, quorum auspiciis olim ad nos divertere solebatis. Haec cum doloris et indignationis sensu prolata puta. — θεοῖσιν. Vat. Cod.

¶. 14.] XI. Vat. Cod. p. 294. sq. ubi lemmati addita sunt verba: μήποτε ἡ γυνὴ αὐτή. (αὐτοῦ) *fortasse ipsius poëtae conjux significatur.* Planud. p. 229. St. 333. W. „Hoc etiam in Planudea, separato a superioribus ultimo districho, in duo carmina divulsum est" *Br.* Erroris causa apparet in Vat. Cod. ubi postremum distichon novae paginae initium facit, cum novo lemmate, (ut saepius) τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτήν. Ita Planudes in suo quoque Cod. invenit. Et certe, quamvis tria haec districha nonnisi unum epigramma constituunt, mora tamen facienda post v. 4, ut appareat, Nostûs, hoc enim nomen mulieris, sermone finito, alius cujusdam verba sequi. — Elegans Epigramma et perspicuum. — V. 2. ἔνεκα. et inferos deos laudo et nuptiales: illos, quod me, quam virum, rapuere maluerunt; hos, quod me tali viro copulaverunt.

NILI SCHOLASTICI EPIGRAMMA.

Planud. p. 340. St. 480. W. In Satyri imaginem ex opere musivo. Risum Satyri poëta ita interpretatur, ut eum, quomodo ex lapillis paulatim compositis extiterit, reputantem ridere dicat. — De simulacro ex lapillis et gemmis facto minus recte accipiebat Boulenger. de Pictura L. I. 19. in Gron. Thes. T. IX. p. 848.

COMETAE SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 15.] *I.* Vat. Cod. p. 130. Κομητᾶ Χαιρουλ. εἰς ἑαυτὸν ἐκδεχόμενον κόρην. i. e. *ad se ipsum, cum puellam exspectaret.* Temere lemma mutavit cl. editor. In Ap. Lipſ. ἄλλο inſcriptum, quaſi *Pauli Silentiarii* eſſet, cujus praecedunt carmina. Quod verum eſſe merito dubitabat *Reiskius* Miſcell. Lipſ. IX. p. 679. nr. 383. qui tamen in eo fallebatur, quod tam bene tornatum et ſimplex carmen melioris ſeculi proventum eſſe cenſebat. Idem in ſenſu carminis interpretando a vero aberravit. Non enim ipſe Demophoon v. 3. loquitur, ſed Cometas Demophoontis hiſtoriam ſibi accommodavit. „Ut Phyllis „olim amantem perfidum exſpectavit in litore, ſic nunc, „converſa fabula, te, alteram Phyllidem, fruſtra exſpecto.“ — V. 1. ὄμματα. Phyllis ap. *Ovidium* II. Heroid. 121. *Moeſta tamen ſcopulos fruticoſaque litora calco: Quaque patent oculis aequora lata meis.* — ὄχθοις ἀλήτης. ventis et undis videbantur tradita verba, quibus Demophoon reditum puellae promiſerat: *Demophoon ventis et verba et vela dediſti: Vela queror reditu, verba carere fide.* Ibid. v. 25.

II. Vat. Cod. p. 458. cum lemmate, Κομητᾶ σχολ. ἐν Ἀζαρβῷ; et ſic, niſi quod Ἀναζαρβῷ ibi eſt, Planud. p. 301. St. 441. W. — Votivae quodammodo tabulae inſcriptio. Antoninus quidam gravi membrorum morbo, quo lumbi pedesque debilitati et inutiles redditi erant, ſanatus, Philippi medici imaginem, in memoriam grati animi, dedicabat. — V. 3. Se ipſum Antoninus dicit μεταίχμιον, i. e. μέσον, inter vitam et mortem poſitum, pro ἐν μεταιχμίῳ ὤν. Altera enim pars corporis adhuc vivebat, altera defuncta videbatur. Hunc vocis μεταίχμιος

usum illustravit *Abresch.* ad *Aeschyl.* T. I. p. 91. et ad *Aristaen.* p. 32. — V. 6. ζώγρησεν. Vat. Cod. morti destinatum recreavit. Eodem sensu Il. ε. 696. τὸν δ' ὄλιπε ψυχὴ — Αὖτις δ' ἀμπνύνθη, περὶ δὲ πνοιὴ Βορέαο Ζώγρει ἐπιπνείουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. quod bene explicatum dedit *Eustath.* p. 453. 4. — V. 8. ποσὶ πεζεύω. non amplius alienis pedibus usus, sed meis incedo. — ὅλως. Vat. Cod.

III. Vat. Cod. p. 457. Κομητᾶ χαρτ. ἀμοιβαῖον. Plan. p. 374. St. 513. W. Scriptum in agrum amoenum, vitibus et oleis consitum. — V. 4. Ἶρις. Vat. Cod. qui error ex prava pronuntiatione ortus. — ¶. 16.] V. 5. πάμφιλε. Vat. Cod. a pr. man. — Panis imaginem in eodem agro positam intelligi vult Cometas. πηκτὶς ap. poëtas illius aetatis pro fistula usurpatur. *Hesychius:* πηκτίς. πανδούριον. ψαλτήριον. σύριγξ. ὄργανον. Ap. *Pollucem* IV. 59. inter ea instrumenta recensetur, quae pulsantur. *Theocrit.* Eid. V. πηκτίδ' ἀειράμενος Ἀρξεῦμαί τι κρέκειν. κροτητὰ πηκτίδων μέλη dixit *Sophocl.* ap. *Athen.* IV. p. 175. Phryges, Pelopis comites, primi in Graecia ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμεῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον secundum *Telestem Selinuntium* ap. *Athen.* L. XIV. p. 626. A. Ex iis, quae *Athenaeus* l. c. p. 635. disputat, apparet, jam tum nihil certi de illo instrumento constitisse. Verum, ut dixi, Cometae aevo pro *fistula* sumebatur. πηκτὶς tribuitur Pani etiam ap. *Arabium* Ep. VI. p. 110. et ap. *Agathiam* Ep. XLV. δόναξ et πηκτὶς tanquam synonyma componuntur.

IV. „Hoc et quae sequuntur duo Epigrammata edi„dit *Leo Allatius* de Patria Homeri p. 106.“ *Br.* Vat. Cod. p. 696. Cometas se duo Homeri carmina vehementer obsoleta invenisse eaque ut juvenescere viderentur effecisse gloriatur. Hoc ita interpretatur *Villoison.* in Prolegg. ad Hom. Il. p. VI. ut Cometam antiquas et

obsoletas Homeri formas cum usitatioribus permutasse, et totum carmen ad sui seculi consuetudinem accommodasse existimet. — V. 3. γῆρας ἀποξύσας. Homerica locutio. Il. ι. 446. et in Hymn. in Vener. 225. ἥβην αἰτῆσαι, ξῦσαί τ' ἄπο γῆρας ὀλοιόν. Hinc auctor τῶν Νόστων in Argum. Medeae *Euripidis*: αὐτίκα δ' Αἴσονα θῆκε φίλον κόρον ἡβώοντα Γῆρας ἀποξύσασ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι. — Pro μερόπεσσι *Allatius* τε βροτοῖσιν exhibuit, ut est in Vat. Cod.

V. Vat. Cod. p. 695. Ejusdem cum praeced. argumenti. — V. 1. ἀμφοτέραις. Vat. Cod. ἀθροίσας. *Allat.* et Vat. Cod. quod de Pisistrato dici potuit, non item de Cometa. — κύρβεις h. l. sunt *volumina*, ipsa Homeri carmina. Propriam vocabuli significationem explicuerunt multi, quos vide ap. *Interpp. Hesychii* V. Adde *Rubnk.* ad *Tim.* p. 170. Cum dilectu hoc vocabulum posuit Cometas, ut indicaret, Homeri carmina eadem auctoritate esse, qua Solonis leges, et ipsa quodammodo pro legibus habenda esse.

VI. Vat. Cod. p. 696. Ex *Allatio* repetivit *Fabric.* in Bibl. Gr. T. I. p. 369. ed. *Harl.* et *Villoison.* l. c. p. VI. Hoc carmine Cometas se Homerum non modo expolivisse, sed etiam interpunxisse gloriatur. Huic rei insigniorem operam primus videtur navasse Nicanor Alexandrinus, Hadriano imperante clarus, qui librum peculiarem scripsit περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, unde στιγματίας appellatus est. Conf. *Villoison.* in Anecd. T. II. p. 134. et 137. ubi hoc ipsum Epigr. protulit; et Ep. *Eupithii* T. II. p. 402. — V. 1. Ὁμηρείους habet *Fabric.* et Vat. Cod. Ὁμηρικοὺς *Allat.* Ὁμηρικὰς *Villois.* — V. 3. διεσμίλευσα. expolivi, elegantiores ut apparerent, effeci. Vide not. ad *Dioscorid.* Ep. XVII. T. I. P. II. p. 385. — V. 4. σαπρία. σῆψις. σάθρωμα. *Hesych.* ubi vid. *Intrpp.* Mox ῥίψας pro ῥήξας Vat. Cod. recte. Eaedem membr. versum addunt: γράψας ἐκαινούργησα τὴν ἀχρηστίαν, quae pro varia lectione habenda sunt. —

V. 5. τοὺς ἐσφαλμένους. *Fabr.* — μαθητιᾶν, quod proprie discendi cupiditate teneri significat, (v. *Schol. Aristoph.* Nub. 183. et *Fischeri* Ann. ad Veller. T. III. 1. p. 9. sq.) h. l. pro simplici μαθεῖν positum est.

IN STATUAS ATHLETARUM IN HIPPODROMO CPOLITANO.

Haec Epigrammata I. – LXI. implent posteriorem partem Libri V. Anthologiae Planudeae (p. 398. – 409. St. 534. – 544. W.), cujus priorem *Christodori* ἔκφρασις statuarum in Zeuxippo occupat, eamque solam ob causam, ni fallor, *Brodaeus* ea p. 541. eidem poëtae tribuit. Vicinus erat Zeuxippus Hippodromo, idque Planudem movisse videtur, ut duo haec Epigrammatum capita in eodem libro conjungeret. Hippodromum quis primus aedificaverit, quis perfecerit, quibus calamitatibus afflictus fuerit, diserte tradidit *Ducange* in CPoli Christ. L. II. p. 202. sqq. Quae ejus fuerit species paulo ante CPolin a Turcis expugnatam, discere licet ex *Petri Gyllii* Topographia CPolis L. II. unde quae huc faciunt excerpsit *Onuphrius Panvinius* de Lud. Circens. L. I. c. XXVII. p. 56. Ornaverat eum Constantinus plurimis statuis, Româ et aliunde advectis, quarum plurimas a Francis conflatas esse narrat *Nicetas* ap. Lambec. ad Codin. p. 167. De Athletarum autem statuis, in Hippodromo positis, nihil aliunde constat. Ex his ipsis carminibus apparet, eas modo a factione, cui nomen dederant, fautoribusve illius factionis, modo a populo, modo ab Imperatore, modo a populo et senatu fuisse positas.

Prima XXXIII. Epigrammata scripta sunt in Porphyrium, qui etiam Calliopas appellabatur, Calchantis

filium, quem et multae victoriae in Hippodromo et bellica virtus illuſtravit. Conf. *Jo. Malalam* Chron. T. II. p. 110. Fuit initio in Venetorum factione, deinde ad Praſinos transiit. Conſtat autem, initio duas fuiſſe agitatorum in Circo factiones, coloribus diſtinctas, coeruleam ſive Venetam, et praſinam ſive viridem; deinde duas alias acceſſiſſe, albatam ſive auratam, ruſſatam ſive purpuream. Vide de his *Rubenii* Elector. II. 27. *Banduriun* in Imper. Orient. T. II. p. 501. *Salmaſium* ad *Solin.* p. 628. ſqq. Quantas turbas hae factiones ederint, nemo diſertius explicavit *Gibbono* in *the Hiſtory of the Decl. and Fall of the R. E.* c. XL. T. VII. p. 61. ſqq. ed. Baſil.

¶. 17.] I. Ἄναξ καὶ δῆμος. Juſtinianus, quem Venetis faviſſe conſtat, (v. *Euagrium* Hiſt. Eccl. IV. 32.) et factio. Diſtinguitur ap. Byzantinos inter ὁ δῆμος et οἱ πολῖται, de qua diſtinctione multis egit *Reiske* ad *Conſtantin. Porphyrog.* p. 9. ſq. — V. 5. Oportuiſſet eum aurea ſtatua donari, non tantum aënea, quam et alii aurigae nacti ſunt. — V. 6. τοῦτον τοῖς. Vulgo. ubi cum aut μὲν aut τοῦτον abundet, *Brodaeus* οὗ τόν, *Stephanus* ἕστηκε μὲν emendavit.

II. τέτρωχα. Senſus eſſe videtur, jam quatuor curruum miſſus fuiſſe factos, antequam Porphyrius proderet. Hunc tamen unice omnes deſiderabant, idque deſiderium magno ſignificabant clamore. Fortaſſe autem τέτρωχα eſt omnino pro *ſaepius*: jam repetitis clamoribus populus ſuum Porphyrii deſiderium declamaverat. — V. 3. θρόνου. Tribunal, ſeu thronus imperatoris in Hippodromo; κάθισμα θεωρείου βασιλικοῦ — in cujus dextra parte porticus erat factionis Venetae. Cf. *Procop.* de Bell. Perſ. L. I. 24. *Ducange* CP. Chriſt. L. II. 103. — V. 4. ἀνθέμιον ἔχων, nihil amplius: cum loris et cingulo equeſtri. Zona et galea inſtructi erant bigarii.

Vide *Conſtant. Porphyr.* Cerem. p. 192. C. — V. 5. μισογυδ' ἀέθλων. antequam aetatis cauſa a Circenſibus receſſerat, quo tempore aurigis ſtatuae collocari ſolebant. Hunc verum ſenſum eſſe, apparet ex Ep. VI. et VII. αἱ πάντων ψῆφοί με καὶ εἰδότι διφρεύοντα ἔστησαν. et Ep. LV. κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων ἔλαχεν Οὐρανίας Εἰδότι διφρεύων. — V. 7. Quamvis hoc ſtatuae praemium ei ante tempus conſuetum, θοώτερον ἑτέων, obtigit, tamen, ſi victoriarum et coronarum numerum ſpectas, ſero venit.

III. Ut antiquis temporibus Venus Anchiſem, Luna Endymionem, ſic nunc Victoria Porphyrium amare videtur, qui tot victorias easque fere ſine labore et contentione reportavit. Hinc expreſſum Ep. *Leontii* XII. in eundem Porphyrium. — ¶. 18.] V. 3. Factum eſt nonnunquam, ut, qui victoriam ſuis equis reportaverant, adverſarii curru conſcenſo ſuoque illi tradito, denuo certarent. Conf. Ep. V. VI. XII. etc. Ejusmodi equorum et curruum permutatio *diverſium*, διβέσιον, appellabatur. Vide *Reisk.* ad Conſt. Porph. Cerem. p. 105. Hinc lux noſtro loco affulget: Porphyrius paſſim et ſuos ipſius equos et ſuae factionis currus ſuperaverat. — V. 6. οὐ. μογέων. fere ſine contentione. Non tam ipſe ceteros ſuperare, quam illi ſponte ſua ceſſare videbantur.

IV. V. 1. ἠϑέων. edd. ante Stephan. ἠϑέῳ emendavit *Brodaeus.* — ὀψὲ μέλις. Cf. Ep. II. 7. 8. Utrumque jungit *Themiſt.* Or. XIII. p. 165. A. Delenda diſtinctio poſt πολιοῖς. — V. 3. ἀριθμήσασα. Eodem colore *Martial.* X. Ep. LIII.:

Ille ego ſum Scorpus, clamoſi gloria Circi,
Plauſus, Roma, tui, deliciaeque breves,
Invida quem Lacheſis raptum trieteride nona,
Dum numerat palmas, credidit eſſe ſenem.

— V. 4. εὔρετο. Vulgo. — V. 5. Quid? quod ipſa adverſariorum factio, tuam gloriam admirata, alta tibi voce acclamavit? — V. 8. ἢ σε. Memorabilis locus, ex quo apparet, Imperatores nonnunquam aurigis factionem indicaſſe, apud quam nomen ſuum profiteri deberent.

V. Ad v. 3. conf. not. ad Ep. III. Duplicem victoriam Porphyrius reportaverat, primum ſuis equis, deinde equis adverſarii. ἀμφοτέραις πώλοις, et iis, quos adverſario tradiderat, οἷς πόρεν, et quos ab illo acceperat, οἷς ἕλαβεν. — σοφοὶ vocantur aurigae *artis periti.* Vide *Fabri* Agoniſt. I. 15.

VI. Porphyrius honorem ſtatuae prius, quam alii, accepit. παυσαμένοισι, *rude donatis.* ἀεθλεύοντι. ut Ep. II. μεσσηγὺ ἀέθλων, ubi vid. not. — V. 5. ἔρις — ἀὐτή. Haec pro oppoſitis habuit *Grotius*; recte, ut videtur. Vertit autem: *Hinc Praſinis livor primum, mox clamor ortus.* — V. 6. „Vulgo ſine ſenſu legitur ὃς Β. τέρψει." *Br.*

VII. Ipſe Porphyrius loquitur, cui omnium factionum ſuffragia ſtatuam decreverant. — V. 2. Νίκης ἐγγύθι. Prope Victoriae ſtatuam in Hippodromo. Cf. Ep. XIII. — ¶. 19.] V. 3. „ἐμός. Sic omnino legendum, „non, ut vulgo, ἐμὸν. δῆμος ἐμός. factio mea, Veneti, „quibus opponuntur οἱ ἕτεροι, altera factio, Praſini." *Br.* — V. 4. νῖκος. Vulgo. In marg. Wech. νεῖκος. Praſina quoque factio me ad ſuas partes trahere velit, cum intelligant, ſe, dum mecum certandum ſit, palmam non adepturos eſſe. Cf. Ep. L. πολλάκι δ' ἀμφοτέρων μερόπων ἔρις ἔμπεσε δήμῳ, τίς μιν ἔχοι. LIV. 5. 6. — V. 5. „μήτε „Brodaeus imperite exponit *numquid.* Tertius eſt caſus ſubſtantivi μῆτις, μήτιος, μήτι, μῆτι. Et ideo ultima producitur; quia contracta eſt; in μήτε, *numquid*, „neceſſario corripitur. Expreſſum eſt ex Homerico „Il. ψ. 318. μήτε δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἠμὲν ὀχῆος." *Br.* — V. 6. κρείσσονας meos, qui victoriam reportaverant. δείξα

χίειον. eosdem superavi. Non igitur equis, sed consilio et prudentia se vincere gloriatur.

IX. Porphyrius χάλκεος, *infatigabilis.* Sic Atlas ap. *Euripid.* Ion. 1. χαλκέοις νώτοις οὐρανὸν ἐκτείβειν dicitur. — V. 2. „Vulgo νικητής. νικητὴν habet unus Planudeae „codd. e correctione ν super σ picto." *Br.* — V. 3. ἀλλ'. Multas adhuc statuas Porphyrio propter victorias videbimus positas.

X. Vat. Cod. p. 709. — V. 1. ἀεθλοφόρων ἐπὶ δίφρων. Sic Vat. membr. *Br.* Vulgo ἀεθλοφόροις δ' ἐπὶ νίκαις. — V. 2. παντοδαποὺς στεφ. coronis inter diversas factiones partis. Conf. Ep. XII. — V. 3. Vulgatum δῆμον iterum emendatum ex Vat. Cod. Effecit Porphyrius, ut Victoria modo huic, modo illi parti, cujus ipse colores sumsisset, faveret. Optime haec *Grotius:*

Namque inter geminos nutans victoria pannos,
Qui color illius, talis et ipsa fuit.

Comparandum Ep. XII. 2. 3. — V. 5. Quamvis ille Prasinis quoque victoriam comparavit, magis tamen decebat, Venetos ipsum, ut suum, habere, sive, arctioribus eum vinculis cum Venetis conjunctum esse: πλέον ἤρμοσε Βενέτοις ἔχειν αὐτόν. — Veneti ipsi statuam inauratam et plures ex aere posuerant. χρύσεος ἀντ' ἀργυρᾶς. Respicitur ad metaphoricam vocabuli χρύσεος significationem, qua candidum animum moresque integros notat. Vide ad *Calliae* Ep. T. II. 3. χάλκεος ἀντὶ κόνων. Cf. Ep. IX.

XI. Porphyrius juvenis et prima lanugine genas signatas habens, dicitur γενειάδος ἄκρα χαράσσειν, qua formula bis utitur *Christodor.* in Ecphr. 212. et 279. — ¶. 20.] V. 5. Lysippum nominat, non solum ut praestantissimum statuarium, sed etiam ut eum, qui solus Alexandro dignus erat visus, cui faciem ad posteros propagandam committeret. Cf. Ep. XIII.

XII. Vat. Cod. p. 709. — V. 1. Ῥώμη. Conſtantinopolis. — V. 3. χρώματος. ſive cum Praſinis, ſive cum Venetis certaret. — V. 5. „Legitur vulgo καὶ νῦν μὲν πρῶτος, τοτὲ δ' ὕστατος, quod, licet minus elegans, tamen „ſervari poterat." *Br.* Reſtituenda Vat. Cod. lectio:

νῦν μὲν ἐὼν πρῶτος, τοτὲ δ' ἔσχατος —

Caeterum haec non ad locum, quem ille inter currendum in ipſo ſtadio tenebat, referri debent, ſed ad locum, unde currus prodibant. Hi autem loci non ejusdem conditionis erant. Qui primis metis, mediaeque circi areae proximus erat, is optimus, ceteri, ut quisque remotior ab illa parte, ita deterioris conditionis erat. Vide *Salmaſ.* ad Solin. p. 633. D. Porphyrius autem, ex quocunque tandem oſtio currum emiſiſſet, victoriam reportabat.

XIII. ἐγγύθι τῆς Νίκης. Cf. Ep. VII. — Ἀλεξάνδρου. Statua aliunde non nota. Vid. *Heynium* in Commentat. Soc. Reg. T. XI. p. 22.

XIV. Conſtantia fortunae Porphyrii laudatur. Senſum optime expreſſit Grotius:

Res alias obiter Fortunae lumina cernunt,
Uno in Porphyrii fixa labore manent.

Diverſa ſtructura, ſed eodem ſenſu, verbum ἕλκειν occurrit ap. *Xenoph.* Sympoſ. I. 9. οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων εἵλκε τὰς ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Epigr. ἀδέσπ. VIII. ἀλλ' ἐπὶ πάντων κάλλει πουλυμανεῖ κανδὸν ἐφελκόμεθα.

XV. Vat. Cod. p. 708. „In Stephani editione operarum errore excuſum μήτρην, quod ſervavit Wechelianae curator, hoc inſuper addito flagitio, quod in Brodaei nota μήτρην etiam exhibuerit, licet editio Baſileenſis, cujus exemplar ſecutus eſt, μίτρην in nota et in textu habeat. Uterque repetitus error in Bandurii Imperio Orientali, cujus VII. liber ex Epigrammatibus

„tibus e Planudea non multo cum judicio delectis, con„flatus est.“ *Br.* μίτρη, idem quod supra ζώνη ἱππότις. Porphyrius cum jam desiisset in Circensibus certare, tamen, ut populi desiderio satisfaceret, iterum conscendit currum. — V. 2. ἀντ' ἀρετῆς χάλκεον. Cf. Ep. X. 6. — V. 3. Novi ipsi honores, argentea et aënea statua, decreti erant. — V. 4. πρέσβυν. Vat. Cod. — ξείνων γερ. novorum et singularium, ut Ep. XXIII. et ap. *Agath.* Ep. I. ξεῖνον γάμον. — V. 5. παλίνορσον. i. e. πάλιν. ut ap. *Eurolmium* Ep. III. p. 8. — V. 6. ὃς ἡβήσας. ad fabulam de Iolao videtur respici. — μαίνεσθαι de incitatione et ardentiore studio illustravit *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 346. — Duobus his versibus Constantinum a Veneta factione exceptum esse tradit *Anonymus* in *Bandurii* Antiqq. CPol. L. V. p. 91. Cf. T. II. p. 788.

XVI. Porphyrium non solum in circo peritia, verum etiam in bello fortitudine excelluisse docet, praeter hoc carmen, Ep. XXI. XXII. XXX. Factiones enim et urbanis negotiis adhibebantur, et, necessitate urgente, militum fungebantur officiis. Vide *Reisk.* ad Constant. Cerem. p. 10. — μάστιγα, aurigandi artem; καρδία, in pugnando virtutem. — ¶. 21.] V. 3. διχθά, ut in animo tuo utraque virtus et facultas commiscetur nec discindi potest, ita aes quoque binas tui species repraesentare noluit. — Intricata sententia et obtusum acumen.

XVII. Hoc et sequ. Epigr. extra ordinem Brunckianum leguntur in Planud. p. 408. St. 543. W. „Vulga„to lemmati Planudeae codicum unus haec verba, mul„tum ad hujus et aliorum jambicorum carminum intel„ligentiam facientia, addit: τούτων αἱ εἰκόνες ἦσαν γεγραμ„μέναι ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ πρωκυπτίου· ἦσαν δ' οὗται „ἀρχαῖοι ἡνίοχοι. *Pictae in camera throni imperatorii.*“ *Br.* Honor Porphyrio habitus obscurioribus metaphoris, ex

adulatorio Byzantinorum ſermone ductis, ſignificatur. Illi enim locum, quo Imperator verſabatur, coelum, aethera vocabant, (quamquam nec Romani a talibus abhorrebant. Cf. *Horatium* II. Sat. VI. 52.) Ad hunc elatus ille, cum ipſo Sole currendo certaturus eſſe dicitur, poſtquam omnes, quotquot ſunt in terra, aurigas ſuperavit.

XVIII. Pictura vivida et animata laudatur, inprimis equi, ſpirantibus ſimiles. Hos, ait, ſi ſcutica tetigerit, denuo current et victoriam reportabunt. — V. 2. „Vat. Cod. Βεννέτου. Et ita quidem pronuntiandum eſt, ut verſui modulus conſtet.“ *Br.*

XIX. Ex hoc et ſq. Ep. apparet, Porphyrium per aliquod tempus Praſinorum adhaeſiſſe factioni, quae ei, Caeſare jubente, ſtatuam dicavit.

¶. 22.] *XXI.* Vat. Cod. p. 710. Bellicae Porphyrii laudes celebrantur. Cf. Ep. XVI. — V. 1. ὅπλα. armis militaribus ſtatua tua ornata eſſe deberet, non his aurigarum veſtibus. — V. 3. Porphyrius imperatorem in bellum comitatus fuerat. ὁλεσιτύραννος. De quo bello agatur, quibusve tyrannis, non conſtat. Tyranni autem illis temporibus appellabantur, qui in parte aliqua Imperii Romani regnare auſi eſſent; qualis fuit, Juſtiniano imperante, Julianus Samarita, de quo tyranno v. *Jo. Antiochen.* T. II. p. 180. ſq. item Hypatius, qui in memorabili illa ſeditione, ann. 532. excitata, imperium ſuſceperat, quo capto et interfecto ὁ βασιλεὺς ἐσήμανε τὴν ἑαυτοῦ νίκην ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι, καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν τυράννων, Ibid. p. 218.

XXII. Ad ſimilem hiſtoriam referendum videtur, quo praecedens. Imperator bellum adverſus tyrannum gerens, Praſinorum auxilio uſus, hoſtem vicit; quo facto illis honorem habuit, Porphyrio autem ſta-

tuam decrevit. De seditione inter factiones orta agi, apparere videtur ex verbis ἐπιφθιμένης Ῥώμης, quod incendia, caedem aliaque inter hos tumultus urbis detrimenta indicat. Bello autem finito Prasina factio, cui victoria obtigerat, pristinam suam dignitatem, τὸ γέρας, ὃς πάρος εἶχον, recepisse dicitur. — V. 1. ἐν om. ed. Flor. pr. — κατέστρεφε eadem. — V. 6. ἦμαρ ἐλευθερίης. tyranno oppresso et Imperatoris auctoritate denuo firmata.

XXIII. De statua Porphyrio ab utraque factione collocata. — V. 1. ὑμετέρων ἀγώνων. *vuarum* victoriarum. Sic ap. *Julian. Aeg.* Ep. LXV. 3. Heroic. ἀδέσπ. XIII. 2. *Agathiam* LXXIV. et passim ὑμέτερος pro singulari pron. secundae pers. ponitur. — V. 3. Nam omnes adversarios tuos, modo hujus, modo illius factionis, ἀμοιβαδόν, superas. — παίγνιον. id quod tibi, pro tua in agitando peritia, merus lusus. — V. 5. ξεῖνον, novum et singulare. Cf. Ep. XV.

XXIV. Sculptor similem quidem reddidit Porphyrio statuam, sed artis praestantiam et pulcritudinem, quae utraque eximia est in illo, reddere non potuit. — V. 2. ὄγκον. ut ap. *Eurip.* Phoen. 724. ἔχει τίν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα; — ¶. 23.] V. 3. ὀψὲ τεκοῦσα. post multa tandem molimina tantam praestantiam effinxit. — V. 4. ὠδῖνειν. Conf. *Julian. Aeg.* LXIV.

XXV. Nisi invidia homines impediret, in judicio de Circensibus omnes, quotquot sunt, Porphyrio virtutis testimonium dicerent. — V. 3. Pro victoriarum numero parvum munus esse dicerent, quamvis livor hoc ipsum ei fortasse invideat. — V. 5. ὅσσα. Nam omnes virtutes, quae singulae singulos ornant aurigas, unus habens ad tantam tamque eximiam pervenit praestantiam. Minus recte haec explicavit *Brodaeus.*

XXVI. Porphyrius aurea statua dignus, eamque accepisset, nisi civitas Nemesin iratam esset verita. —

V. 3. Si Praſini tuas victorias celebrant, ut faciunt, hi omnes, laudum tuarum praecones, pro totidem ſtatuis, iisque vivis et ſpirantibus habendi ſunt. Nulla autem vel aurea ſtatua cum ejusmodi praeconio comparari poterit.

XXVII. Ab una factione ad alteram transiiſſe videtur Porphyrius, quem poëta hortatur, ut in ea, cui nunc faveat, firmiter perſiſtens adverſariorum animos invidia excruciet. — V. 2. εὐτυχίης. ſtatuae cereraque praemia nondum exaequant tua merita. — V. 3. μέρεε πρώτῳ. praeſtantiſſimae factioni, cui tu nomen dediſti. — V. 4. τήκων. de invidia. Vide not. ad *Lucill.* Ep. CVII. T. II. P. II. p. 505. — V. 6. ἀτασθαλίην. Porphyrius ab illa factione, cui initio deditus fuerat, injuria forte laeſus erat. Hanc poëta ἀτασθαλίην vocat, cujus illos nunquam non poenitere ait, cum illum ſemper vincentem videant.

¶. 24.] *XXVIII.* Alii aurigae, aetatis cauſa, cum rude donati ſunt, honorificis praemiis ornantur. Hos igitur non virtus, ſed aetas ornat, γεραῶν πρόφασις χρόνος. — Porphyrium admodum juvenem iſtiusmodi honoribus adfectum eſſe apparet ex Ep. I. II. XVIII. Noſtro ſimillimum Ep. IV. τοῦτό σοι ἡβάων Νίκη γέρας, ὦ χρόνος ἄλλοις Ὀψὲ μόλις πολιοῖς ὤπασε, Πορφύριε. — V. 6. σύγγενέας Χαρίτων. ad hominis pulchritudinem et in aurigando elegantiam referri debet. Cf. Ep. VIII. 3.

XXIX. „In editis titulus εἰς Καλλιόπην. At Codices „recte εἰς τὸν αὐτόν. Sunt enim ejusdem viri duo nomina Καλλιόπης et Πορφύριος.“ *Br.* Hoc verum eſſe appareret ex Ep. XX. Porphyrius ſexagenarius victoriam in Circenſibus retulit, et ſenex juvenes ſuperavit, ſicuti olim juvenis ſenes. Male ad certamina Pythica hoc carmen retulit *Burette* in *Mémoires de l'Ac. des Inſcr.*

T. II. p. 367. — V. 4. κοιρανίης. ipſius Imperatoris juſſu. Cf. XIX. 3.

XXX. Νίκα διφρελάτειρα. quae curruum agitatoribus favet, eos comitatur. — V. 3. Senſus, ut in praecedenti v. 1. 2. — σφριγόωντας. νέους. Cf. *Ariſtoph.* Nub. 797. Lyſiſtr. 80. ibique *Schol.* — Junge νικήσας ἐν ἁλκῇ, ubi praepoſitio abundat, ut ſq. verſu ἐν σοφίῃ, i. e. *agitandi peritia.* Cf. Ep. V. — V. 5. Binas ſtatuas Venetorum factio Calliopae poſuerat, alteram juveni, cum *arte* vinceret; alteram ſeni, cum *robore.* — ἐλεύθερόπαις. Idem quod ἐλεύθερος. Ep. XXXI. Veriſimile eſt, homines illos ſuperbos et effrenatae licentiae ſibi ante omnes liberorum hominum epitheton vindicaſſe. Certe ita ſe gerebant, quaſi ſoli liberi, ceteri omnes ſervi eſſent. Vide *Gibbon's Hiſtory* c. XL. VII. p. 64. ſq. ed. Baſ.

¶. 25.] *XXXII.* Ἐγερσιθέατρος. cui in *theatro plauſus dari* ſolebat, ut de Maecenate *Horat.* I. Od. XX. 3. — V. 2. ἐσιμὸς στεφ. Item Ep. XLVI. νηεδίμων στεφάνων ἐσιμόν. — V. 4. »δύςστομος. Compoſitum ex δυς et στόμα. »Antiquae editt. et codd. δύστομος unico σ. Typothetae »errore in edit. Stephani ὀϊστομος, inde in Wechelianam »propagatum. Scribendum autem δύςστομος geminato »σ, ut in nominibus a δυς compoſitis et vocibus a ς in»cipientibus, δύσφορος, δυσεβής, δύσεικτος, et aliis. δύςτο»μος derivatur a τέμνω.« *Br.* δύςστομος ἵππειη γένυς, equus duro ore nec frenis parens. — V. 5. Senſus eſſe videtur, Porphyrium a nemine ſuperatum iri, ſed aliis nihil relictum eſſe, quam ut eum exaequare conentur. Sic hunc locum accepit *Grotius*, qui vertit:

Praemia victor habes nulli ſperanda, manetque
Certamen reliquis, quis tibi ſit propiór.

— V. 5. Vulgo ξ. Ed. pr. Flor. ϛ.

XXXIII. Τί σοι πλέον, ὅττι. sic plane Ep. XIX. 3. Non Imperatorem ſolum et factionem, totamque civitatem, verum etiam adverſarios ipſos Calliopam ſuffragiis ornare teſtatur. Cf. Ep. VI. VII.

IN FAUSTINUM.

XXXIV. Nihil tantopere ad honores in certaminibus conſequendos valere docet, quam prudentiam. — V. 2. χρόνος εὐτυχίης. Senectutem ſignificari nullus dubito, qua quidem curruum agitatores, etiam nullis inſignioribus meritis, ſtatuis ornari ſolebant. Sed in εὐτυχίης haereo, quod alibi ipſe honor, τὸ γέρας, eſſe ſolet. Cf. Ep. XXVII. νῖκαι γὰρ τῆς σῆς μείζονες εὐτυχίης. Quod cum hic locum vix habeat, fere ſuſpicor legendum eſſe:

οὐ χρόνος ἡλικίης.

— V. 3. ἰλήκοι. Ut divam aliquam Fauſtini mentem poëta alloquitur, cogitans fortaſſe de Anaxagorae Νόῳ, pro deo habito. Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VIII. 19. — σύντροφος, contubernalis, comes, πάρεδρος. Sic *Antiphilus* Ep. VII. Δημήτηρ δὲ μέθην σύντροφον οὐ δέχεται. *Herodotus* L. VII. p. 550. 94. τῇ Ἑλλάδι Πενίη μὲν καὶ κοτε σύντροφός ἐστιν. — ὧν ed. Flor. pr.

XXXV. Comparandum Epigr. XXIX. — V. 3. δεύτερα πάντα. Omnes in certaminibus ſuperaſti, principem ubique obtinuiſti locum. τιὸς πόνος. inſuperabilis tuus labor; ipſe Fauſtinus. Pro πόνος ed. pr. Flor. et Ald. 3. νόος. quod praeferendum videtur.

¶. 26.] *XXXVI.* Planud. p. 408. St. 544. W. In Fauſtini in curru ſtantis imaginem, quales collocari ſolebant ἐν τῇ στέγῃ τοῦ βασιλικοῦ προκυπτίου. Cf. ad Ep. XVII. — V. 1. Admirare opus architecti illius, qui

has aedes exstruxit! Nisi enim firmo tecto concameratae essent, Faustinus cum equis suis ad coelum tenderet. — Hic est verus horum verborum sensus, quae et imaginis praestantiam et Faustini virtutem celebrant. Minus recte *Huesius* p. 38. σκέπην accepit de tegmine, Faustini statuae impositio, ut imbres et avium arceret injurias.

XXXVII. Planud. p. 408. St. 544. W. — V. 2. Ex quo tempore factio Prasinorum Faustinum sibi adscripsit, nunquam in circo superata est. — V. 3. γέρων μέν. Ita *Theocritus* Eid. I. 44. καὶ πολλῷ πρὸς ἐόντι, τὸ δὲ σθένος ἄξιον ἄβας.

IN CONSTANTINUM.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 708. Constantinus, dum viveret, statuae honore caruit; defunctum, invidia extincta, universa civitas statua ornavit. — V. 1. ἐπὶ βίοιο. ed. Flor. pr. — V. 2. ἀντί. laudem tuam exaequavit invidia. — V. 4. οἷς δύνατόν, quibus valet honoribus; paribus enim et iis, quibus tu dignus es, nemo te decorare poterat. ἄξιον, id. qu. ἀντάξιον.

XXXIX. Vat. Cod. p. 708. Similiter *Agathias* de Joanna citharistria Ep. XCI. ὅλετο φορμίγγων τερετίσματα, λήξαν ἀοιδαί, Ὥσπερ Ἰωάννῃ πάντα συνολόμενα.

¶. 27.] *XL.* V. 3. οὐδ' ἓν. Tanta fuit omnium tristitia, tam dejectus animus, ut omnis de diversis factionibus inter populum contentio cessaret. φίλιαι ἔριδες. contentio sine acerbitate. Tales certe illae contentiones nonnunquam erant; sed frequenter etiam in caedem et cruenta bella erumpebant.

XLI. Vat. Cod. p. 708. duo priora disticha exhibet, posteriora omisso. — V. 1. χεύσεον. Cf. Ep. I.

5. 6. — V. 4. Juvenis celeberrimos agitatores ſuperavit, ſenex juvenes. Cf. Ep. XXX. XXXV. — δεῖξεν, ut Ep. VIII. οἵοι καὶ ἵππους Κρείσσονας ἀντιπόρων δείξω χειμοτέρους.

XLII. V. 2. τέρψιν. ſtatuam, quae te defunctum oblectaret. — V. 3. ἐπισφρήγιζε. Vulgo. Quum populus tibi ſtatuae honorem poſt mortem decerneret. Eodem ſenſu σφραγίζειν poſuit *Loll. Baſſ.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 22. — V. 4. Poſt πότμον comma ponendum. — V. 5. φιλοκέρτομος. ubi factiones certantes ſe invicem maledictis et conviciis petere ſolent. Quam frequens fuerit in Circo maledicentia, quippe quae ne Imperatoribus quidem parceret, tota Caeſarum hiſtoria loquitur.

XLIII. Viventi Conſtantino ſtatuam nullam decretam eſſe, ita poëta excuſat et interpretatur, ut populum exiſtimaſſe dicat, tam parvum munus ejus virtutibus non ſatis reſpondere; poſt ejus fata autem deſiderio ductum eundem caram ejus imaginem ſtatuiſſe, ut laborum ejus memoria etiam ad poſteritatem propagaretur. — V. 3. ᾖδεε. In Anal. vitioſe expreſſum ᾄδεε. — V. 6. Vulgo ἴχῃ. Duo Planudeae Codd. ἴχοι exhibent. Et ſic Ed. Flor. pr. ἴχοι tres Aldinae.

XLIV. Veneti et Praſini, priſtina ſimultate depoſita, in unum finem concorditer conſpirantes, tibi magno conſenſu monimentum in tumulo ponendum decreverunt.

¶. 28.] *XLV.* Ἀντολίης. Falli, ſi quis exiſtimet, Conſtantinum mortuum eſſe, cum potius curſum ad ſuperas regiones flexerit. — V. 3. θανεῖν. *Callim.* Ep. XLIX. θνέσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς. Sequentia ducta ſunt ex *Parmen.* Ep. XII. φθίσθαι Ἀλέξανδρον ψευδὴς φάτις, εἶπερ ἀληθὴς Φοῖβος· ἀνικήτων ἅπτεται οὐδ' ἀΐδης.

XLVI. Hoc Epigramma initio fortaſſe mutilum eſt. Statua, quam Conſtantinus nactus erat, poſita erat prope

duo ſigna aurigarum familiae ſuae. Probabile eſt, illa patri Conſtantini Fauſtino et Uranio dicata fuiſſe. Cf. Ep. LVII. — V. 2. τρισσοῖς εἰν ἑνὶ χώρῳ. Vulgo. — V. 4. ἀεμόν. Cf. Ep. XXXII. 2.

XLVII. V. 2. γείτονα γενεῆς. Cf. Ep. XLVI. — V. 5. Puerum ſeniores in Circo coronaverunt, id quod eos feſtivitatis et boni ominis cauſa feciſſe probabile eſt. *Brodaeus* cum in ſuo libro εἶσαν reperiſſet, emendavit ἦσαν, ἰδρύσαντο. In quo eum fefellit *Heſychii* auctoritas, apud quem ἦσαν, ἐκάθισαν, pro ἔσαν legitur. Verum eſt εἶσαν. Il. η. 57. κάδδ' Ἀγαμέμνων εἶσεν ἐϋκνήμιδας Ἀχαιούς.

XLVIII. Conſtantinus Νίκης alumnus appellatur, ut Ep. V. Porphyrius ejusdem Divae filius. — V. 3. Intra quinquaginta annos, quibus in Circo certaſti, nunquam tibi ſimilem aut aequalem inveniſti. οὐδ' ἴσον. In ed. Flor. pr. et Ald. pr. ὅσον. — οὐδ' ὀλίγον. nullum, qui te parvo aut proximo intervallo ſequeretur, ſed omnes longe poſt te reliquiſti. — V. 5. Cf. Ep. XLI.

¶. 29.] *XLIX.* V. 3. παρελφάσιν. Cf. *Agath.* Ep. VI. 7. Deſiderii ſui lenimen hanc ſtatuam poſuit. — V. 4. ἀμφιβάλῃ. Vulgo. — V. 5. ζῆλος. In quam aurigae tanquam exemplar quoddam intueantur. — V. 8. ὀλβίσῃ. Vulgo. Revocavit editor lectionem edit. Flor. pr. — ἦν μιν. Aldinae edd. tres. Multi, cum deteriores aurigas videbunt, hanc aetatem, quae talem virum nacta eſt, beatam praedicabunt.

L. „Ἀέθλια ex uno Planudeae codice. Vulgo ἄεθλα, „metro reclamante.“ *Br.* Sic etiam *Huetius* emendavit p. 38. et Aldus in Lect. unde Ald. 3. ἀέθλια recte exhibet. Viginti quinque palmas uno die Conſtantinus acceperat; tum equos ſuos cum adverſariorum equis permutavit, et illorum equis iterum totidem fere victorias reportavit. Cf. de hoc more Ep. V. VI. — V. 5.

ἀμφοτέρων μερέων. Haec verba proprie pertinent ad τίς in sequ. versu. Saepe inter populum (δῆμος h. l. vix per *factionem* explicari poterit) exorta est contentio, utra duarum factionum eum habere deberet. Cf. Ep. VII. 3. 4. — V. 6. δὲ δόσαν. Vulgo. πέπλοι. sunt colores factionum, ut Ep. X. 4. — Data est Constantino optio, utrum Venetis an Prasinis accenseri vellet. — Male *Huetius* p. 38. »Sive Venetus esset sive Prasinus, po»pulus secundum eum judicavit.«

LI. V. 3. vitiose Steph. ἡνιοχῆε, quod Wechel. repetivit.

LII. Planud. p. 409. St. 544. W. In Constantini imaginem, in loco contecto positam. Cf. simillimum carmen XXXVI. Hoc autem Epigr. memorabile est propter mentionem quatuor factionum, cum in praecedentibus duae tantummodo commemorentur. — V. 3. τοὺς τρεῖς, δήμους scil. — V. 4. πνοῆς ἄνευθεν, ἄπνοον pictum, non vivum.

¶. 30.] *LIII.* »In uno Planudeae scriptum Κων»σταντῖνός γ' ἦν. Recte infertum γε, sine quo metrum »non constat. Praeterea scribendum Κωνσταντῖνος. Cor»ripitur enim hic tertia syllaba.« *Br.* Κωνσταντῖνος ἦν. Vulgo. *Scaliger* ap. *Huetium* p. 38. κ. νῦν corrigebat. Quod ad penultimae quantitatem attinet, eadem est in praec. Ep. v. 1. In talibus sequioris istius aevi poëtae multum sibi licere existimaverunt. — V. 3. »In eodem »Cod. ἥρπασεν χάρων.« *Br.* Vulgo ἥρπασε δρέκων. Veram lectionem jam *Brodaeus* viderat.

IN URANIUM.

LIV. Vat. Cod. p. 709. Planud. p. 407. St. 542. W. Uranius primum ex Venetorum partibus stabat, deinde,

cum jam finem agitandi feciſſet, a Praſinis commotus eſt, ut ipſorum factioni nomen daret. Uranii, Venetae factionis hominis, mentionem facit *Conſtantinus Porph.* in Ceremon. ubi vide Reisk. p. 99. — V. 1. ἀεθλεύοντι. Dum adhuc in Circenſibus certabas, (vide ad Ep. II. 5.) et laboribus defunctus ſtatuam accepiſti a Praſinis. — V. 5. δίζετο. Cf. Ep. VII. 2.

LV. Argumentum idem cum praecedente. — V. 4. οἷς δή. Ejus ſtatua poſita eſt prope gradus Praſinorum. Suas autem quaeque factio porticus, ſuos gradus habebat, unde certamina ſpectabat. Vide *Ducange* CP. Chriſt. L. II. p. 103.

LVI. Imperator Uranium, cum certare deſiiſſet, commovit, ut currum denuo conſcenderet; idque omnibus factionibus gratum fuit, cum nemo, niſi Uranius adeſſet, Circenſia ſpectare curaret. — ¶. 31.] V. 5. ὑστατίης νίκης. ἕνεκα ſubaud. Nihil intereſt, utrum haec verba jungas cum στῆσεν, an cum ἀγασσαμένη. *Thucyd.* VI. 36. τῆς μὲν τόλμης οὐ θαυμάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας. *Plato* Euthyd. p. 216. ἀγασθέντες τῆς σοφίας αὐτοῦ. Vide *Pierſ.* ad Moer. init. et de ellipſi praepoſitionis *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 126.

LVII. Vat. Cod. p. 709. Uranium juxta filium Fauſtini, Conſtantinum (v. Ep. XLVII.), ipſumque Fauſtinum collocari juſſit Imperator. — V. 4. Pelopis cognomen tributum Uranio ob inſignem agitandi peritiam. — V. 5. ὡς αἰεί. Verſus Homericus, ſaepe a philoſophis ad varia accommodatus. Vide *Clark.* ad Homer. Od. ρ. 218. — V. 6. τοὺς δέ. Vulgo.

LVIII. Si recte intelligo, Uranii ſtatua collocata erat in Hippodromo prope ſtatuam urbis Nicaeae, unde ortus erat, et novae Romae, i. e. Conſtantinopolis. Hae autem ſtatuae ipſi ab utraque manu poſitae fuiſſe viden-

tur; hinc νικῆ ἀμφοτέρωθεν, sive a dextra, sive a sinistra parte procurreret; τῇ καὶ τῇ, ab Nicaeae parte vel a parte Romae. — V. 5. χρυσῷ. Vulgo. — Notandus usus verbi ἀναγεάφεσθαι, a picta imagine ad statuam translati. — V. 6. Pro κτεάνῳ V. D. in Cod. Scaligeri eleganter corrigebat κτεάνων, probante *Huetio* p. 98. Et sic Aldus in Lect. habet; nec non Aldin. 2. 3.

IN JULIANUM.

LIX. Vat. Cod. p. 708. Notabile Epigramma, in quo Juliano communi Imperatoris, populi et senatus suffragio statua decreta esse dicitur. — ¶. 32.] V. 6. „Quod vulgo legitur ἔνθεεν, typographi error est in edit. „Stephani. Nam quae illam praecesserunt omnes recte „ἥνθεεν habent.“ *Br.* — Obscuriora sunt verba οἷσιν ἕως ἥνθεεν ἀντικάλων, quae sic vertit *Grotius: manet ejus in ipsis, quos adversa tenet factio, dulcis amor*; sensu optimo, sed qui ex graecis verbis vix elici potest. Sensum potius hunc esse puto: Omnes praestantiores aurigae eum desiderabant; tales enim peritos sibi adversarios contingere optant, quo magis ipsorum emineat virtus. Juliano autem a Circensibus recedente, illi nullos ibi adversarios, qui quidem hoc nomine digni essent, sibi habere videbantur.

LX. In Juliani imaginem currui impositam. — χαῖρε οἷδε γεννᾷν. Ars defunctis vitam reddere potest. — Simili audacia Ep. κδεσπ. CCLXXXVIII. in statuam Herculis: Ἀλκμήνης δ' ὠδῖνας ἔχει λίθος. — V. 3. Πρασίου δήμου sc. factionis russatae. Egit de hoc vocabulo, nostro loco non omisso, *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 775. — V. 5. τὸ νεῦμα. signum manu et mappa datum. Mappa enim sublata transennae aperiebantur. Cf. *Salmas.* ad Solin. p. 647. B. C.

LXI. In postremo versu pro καὶ τὸ στ. *Brunckius* mallet καινὸν στέφος, quod certe elegantius foret.

IN EUSEBIUM.

LXII. Planud. p. 296. St. 435. W. In tertiam statuam Eusebio positam. — V. 3. Tantum omnes curru praevertit, ut victoria ambigua esse non posset. — V. 5. Reliquorum contentio cessavit, cum Eusebius omnes longissime superaret. δήμου διχοστασίην. cum populus antea modo huic modo illi faveret, Eusebius insigni virtute effecit, ut nemo praeter ipsum in populi ore et oculis esset.

AGATHIAE SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 33.] *I.* Vat. Cod. p. 499. Planud. p. 109. St. 160. W. *Stob.* in Floril. T. XVII. p. 154. 10. Gesn. 95. Gr. Mulierum amorem contra paederastas commendat, bestiarum conjugia hominibus in exemplum proponens. — V. 1. στυγόδεμνον νόον. ab omni libidine abstinere, ut ii, qui sanctimoniae causa a matrimonio abhorrent. — V. 2. κλονέει. *Paul. Silent.* Ep. XXX. ὄππότε δοιοὺς — ἴσας ἔρως κλονέει. — V. 4. κυπριδίους ὀάρους. mulieribus natura ipsa multas illecebras dedit. Eodem sensu voce ὄαρος utitur *Orpheus* in Argon. 1324. εἰ δέ κε νυμφιδίοις ὀάροις λέκτρῳ δὲ κλιθεῖσα Παρθενίην ὑσχυνε. Plura vide ad *Thall. Milesf.* Ep. IV. ubi emendandum proposui: χλοερὰ δ' ἀπὸ σεῖο Φυλλὰς ἀεὶ κεύθοι τοὺς Παφίης ὀάρους. T. II. P. II. p. 30. — V. 5. „In Planudea [et ap. Stobaeum] perperam legitur οὐ γὰρ ἐκείνων Φύσις ἀτιμάζει — contra

„metri legem, cum in φύσις prior corripiatur. In opti„mo Planudeae cod. vox φύσις deeſt, vacuo relicto ſpa„tio. Deeſt etiam in altero, at in ora repoſita. Prior „autem non οὐ γάρ, ſed ἡ γάρ. Veram e cod. Vat. lectio„nem dedi.“ *Br.* Iisdem argumentis Daphnis adverſus Gnathonem disputat ap. *Longum* L. IV. p. 109. ed. Vill. ubi Interpp. hoc Epigramma non neglexerunt. Philoſophorum loca, puerorum amorem ſimilibus argumentis impugnantium, collegit *Wetſten.* ad Epiſt. ad Rom. I. 26. p. 24. ſq. At longe aliter disputat de eadem re *Strato* Ep. LXXXIV. — V. 8. ξεῖνον. novum et inſolentem. Cf. not. ad Ep. in Aurig. Stat. XV. et *Gatack.* Miſc. Poſth. XV. p. 560.

II. Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 463. St. 602. W. Sibi ipſe mala imprecatur poëta, ſi quando in puerorum amores inciderit. — V. 2. ἐχθόμενοι Vat. Cod. vitioſe. — V. 3. μήτε τυχήσω. ne compos fiam voti, opto, ſi puerum petivero. — ἐκπολισθήσω. *Alciphr.* L. III. 64. p. 434. καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν εἰς ἔρωτα κατολισθήσας φλέγεται. — V. 6. Excitat h. v. *Suidas* T. III. p. 120. in Πιττάλακος, ubi veteres edd. καλύψω exhibent. Pittalacum, hominem impurum, commemorat *Aeſchin.* c. Timocr. T. III. p. 79. ed. R. ἐστί τις Πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος, εἰλέτης τῆς πόλεως· οὗτος ἀποδῶν ἀργυρίου καὶ ἰδὼν τοῦτον ἐν τῇ διατριβῇ ἀντέλαβεν αὐτὸν καὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ.

III. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 465. St. 605. W. Ad imitationem *Poſidippi* Ep. XVI. incommoda exponit, in quae incurrere debet, qui mulieribus animum adjicit. — V. 2. μαχλ. qui meretrices amant, illarum avaritia excruciantur. σπατάλη χρυσομανής. *Rufin.* Ep. XXXVII. σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη. In Vat. Cod. χρυσομανεῖ σπατάλη (g). Si genuinus dativus, extrinſecus aſſumenda praep. ἐπί. — V. 3. πελάσοις. Vat. Cod. —

V. 4. τὰς ἐπί. emendavit *Scalig.* in not. mſc. citra neceſſitatem. — ¶. 34.] V. 5. Quae voluptas eſſe poteſt in Veneris uſu cum uxore legitima, ad quam non amoris ſtimulis, ſed neceſſitate officii impellaris? *Nicand. Coloph.* Ep. I. οὐδεὶς τὴν ἰδίην συνεχῶς — κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύνατω. — V. 7. μύχια. Aldus invenit in Cod. quodam, idque legitur in Ald. 2. — ἔκτοθεν ἐρώτων. ſine amoris fructu; quippe in quibus ſive flagitii turpitudo, ſive metus voluptatem ſuperet. Cum adulterio paederaſtia jungenda et eodem, quo illud, loco habenda eſt. — V. 9. ἄκοσμος. impudica. — V. 11. μόγις. Vat. Cod. a pr. m. — Viduam ubi vix tandem multis laboribus et impenſis commoviſti, ut tibi corporis ſui poteſtatem faciat, ſtatim δέχνυται κέντρα παλιμβολίης, poenitentia afficitur. παλίμβολος. — πολυμετάβολος καὶ ἐπὶ μιᾷ γνώμῃ μὴ μένων. *Tim.* Lex. Plat. ubi vide *Ruhnk.* p. 204. — V. 13. στυγέει. facti eam poenitet, quodque ipſi ſupereſt pudoris, eo adhibet, ut, quae modo conceſſerat, neget, dilationes quaerat, et connubii adeo voluptatem frangat. Hae ſunt λυσίγαμοι ἀμβολίαι. γάμος enim h. l. ut Ep. I. 8. et paſſim, non juſtas nuptias, ſed concubitum ſignificat. — In contextu Vat. Cod. χάζεται ἀγγελίας legitur. In marg. γρ. ἀμβολίας. — V. 17. Legibus vetitum erat cum aliena ancilla rem habere. ἀνιχνεύων. Legi tribuitur, quod proprie magiſtratuum eſt, qui in flagitia inquirunt. — In Vat. Cod. obſcurum eſt, utrum ὀθνείην, an ὀθνείῃ exaratum ſit. — νόμος ibidem lineae ſuperſcriptum. — V. 18. δώματος. Vat. Cod. — V. 19. τὸν ὑμέναιον. Apte contulit *Brodaeus Galen.* περὶ τῶν παπ. τύπων. VI. Διογένης οὖν ὁ κυνικὸς ἑταίρᾳ πατὰ συνθέμενος, ὡς φασίν, ὅπως πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται, βραδυνούσης αὐτῆς, ἀπετρίψατο τὸ σπέρμα, προσαπτόμενος τῇ χειρὶ τὸ αἰδοῖον, καὶ μετὰ ταῦτα παραγενομένην ἀπέπεμψεν, εἰπών, τὴν χεῖρα φθάσαι τὸν ὑμέναιον ᾄσαι. Erat enim haec impuritas ſecundum Cynicos res ἀδιάφορος. Unde in Vita Peregrini *Lucianus* §. 17. T. III. p. 341.

ἐν πολλῷ δὲ τῶν περιεστώτων δήμῳ ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος, ubi vide Interpp. Apud eundem Vit. Auct. §. 10. T. I. p. 550. Diogenes vendendus futurum dominum hortatur, ut in omnium conſpectu faciat, quae alius vix domi ſuae facere audeat, addens haec: καὶ τῶν ἀφροδισίων αἰροῦ τὰ γελοιότατα, ſive, ut mihi quidem videtur, τὰ ἀγελαιότατα, i. e. *viliſſima quaeque.* Dicere enim ſolebat, ἀπανταχοῦ παρεῖναι αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην προῖκα. *Dio Chryſ.* Or. VI. T. I. p. 203. Conf. *Bayle* Dict. v. *Diogène* Not. L.

IV. Vat. Cod. p. 120. Planud. p. 452. St. 587. W. In amore et nimiam ſuperbiam et humilitatem nocere docet. — V. 1. χαλάσῃς. Vat. Cod. — ne nimis ſubmittas animum. — V. 2. ἔμπροσθεν. Flor. edit. quod reliquae non ſequuntur. ὀλισθηρὰ ἱκεσία dicta videtur a geſtu ſupplicantium, qui in genua *labuntur.* Vulgari ſenſu ὀλισθηρὴν τύχην dixit Noſter Ep. LXVI. 4. — V. 3. στεγανότερον. edd. ante Stephan. — *Suidas* T. III. p. 370. στεγανώτερον. πεπυκνωμένον. συνεχέστερον. ἐν Ἐπιγρ. ἀλλά τε καὶ φρονίεις στ. — Firmiori te animo eſſe oportet. στεγανὰς θυμὸς eſt proprie *animus bene munitus, undique tutus.* — ὄσσον. leviora haec animi offenſi ſigna, frons contracta, parcior adſpectus. — βλέμματι φειδομένῳ. Cf. *Strat.* Ep. XVI. 2. — V. 5. Superbos mulieres negligunt; nimis miſerabiles rident. ἔργον ἀθερ. *ſolent.* Hoc ſenſu *Aelian.* V. H. IX. 24. Συβαρίταις πᾶσιν ἔργον ἦν τρυφᾶν. Ibid. III. 18. γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι. ubi *Periz.* plura hujus generis dedit. — V. 6. κατὰ καγχ. Vat. Cod. De riſu petulanti et immoderato hoc vocab. explicat *T. H.* in Auct. Em. in Heſych. T. II. p. 116. Add. *Fiſcher.* ad Anacr. p. 17. ſq. Noſter Ep. XXVII. et *Paul. Silent.* Ep. XXXIII. Praeceptum dat paulo diverſum *Propert.* I. X. 27. — *quo ſis humilis magis et ſubjectus Amori, Hoc magis effectu ſaepe fruare bono.*

V. Cod. Vat. p. 133. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 684. nr. 387. et ante eum *Pierſon.* in Veriſim. p. 18. Mulieri, quam deperit, comae reticulum et pallam donat, alia majoris pretii promittens. — V. 1. κεκρύμμενον. rica, faſcia crines continens. Vide *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 543. *Lennep.* ad Coluth. I. 2. p. 6. Faſciae *Agathiae* aurea ornamenta intexta erant. γραφὶς. ipſa pictura ſive acu picta imago eſt. Vide ad *Philippi* Ep. XLII. T. II. P. II. p. 177. — χρυσοπήνη. (χρυσοπήνην corrigit *Weſſel.* Probab. V. p. 47.) τὴν διὰ χρυσοῦ εἰργασμένην. *Heſych.* Similia verba collegit *Pierſon.* l. c. χρυσοπήνητα φάρεα habet *Eurip.* Oreſt. 838. — ¶. 35.] V. 3. βάλλε pro ἔμβαλλε. ut *Meleag.* Ep. XL. et XLIV. — De ἀμπεχόνῃ vide ad *Antip. Sid.* Ep. LXXXII. T. II. P. I. p. 76. Faſcia eſſe videtur h. l. quae humeris papillisque circumnectebatur, qualem Niobes filiae gerunt, ſecundum *Winkelm. Geſch. der Kunſt* T. I. p. 197. Jungit ζῶμα et ἀμπεχόνην *Ariſtophan.* ap. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 245. Utrique uſui cum inſerviret haec faſcia, Agathias puellam rogat, ut ea mammas potiſſimum ſubſtringat. Minus recte h. l. accepit *Reiskius.* — Vat. Cod. ἐφ' ἑσσαμένη et ἐπὶ μάζιον. Pro εἴη v. 5. Ap. Lipſ. ἦδη. — V. 7. καὶ τόδε. τὸ ἐπιμάζιον ſcil. ſive τὸ κεκρύμμενον, ut nihil opus ſit cum *Salmaſio* τὴν μὲν corrigere. — ἀλλά. Nec tamen ſemper puella manere velis. — V. 8. λεύσσοις. Vat. Cod. — ῥύσταχυν *Pierſ.* ex Cod. In Ap. Lipſ. εἰς ταχύν, unde in marg. εἰς τάχος emendatum eſt. — στάχυς de liberis dictum cum aliis ejusdem generis vocabulis illuſtravit *Rubnken.* ad H. in Cerer. 23. p. 9. Adde *Euripid.* in Erechth. fr. I. 26. αἱ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θήλεως στάχυς Ἄρεως. — V. 9. κεγνοφέην ἀναδέσμην. Hic igitur illis temporibus nuptarum ornatus erat. Caeterum h. l. eadem junguntur, quae ap. *Homer.* Il. χ. 469. ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τε ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην κρήδεμνόν θ'. — Vide-

tur ὁ κεκεύφαλος comam totam velaſſe. Ep. ἐδεσπ. CCCLII.

VI. Vat. Cod. p. 135. Edidit *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 687. nr. 389. Strategema deſcribit amatorium ſimile illi ap. *Euſtath.* de Iſm. Amor. L. V. p. 200. ubi Iſmenias poculum a puella accipiens, τὴν παρθένον, inquit, ἐδόκουν πίνειν αὐτήν, τὰ χείλη ταύτης κατεφίλουν ἐρωτικῶς καὶ φιλῶν ὑπέκλεπτον τὰ φιλήματα· ὑπηρέτην εἶχον τὸ ἔκπωμα τῆς ἐμῆς φίλης Ῥοδάνθης τὰ χείλη μετακομίζον μοι. — V. 3. ἐγώ. ego tanquam canalis ſive fiſtula ſorbendo amoris laticem, i. e. ipſum illud Rhodanthes oſculum, ad alterum zonae partem, meo ori admotam, attrahebam. — ἀρχή, extremitas, ut πνευμάτων ἀρχαὶ ap. *Eurip.* Hipp. 772. quem locum cum multis ſimilibus *Valckenarius* admovit Herodoteis ἁπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου L. IV. p. 308. Adde *Ruhnk.* ad Tim. p. 241. — V. 5. αὖ ἐρώων. Sic Vat. Cod. Una voce ἀνερώων *Reisk.* ἀνερώων Apogr. Ruhnk. et Guy. — V. 6. μάσταξι. Ep. VIII. 16. *Homer.* Od. ξ. 287. μάσταξ. τὸ στόμα. *Heſych.* — ἀντ' ἐφίλουν. Vat. Cod. E longinquo puellam oſculabar, oſcula reddebam, zonae oſcula imprimendo. — V. 7. πόνου παραίφασις. ἀπάτημα πόθων ap. *Meleag.* Ep. CXII. Ep. in Stat. Aurig. XLIX, ἓν τόδ' ἄγαλμα παραίφασιν εὗρεν ἐρώτων.

VII. Vat. Cod. p. 135. *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 688. nr. 390. De vetula conqueritur, puellae, quam deperit, nimis diligenti obſervatrice. — V. 1. ἡ τριπόρπωνος. *Lucill.* Ep. XXXII. Θεμιστονόη τριπόρπωνος. ubi vide not. T. II. P. II. p. 461. — ἡ ἡμετέρους. quae ſine dubio nullam aliam ob cauſam, niſi ut nos moleſtiis afficiat, ſaepe mortis procraſtinationem ab Orco impetravit. — V. 4. οὔτε ζωῆς. Vat. Cod. Nec aliter Ap. Guy. et Ruhnk. et *Reisk.* — κύλικα εὔζωον eſt ap. *Plutarch.* V. Theſ. T. I. p. 20. ed. Bry. unde apparet, *Pauwium* temere ζωροτέρου conjeciſſe. *Lactea pocula* ſic dixit *Statius* L.

Achill. 307. ἀκρήτου κύλικος. Ep. ἀδεσπ. DCLXVIII. — V. 5. περὶ δέρη. Vat. Cod. — V. 6. ἀθρήσῃ Vat. Cod. a man. sec. — ῥεμβομένην. furtivis oculis circumspicientem, circumvagantem. *Plutarch.* T. II. p. 521. C. δεῖ δὲ μὴ καθάπερ θεράπαιναν ἀνάγωγον ἔξω ῥέμβεσθαι τὴν αἴσθησιν, ῥεμβώδες ὄμμα dixit Idem T. II. p. 45. D. — Post hunc versum distichon abest ab Apogr. Lipsi. quod non fugit *Reiskium.* Dedit illud *Schneider.* in Per. crit. p. 31. — V. 9. Proserpinam rogat per amorem Adonidis, ut suo miseraeque puellae desiderio succurrat, importunamque anum ad inferos devocet. Proserpinam amore incensam Adonidem Veneri eripuisse, plures tradiderunt. Vide *Schol. Theocrit.* XV. 86. *Clem. Alex.* Cohort. ad Gent. p. 29. ubi dearum amores recensens: ἐπὶ δὲ Ἰασίωνι Δημήτης, καὶ ἐπὶ Ἀδώνιδι Περσέφαττα. ubi vid. *Potterum Sylburgii* conjecturam Ἀΐδωνεῖ refutantem. Ad eosdem amores respicit *Alciphron* I. Ep. 39. p. 251. et *Lucian.* D. D. XI. T. II. p. 34. ubi vide *T. Hemsterh.* p. 279. ed. Bip. — V. 10. ξυνῆς. mihi et puellae communis. — ¶. 36.] V. 11. Libera puellam ab anu, priusquam ipsa pereat. — Perquam languide et sine acumine hoc carmen terminatur.

VIII. Vat. Cod. p. 137. Primus edidit *D. Heinsius* in Poëm. e Gr. versis p. 138. unde ejus initium repetivit *Pierson.* ad Moer. p. 87. *Reiske* Misc. Lipsi. IX. p. 691. nr. 393. Narrat poëta, quomodo puellam, vetula illa custode juxta cubante, osculatus sit. — V. 1. παρ' ἐκ. Vat. Cod. — V. 2. δόχμιον νῶτον. Anum in anteriore lecti parte cubuisse puta, ita ut accedentibus tergum opponeret. Hinc propugnaculo comparatur insuperabili, προβλὴς ὥς τις ἔπαλξις. Excitavit hoc hemistichium *Alberti* ad *Hesych.* in προβλήματι. *Homer.* Il. π. 407. πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι. Ib. β. 396. προβλῆτι σκοπέλῳ. Cf. *Suidam* in ἐπάλξεις T. I. p. 786. Eadem de propugnaculo allegoria per totum hoc carmen regnat. — V. 3. πολὺ δ' ἐπ' ἦμαρ.

„*velut verno tempore.* Sic optime emendavit praestantis-„simus *Toupius* in Suid. I. p. 51. [p. 47. ed. Lips. et „Cur. Sec. p. 199.]. Scriptum in Cod. οἷα δὲ πυρί. Sal-„masio in mentem venerat οἷα. δὲ πύργος, quod merito „explodit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 101. licet non multo „melius sit, quod ipse suadet πήρα. In veteri Cod. scri-„ptum erat, pro eo qui olim obtinebat more, indistinctis „vocibus ΟΙΑΔΕΠΗΡΙ, unde librarius imperitus fecit οἷα „δὲ πυρί, Η in Τ mutato, quod millies factum. Haec „corruptelae origo probabilior est Piersoni hypothesi, „quem vide ad Moer. p. 87.“ *Br.* οἷα δὲ πυρὶ etiam *Suid.* habet in ἁπλοΐδας T. I. p. 268. *Corn. de Pauw* in not. msc. πήρα tentabat: ut *saccus.* *Jos. Scaliger* οἷα δὲ πυῤῥή, quod recepit *D. Heinsius.* Huic conjecturae et ceteris omnibus longe praeferenda emendatio *Salmasii*, quidquid dixerint *Dorvillius* et *Brunckius.* Hujus sententiam expositam vidimus. Ille hanc emendationem parum elegantem judicabat, tum quia ἔπαλξις praecederet, tum quia vestis nihil cum turri commune haberet. Sed recte monuit *Pierson.* l. c. passim jungi ἔπαλξις et πύργος, ut ap. *Thucyd.* L. III. p. 179. 3. et totius carminis colorem, ubi omnes metaphorae a re militari desumtae sint, egregie illi lectioni patrocinari. Idem fere judicat Vir Doct. (quem *P. Fonteinium* fuisse suspicor) qui adscripsit margini Ap. Lennepiani: „πύργος. Sic „lege vel τύρσις. Vide Thucyd. L. III. p. 179. 5. Lu-„cian. T. III. p. 308. l. 35. Ridiculae his hominibus „comparationes in deliciis erant.“ In πύργος sponte etiam incidit *Schneiderus* V. Cl. in Per. crit. p. 29. Ut autem h. l. vestis cum moenibus comparatur, ita contra moenia vesti ap. *Herodot.* L. VII. 20. εἰ καὶ πολλοὶ τειχέων κιθῶνος ἦσαν ἐληλαμένοι διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ. quod illustravit *Valcken.* p. 566. 20. *Demades* rhetor ap. *Athen.* L. III. p. 99. D. τὸ τεῖχος ἐσθῆτα τῆς πόλεως appellaverat. Conopeum muscas et culices arcens corpus defendit

οὐδὲν ἀφανέστερον τείχεος ἀστυόχου, secundum *Paul. Silent.* Ep. LXVI. 6. Sed multo magis *Salmaſii* emendationem firmat, quod *Paulus Sil.*, ejusdem aetatis homo, Ep. VI. tenuem veſtem, quae ipſum a puella ſecernebat, cum Semiramidis muro comparavit: μηδὲν ἔσι τὸ μεταξύ· Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο τεῖχος ἐμοὶ δοκεῖ λεπτὸν ὕφασμα εἶδεν. *Lucian.* Dial. Meretr. III. καὶ τέλος διατείχιζε τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, et mox: ἀφῃρέθη μὲν ἤδη τὸ διατείχισμα. Similiter *Euſtathius* de Amor. Iſm. L. III. p. 100. de puella, quae ab amatoris ſeſe defendit impetu, ὅλῳ σώματι περιτειχίζει τὸν μαζόν, ὡς πόλιν ἀκρόπολις. Haec omnia efficiunt, ut *Salmaſii* emendationem non modo non explodendam, ſed ceteris omnibus anteponendam exiſtimem. Quod vero ad *Toupii* lectionem attinet, ſpecioſa illa quidem, praeſertim propter literarum ſimilitudinem, (quae tamen in πυρὶ et πυργ' etiam ſumma eſt,) nec tamen propterea unice vera. Puellam vir ingenioſiſſimus, jam ſpirante Favonio, εἶα δ' ἐπ' ἦρι, veſtem tenuiorem pro more ſumſiſſe ait, et poëtam reſpexiſſe *Xenophont.* Hiſt. Gr. IV. 5. 4. καὶ ἀναβεβήκεσαν δὲ ἔχοντες, εἶα δὴ θέρους, στειρία. *Et quod, ut aeſtatis tempore, tenuibus induti pannis adſcendiſſent.* In his Toupianum agnoſcimus ingenium, qui, diſſimillimis ſaepe locis inter ſe comparatis, conjecturis ſuis ſpeciem conciliare ſolet. Hic certe *Agathiam* de *Xenophontis* loco ne cogitaſſe quidem, quovis pignore contenderim. Nec ſane locis veterum indigemus, qui probent, calido anni tempore craſſiores veſtes deponi, tenuiores indui. At docendum erat, verni temporis commemorationem ad hiſtoriam melius intelligendam facere. Quod nemo, puto, docere poterit. — Quod ad ἁπλοΐς attinet, veſtem ſimplicem fuiſſe, ipſum nomen indicat. V. *Heſych.* v. et *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 409. — ἐκταδίη. μεγάλη. *Schol. Homeri* Il. κ. 134. — V. 6. Excitat h. verſum *Alberti* ad *Heſych.* v. χαλίκρυτος· et *Suidas* T. III. p. 649. χάλιξ,

ὁ ἀκρότατος οἶνος· χαλᾷ γὰρ τὰς φρένας. *Hesych.* Bacchus ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι, i. e. μεθύων ἀκράτῳ, *Apollon. Rhod.* IV. 432. Vide *Schneiderum* ad *Nicandri* Alex. 29. *Cuperum* in Obſſ. I. 11. p. 79. et *Gataker.* Adv. Miſc. Poſth. 5. p. 455. — Serva, januae cuſtos, bene pota in limine jacebat. — V. 7. ἐπὶ στρ. Vat. Cod. correctum ἀπό. Apogr. Ruhnk. et Guy. ἐπιστρεπτῇρα. Pro θυρέτρου, quod ut veram lectionem protulit *Dorvillius* l. c. et *Alberti*, qui partem hujus diſtichi excitat ad *Heſych.* T. I. p. 98. 22. in quibusdam apogr. μελάθρου legitur. Peſſulum januae clanculum et ſine ſtrepitu removit ille, qui didicerat *impercuſſos nocte movere pedes. Ovid.* III. Amor. I. 52. — V. 9. φευκτοὶ αἰθαλόεντες non ſunt *titiones*, *torres*, ut *Salmaſ.* in apogr. ſui margine notavit, ſed *lucerna*, quam φευκτὸν facete appellat, ut in metaphora perſiſtat. τῶν φευκτῶν enim uſus in bellis et urbium expugnationibus. *Stanlej.* ad *Aeſchyl.* Agam. 1. p. 793. — Excitavit hoc diſtichon *Suid.* in λάπην T. II. p. 462. ubi recte βιπίσμασι, non βαπίσμασι, ut *Heinſius* habet. — Veſte mota ventum faciens lucernam exſtinxi. — V. 10. *Suidas* in λέχριος T. II. p. 435. — V. 11. Idem in κνώσσουσαν T. II. p. 335. — ὄγκα. *Heinſ.* et *Reisk.* — Quum vetula anteriorem lecti partem occuparet, amator ſubiens lectum usque ad alterum ſpondae latus prorepſit, ubi corpore ſenſim erecto puellam tentare coepit. — σχοῖνοι funes ſive lora, lectum jungentia. Rem illuſtrat *Petronius* c. XCVII. *Imperavi Gitoni, ut raptim grabatum ſubiret, annecteretque pedes et manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ferebat. — non eſt moratus Giton imperium, momentoque temporis inſeruit vinculo manus, et Ulixem aſtu ſimillimo vicit.* — V. 13. μετὰ βαιόν. *Heinſ. Reisk.* ὅπῃ *Heinſ.* ὅπου *R.* ex Ap. Lipſ. — V. 15. ὑπεξέφθην δὲ πρόσωπα. *Reisk.* ex Ap. ſuo. ὑπεξέφθην δὲ προσώπῳ. membr. Vat. In marg. Ap. Guy. haec notata leguntur *Salmaſii: an* ὑπεξίφθην, *os*

meum affrictum eſt illius ori. Sed forte legendum ἐπιτρίψαν δὲ προσώπῳ. *Sic ſupra* ἦν δ' ἐπιτρίψῃ τὸ σκέλος. Nihil mutandum videtur. Ille paulatim ſeſe erigens primum papillas comprehendit manibus, deinde ad altiora pergens ὑπεξώφθη προσώπῳ, *ore* quoque *puellae delectabatur*, in eoque *luxuriabat*, oſcula ipſius ori infigens. Oſcula illa tanquam cibum aliquem delicatum repraeſentat; hinc μάσταξε πιαίνων· quod pro *oblectare* poſuit *Aeſch.* Agam. 275. Cf. *Paul. Sil.* XI. 2. — χείλεος εὐαφίη, labia ſuaviter intumeſcentia. Vid. not. ad *Ruſin.* Ep. II. 4. T. II. P. III. p. 152. — V. 17. In hac muri expugnatione praedam habebam pulchrum puellae oſculum. — σύμβολον. *Salmaſ.* in marg. Ap. Guyet. *praemium*, μισθὸν interpretatur, ad *Heſychium* remittens, ubi τὸ διδόμενον τοῖς εἰσιοῦσιν εἰς τὸ δικαστήριον appellatum fuiſſe σύμβολον docetur. Sed h. l. eſt potius *pignus*, quo accepto amator ampliora ſperabat. — V. 20. σφίγγεται, ἡ κορείη. puellae pudicitiam adhuc tuetur procraſtinatio. ἀδήριτος ἀμβολίη, induciae, pugna ceſſante. Nova pugna commiſſa, arcem virginitatis expugnabo. — V. 23. οὐδέ τί με στήσουσιν. et στήσωσιν. vitioſe *Heinſ.* quod *Dorvill.* notavit, qui σχήσωσιν ex Cod. profert. At ibi σχήσουσιν legitur. Depravatius etiam, σχίζουσιν, legit *Spanhemius*, qui hoc diſtichon profert in Libro de Uſu et Praeſt. Num. T. II. p. 75. ubi nummos tractat, in quibus Venus τροπαιοφόρος exhibetur.

¶. 37.] *IX.* Vat. Cod. p. 138. Edidit *Toupius* in Anim. ad Schol. Theocr. p. 211. Notae ſunt amantium ineptiae circa τὸ τηλέφιλον ex *Theocr.* Eid. III. 20. ſq. et Schol. Diſerte rem explicavit *Pollux* IX. 127. In illo ludo papaveris ſolium, hoc enim eſt τὸ τηλέφιλον, poculo fuit impoſitum, ubi ſi manu percuſſum clarum reddebat ſonum, id pro auſpicato ſigno habebatur. Hoc πλατυγίζειν appellabatur. Vid. *Suid.* v. T. III. p. 127. At hoc loco de cottabismo agitur, ad quem vocabulum

τηλέφιλον accommodatur tantum. Vide ad v. 6. — V. 1. ἔξωθε. Ap. Guy. et Ruhnk. — ἠχέτα βόμβος pro ἠχέτης, forma ionica, ſive, ut alii volunt, aeolica. ἠχέτα τέττιξ *Heſiod.* Ἔργ. 582. — μαντῶον appellatur κισσόβιον, propter hoc ipſum, quod omen inde petebatur. Totus loci color ductus eſt ex *Theocrit.* l. c.:

ἔγνων πρᾶν, ὅκα μευ μεμναμένω, εἰ φιλέεις με,
οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτιμαξάμενον πλατάγησεν.

— V. 3. τὸ δ' ἀτρεκές. An verum ſit augurium, tum intelligam, cum me tecum cubare patieris. — V. 5. μεθυσὰς ap. *Toup.* vitioſe. Partem hujus verſ. c. ſequ. laudat *Suidas* in λάταξ T. II. p. 417. ubi iterum (ut Ep. II. 6.) καλύψω exhibetur in vett. edd. λάταξ eſt ſonus, quem vinum efficiebat poculo cum vi injectum. Vide, qui omnem rem de cottabismo docte explicuit, *Groddeck.* in *Antiqu. Verſ.* p. 251. ſq. et p. 264. ubi docet, illum crepitum pro bono omine inter amantes fuiſſe habitum. Facit huc inprimis fr. *Callimachi* CII. Πολλοὶ καὶ, φιλέοντες Ἀκόντιον, ἦκαν ἔραζε Οἰνοπότῃ Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. *Suidas* in κοτταβίζειν· — εἰς χαλκᾶς δὲ φιάλας, αἳ καλοῦντο λαταγεῖα, ἀνεῤῥίπτουν ἐμβάλλοντες τὸ πόμα· καὶ εἰ ἐγίνετο μείζων ψόφος, ἐδόκουν ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐρᾶσθαι. — V. 6. πλέγμασι Vat. Cod. Superſcriptum πνεύμασι. Fortaſſe fuit:

καλλείψω λατάγων παίγμασι τερπομένους.

Si πλήγμασι verum eſt, quod *Salmaſ.* emendaſſe videtur; ſic enim ſcriptum reperio in Apogr. Guy. et Ruhnk.; accipiendum eſt pro ſynonymo τοῦ πλαταγήματος v. 1.

X. Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 454. St. 589. W. In cithariſtriam arte et pulcritudine conſpicuam. — V. 1. ἔχουσα vulgo. Noſtrum eſt in membr. Vat. probatum *Dorvillio* ad Char. p. 551. — V. 3. τραγικὸν ῥοίζημα. tragici ſermonis graviorem ſonum ſignificat. De oratore *Philoſtr.* in V. Soph. II. 10. p. 589. ὃς μηδὲ τοῦ

Πολέμωνος βοίζου λειπεσθαι δέξαι. ubi vid. *Olear.* — βήξατο φωνὴν, *vocem e pectore rumpit*, ut *Virgil.* loquitur Aen. XI. 377. Dicendi genus ap. ſeriores poëtas crebro obvium. Exempla v. ap. *Weſſten.* ad N. T. II. p. 231. — V. 7. σιγῇ. Vat. Cod. σιγῇ ἐφ' ἡμῖσιν. Ex Il. ν. 195. Submiſſa haec voce inter nos agamus, ne Dionyſus haec audiens Ariadnae hujus amplexum appetat. — V. 8. ἔχοι. Vat. Cod. — In Ariadnam quandam epitaphium eſt in Anth. Lat. IV. 56. p. 40. ſq.

XI. Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. Deſcribit poëta cruciatus, quos perpeſſus ſit inter duas puellas cubans, quarum alteram ipſe amabat, ab altera amabatur. — V. 1. ποτε μοῦνος Vat. Cod. a pr. m. μέσσα καθήμην vulgo, quod caſto Planudis ingenio debemus. At in lectione Cod. nihil impuri eſt, quippe quae de accumbentibus in coena accipi poteſt. Ante *Brunckium* eam indicavit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 655. — V. 3. οἷά τε τις φάῃ. Sic recte Planud. In membr. οἷά τ' ἔτι σφῶν. — V. 4. χείλεσι φειδομένην. fere ut Ep. IV. ὅσσον ἰδεῖν βλέμματι φειδομένῳ. — V. 5. ὑπὸ κλ. Vat. Cod. Alterius zelotypiam conabar fallere, quae ne dolum animadverteret, timebam. — τὰς λυσικόθους ἀγγελίας. ne amorem noſtrum parentibus puellae a me amatae indicans ejus fructu nos privaret. — V. 7. ἄρα εἶκον. Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. et perpetuo Homeri more firmatur. Sequentia ducta videntur ex *Anacr.* Od. XLVI. χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι, χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι.

¶. 38.] *XII.* Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 461. St. 599. W. De intempeſtiva hirundinum loquacitate conqueritur Agathias. Etiam hoc Ep. ex *Anacreonte* Od. XII. traductum videtur. — V. 1. Poſtrema hujus verſ. verba una cum ſq. laudat *Suid.* v. ἑλινύοντας T. I. p. 715. ubi ἐλιννῦσαι legitur, ut in vulg. edd. ἐλινύσαι Vat. Cod. quam ſcripturam praefert *Erneſtus* ad *Callim.* H. in Cer.

48. et poſt eum alii. — V. 3. ἀμφὶ π. Vat. Cod. — ἐς δ' ἐμὲ δάκρυ βάλλουσι. in lacrymas me conjiciunt; moerorem, ſomno modo cedentem, denuo excitant. — V. 4. βάλλουσιν. Vat. Cod. — παῤῥωσάμενοι. *Callim.* ap. *Etym. M.* v. ὦρος. ὁ ὕπνος. Καλλίμ. πολλάκι καὶ καυθῶν ἥλασε ὦρον ἄπο. *Theocr.* Eid. XXI. 20. ἐκ βλεφάρων δὲ Ὕπνον ἀπωσάμενοι. Sequitur in membranis diſtichon, quod Planudes ob ſcripturae vitia omiſit:

Ὄμματα δ' οὐ λάονται φυλάσσεται· ἡ δὲ Ῥοδάνθης
αὖθις ἐμοῖς στέρνοις φροντὶς ἀναστρέφεται.

Haec ſic fortaſſe emendanda ſunt:

Ὄμματα μυδαλέοντα παλάσσεται —

Lacrymis humidi oculi turbantur et irrigantur. μυδαλέοντα ſaltem ſatis veriſimile ex loco *Stratonis* Ep. LXVIII. quem *Agathias* ante oculos habuiſſe videtur: Πάννυχα μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ Ἄργυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ, ubi vide not. — παλάσσειν eſt perfundere, inſpergere, foedare, et reſpondet verbo φύρειν, quo *Strato* uſus eſt. νιφετῷ πεπαλαγμένον ὕδωρ dixit *Qu. Calaber* XII. 402. Fortaſſe tamen in φυλάσσεται aliud verbum latet. — V. 5. λαληπρίδες. Paſſim loquacitas hirundini exprobratur. *Schol. Theocr.* XV. 87. κωτίλλοισαι. ἤγουν πολυλογοῦσαι· κωτίλην γὰρ λέγουσι τὴν χελιδόνα. Proprio vocabulo κωτιλάδας appellatas fuiſſe ap. Thebanos hirundines, diſcimus ex *Strattide* ap. *Athen.* XIV. p. 622. A. Plura vide ap. *Valckenar.* in Adon. p. 379. λαλίη, φαιδρή τε χελιδονὶς Homonoea vocatur in Ep. Inc. DCCXXXII. Cf. *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 53. ſq. — V. 7. Ἴτυλον. *Soph.* Electr. 148. Ἴτυν γ' ὀλοφύρεται Ὄρνις ἀτυζομένη. *Catull.* LXIV. 13. *Daulias abſumti fata gemens Ityli.* Adde *Straton.* Ep. II. 3. — V. 8. „Foeda corruptela verſum „hunc obſidet in vulgatis libris, ubi vel Planudis vel „librariorum culpa legitur καὶ γοάιτε εἰς αἶπος κραναὴν —

„epopis seu upupae, i. e. Terei in hanc avem conversi.“ *Br.* De Tereo in upupam mutato vid. *Pausan.* X. 4. *Ovid.* Metam. VI. 672. Nidum aedificat ἐν τοῖς ἐρήμοις καὶ τοῖς πάγοις τοῖς ὑψηλοῖς. *Aelian.* H. A. III. 26. *Aristot.* H. A. IX. 11. Adde primam scenam Avium *Aristophanis*, ubi duo Athenienses Terei aulam in praeruptis montibus quaerunt. — V. 9. κνώσσομεν. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 10. ἀμφιβάλοι. Vulgo et in Vat. Cod.

XIII. Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 463. St. 601. W. In puellam olim pulchritudine conspicuam et superbam, nunc annorum progressu marcescentem. Color fortasse ductus ex *Automed.* Ep. II. T. II. p. 207. — V. 2. „πλεκτὰς Vat. Cod. hinc corrupta lectio in duobus Pla„nudeae παικτάς.“ *Br.* παικτὰς habet Ed. Flor. pr. Ald. tres. πεκτὰς emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc. nec aliter habet ed. *Jodoci Badii.* — V. 4. χεῖρας ἐρικνώθη. Vulgo: quod recte emendavit *Pierson.* ad *Moer.* p. 336. *Apollon. Rh.* I. 699. γήρᾳ δὲ ῥικνοῖσιν ἐπισπάζουσα πόδεσσι. Cf. Miscell. Obss. T. II. p. 360. — V. 5. μαζὸς ὑπεκλίνθη. Sic plane *Propert.* II. 12. 21. *necdum inclinatae probibent te ludere mammae*, ubi vide *Brukhus.* — V. 6. βαμβαίνει. fracta senio voce, quam Lycae exprobrat *Horat.* IV. Od. XIII. 5. *cantu tremulo pota Cupidinem Lentum sollicitas.* ubi vide *Mitscherl.* βαμβαίνων. τρέμων τοῖς ποσὶν ἢ τοὺς ὀδόντας. *Hesych.* Glossae: *Titubo.* σφάλλομαι. λακωνίζω. γλώσσῃ βαμβαίνω. *Themist.* Or. XIII. p. 301. καὶ ἔπαλλε μὲν αὐτῆς ἡ καρδία, ἐβάμβαινε δὲ ἡ φωνή. Cf. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 122. et in Append. ad Virgil. c. Gr. compar. p. 84. — V. 7. τὴν πολιήν. Canos equidem Nemesin amoris appellare soleo, quippe qui celerius subnascentes, poenas superbiae a puellis sumunt. *Automed.* l. c. καὶ κάλλους εἰσί τινες Νεμέσεις, ubi similia notavi T. II. P. II. p. 128.

XIV. Vat. Cod. p. 120. Plan. p. 453. St. 588. W. Scriptum in maritum, qui zelotypia inflammatus uxori

Rhodanthae et comam resecuerat et plagas intulerat gravissimas. In utraque re similis erat Polemoni *Menandri*, quem, cum in captivam, quam misere amabat, eadem commisisset, postea poenitentia hujus flagitii graviter affectum, humi prostratum lacrymas fudisse uberrimas constat ex *Philostrati* Epist. XXVI. ex cujus verbis fuerunt qui comoediam Menandri *Polemonem* elicerent. Perperam; nam fabulae titulus fuit ἡ Περικειρομένη, ut recte vidit cl. *Boettiger* in Exc. II. ad Eunuch. p. 59. sq. qui nostri Epigrammatis non immemor fuit. Praeterea τὴν Περικειρομένην nihil diversam fuisse à Ῥαπιζομένῃ multis argumentis eleganter docuit *Huschkius* V. Cl. in Anal. crit. c. VII. p. 171. sqq. — V. 1. τὸν σοβαρὸν Πολέμ. *Philostrat.* l. c. Οὔτε ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέκειρεν, ἀλλ' αἰχμαλώτου μὲν ἐρωμένης κατετόλμησεν ὀργισθείς, ἣν οὔτε αὐτὸς ἀποκείρας ὑπέσχετο· κλαίει γοῦν καταπεσὼν καὶ μεταγινώσκει τῇ φόνῳ τῶν τριχῶν. Ad hunc hominem inprimis ejusque in illa fabula partes respexisse *Tibullum* I. El. X. 53. acute suspicatur *Huschkius:*

Sed Veneris nunc bella calent; scissosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneraï subiusa genas; sed victor et ipse
Flet, sibi dementes tam valuisse manus.

— V. 2. γλυκερᾶς. Vat. Cod. unde Γλυκέρας fecit *Jos. Scaliger*, vertens: *Quod Polemo ille facit, Glyceres qui conjugis aufert In thymela crines, docte Menandre, tua;* quod *Fabricium* Bibl. Gr. T. II. p. 467. in errorem induxit. Vide *Huschke* l. c. p. 183. sq. — V. 5. καὶ τραγικοῖς. rem comicam in tragoediam vertit. — V. 6. μάστιξιν. Vulgo et Vat. Cod. — ¶. 39.] V. 7. Quod enim tantum flagitium Rhodanthe commisit, si eam aerumnarum mearum miseruit? — V. 9. Mire ab hujus distichi sensu aberravit *Scaliger*, qui vertit: *Exsculpens*

oculos radicitus ambo Invidiae informes duxit in ore notas. Quanto rectius ſummus *Grotius: Nos quoque diviſit ferus ille, nec ora ſueri Mutua fert: tantus pectora livor habet.* — Partem hujus diſtichi *Suidas* profert in ἄϑοτα T. I. p. 647. — V. 11. In marg. Vat. Cod. haec nota legitur: θαυμαστὴ ἡ τοῦ ἐπιγράμματος ἔννοια ἐκ τῶν δραμάτων Μενάνδρου. Ad titulos fabularum *Menandri* reſpici, ut in Ep. *Frontonis* II. (Anim. T. II. P. III. p. 11. ſq.) non fugerat auctorem hujus ſcholii, non magis ac *Weſſeling.* in Diſſ. Herod. p. 160. et *Grotium.* Primus tamen haec ſibi obſervaſſe videbatur *Toup.* Ep. Crit. p. 28. — Μισούμενος. In hac fabula partes primariae erant militis glorioſi, puellae, quam deperibat, odioſi. Vide *Liban.* Decl. XXXI. Tom. I. p. 701. cujus locum excitavit *Boeſtiger.* l. c. p. 55. — Δύσκολος, moroſus et triſtis, nec ſibi, nec aliis aequus. Hujus hominis mores et animum ob oculos nobis ponit *Julian.* in Miſop. p. 342. A. οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ ἐν Κελτοῖς, κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον, αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετιθουν. et p. 349. C. πόλει γὰρ πρεσβῶν ἐλευθέρᾳ, τὸν αὐχμὸν τῶν τριχῶν οὐκ ἀνεχομένῃ, ὥσπερ οἱ κουρέων ἀποροῦντες, ἄκαρτος καὶ βαθυγένειος ἐλεύθερος. ἐνόμισας ἂν Σμικρίνην ὁρᾶν, ἢ Θρασυλέοντα, δύσκολον πρεσβύτην ἢ στρατιώτην ἀνύητον. Ante δύσκολον videtur ἢ inſerendum eſſe. — V. 12. τὴν περικειμένην. Vat. Cod. a pr. m.

XV. Vat. Cod. p. 121. Planud. p. 453. St. 589. W. Ad Cleobulum eundem, qui Rhodanthen totonderat et verberibus affecerat. — V. 1. Quamvis nunc, ſenex factus, ad amorem friges, inique tamen agis, quod in juniores tam crudeliter conſulis. — κατεύνασε. ἐπεὶ χόλον εὕνασε Μίνως. *Apollon. Rhod.* III. 1000. γόον εὕνασον. *Coluth.* 329. ex *Homeri* Odyſſ. δ. 758. *Anacr.* Od. XLI. 9. δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα, δι' ὃν εὐνάζετ' Ἀγία. Eodem ſenſu, quo παύειν, frequentius occurrit κοιμᾶν et κοιμίζειν. φέλλον, ᾧ κοιμᾶ τὸν ἕλκος. *Soph.* Phil. 651. Vide ad *Me-*

leagri Ep. VI. T. I. P. I. p. 22. — θαλυκρόν. διάτυρον. *Suid.* T. II. p. 163. ubi hujus distichi pars laudatur. In marg. Wech. γρ. καὶ θαλυκτόν· ex Ed. Flor. pr. Majoris momenti est, quamvis vulgatae non praeferenda, lectio marg. Vat. Cod. γρ. μελιχρόν. — V. 3. ἐπὶ γνοὺς et mox ἐπ' οἰκτ. Vat. Cod. — V. 5. ξυνοῖς. de ejusmodi rebus, quibus omnes sunt obnoxii. — V. 6. „Ludit in „oppositа significatione nominum ἀντίπατρος et ἀντίπαλος, „quorum prius in codd. junctim scriptum editiones „male divisim exhibent.“ *Br.* Edd. ante Steph. omnes ἀντίπατρος, quod primum *Brodaeo* vitii suspectum fuit.

XVI. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 462. St. 600. W. Rogat puellam, ut sibi e poculo propinet et sic oscula mittat. Vide ad *Meleagr.* Ep. X. Nulla fere est fabula amatoria, ubi non idem lusus occurrat. — V. 1. „με„θύσομ. Sic recte in duobus Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo μεθύσω. — V. 5. προσθμεύει. Cf. Ep. VI. §. — V. 6. ἔλαβεν. Vat. Cod.

XVII. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 462. St. 600. W. Puella ad lucernam, ne inauspicatis ominibus amantem retineat. — V. 1. laudat *Suid.* in μύκητα T. II. p. 586. μύκητα appellabant fungos in ellychnio nascentes, quos pluviam portendere existimabant. Vide *Annam Fabri* ad Callim. fr. 364. *Bentlej.* ibid. fr. XLVII. p. 342. *Interpp. Appuleji* Metam. II. p. 117. et omnino de lychnomagia *Bulenger.* L. III. 32. — ἐγείρης Vat. Cod. a man. sec. — V. 3. Lucerna exstincta Leandrum fluctibus tradidit, unde eam amantibus invidere apparet. Hinc πρόδότης λύχνος ap. *Antip. Thess.* Ep. LIV. ἄπιστος ap. *Musae.* v. 329. — ὅτ' ἠρῶ. Vat. Cod. ὅτ' ἠρῶ. edd. vett. excepta ed. pr. Flor. quae ὅθ' ἠρῶ exhibet. — V. 4. ἤμοσε, ἑαυτὴν scil. — Reliqua effari non audet, ne malum omen faciat. — ἐξ. Vat. Cod. — ¶. 40.] V. 5. καὶ πείθομαι. Vulgo et in Vat. Cod. — Te Vulcano sa-

cram esse inde apparet, quod Veneri subiniquam te praebens domini zelotypiae blandiris. — V. 6. „καὶ „λέπτων Κύπριδα. Sic recte Vat. membr. i. e. βλάπτων. „κηλέπτειν τινὰ et κηλέπτεσθαί τινι.“ *Br.* Vulgo Κύπριδι, quod nec ipsum repudiandum. *Bion* XVII. 2. τίπτε τόσον θνατοῖσι καὶ ἀθανάτοισι κηλέπτεις.

XVIII. Vat. Cod. p. 131. Planud. p. 462. St. 601. W. — V. 1. in marg. Vat. Cod. γρ. καλή. quod sequ. vers. structura non patitur. Ap. *Aristaenetum* mulier adolescentis amore inflammata ad ancillam: ὄπιον δοκῶ σοὶ κεανίσκον ποθεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καλόν, ἀλλ' ἐρῶσα τυχὸν σφάλλομαι περὶ τὴν κρίσιν τοῦ ποθουμένου, καὶ ἔρωτι πλανῶμαι τὴν ὄψιν. L. I. XI. p. 28. Nam amantibus saepe τὰ μὴ καλὰ καλὰ κέφανται. *Theocr.* VI. — *Xenoph. Ephes.* I. 4. p. 7. καλὴ παρθένος· τί δέ; τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς εὔμορφος Ἀνθία; — V. 6. ἀμφαδίην. non justas nuptias, sed clandestinum et furtivum amorem quaero. ὑποκλεπτομένην. Noster Ep. XCIII. λέκτρον ὑποκλάπτων ἀλλοτρίης ἀλόχου. *Musaeus* v. 182. οὐ δύνασαι σκοτόεσσαν ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτην. — V. 8. Scr. ὅττι. — Justas nuptias te fugere intelligo, quia puella non satis dotata est. — V. 9. ἔγνων. Vat. Cod. male. — ἐφεύσω. Is, cujus haec verba sunt, cum amicum rationes tam accurate subducentem videat, recte concludit, amorem, quo se laborare dicat, verum amorem non esse.

XIX. Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 463. St. 602. W. Puellam interrogat, num iisdem, quibus ipse, ignibus calescat. — V. 2. Ex pleniore exemplari notarum *Huetii* haec profert V. Cl. *Chardon de la Rochette* Mag. Encycl. VI. An. T. I. nr. 3. p. 315. „αὐαλέοις. oculis „somno non perfusis. V. 5. ἀμέγαρτε. invidia carens. „Respicit tempus illud, quo ipsa passim amabit, jam „vetula, cujus pulchritudini nemo invidebit.“ ξῆρα κόμη sunt ap. *Eurip.* Orest. 389. *Aeschyl.* VII. adv. Theb.

702. — V. 3. ἔχεις ὕπνον. Ed. Flor. — V. 4. λόγος. Vide Intrpp. *Theocriti* XIV. 48. et de similibus loquendi formulis *Valcken.* ad *Herod.* p. 172. 83. — V. 5. Conf. not. ad *Asclepiad.* Ep. XVIII. 4. et ad *Straton.* Ep. XXXV. 5. — V. 7. 8. laudat *Suidas* in καλίγκοτος T. III. p. 9. ubi ἐχθαίρειν, ut in Vat. Cod. ubi tamen ν in rasura est. — Maligna quidem Venus quoad reliqua, sed unum habet, quod placeat, quod superbas mulieres odit. *Tibull.* I. 8. 96. *Oderunt, moneo, Pholoë, fastidia Divi. Horat.* III. Od. 10. 9. *Ingratam Veneri pone superbiam. Aristaen.* L. II. 1. p. 72. οἶσθα δέ, ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι φιλεῖ.

XX. Vat. Cod. p. 134. Planud. p. 463. St. 602. W. In puellam, vetulam quidem, sed formosam et amabilem. Expressum ex *Rufini* Ep. VIII. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ῥαδινή T. III. p. 250. — γήραος οὐδῷ. Homericum Il. ω. 487. — V. 3. θέλγειν. Vat. Cod. et Flor. ed. pr. Comparavit *Toupius* in Cur. Nov. p. 251. Aeschylea ap. *Antig. Caryst.* H. Mir. p. 94. νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων ὀφθαλμός, ἥτις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη. — V. 4. ἡ δεκάς. *numerus* simpliciter. Vide *Markland.* ad *Eurip.* Suppl. v. 219. — ¶. 41.] V. 5. φρόαγμα τὸ παιδικὸν *juvenilis superbia.* Infra Ep. LXV. ποῦ τὸ φρόαγμα τὸ τηλίκον.

XXI. Vat. Cod. p. 135. Planud. p. 464. St. 603. W. Dolum poëta enarrat, quo puellae erga se animum exploraverit. — V. 2. ἐπείραζον. Vat. Cod. (ex ἐπείραζόν ortum.) — V. 3. τινά που χθόνα. Vulgo. „Emendationem hujus versus sententia omnino requirit: τίν', ἔφην, „χθόνα, pro τινά που χθόνα, quam, si bene recordor, Reiskio „debeo." *Br.* In schedis *Reiskii* nihil notatum. — κούρα. Vat. Cod. — *Terent.* Eunuch. II. 1. 107. *Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum — Noctes diesque me ames, me desideres, Me somnies, me exspectes, de me cogites.*

τες. — V. 4. „Vulgo legitur λέξω (in marg. λέξας) ἡμε-„τέρου. Vox λέξω in tribus Planudeae codd. deeſt, vacuo „relicto ſpatio. ἄρτιπος Salmaſius repoſuit, e Vat. pro-„cul dubio membrana.“ *Br.* ἄρτιπος. (ſic membr.) proprie ἀρτίπους, *pedibus valens*, tum omnino *integer*. Vid. *Euſtath.* ad Od. Θ. p. 312. 21. *ſanus* eſt infra Ep. LV. 5. — V. 5. μέγα στονάχησε. Vulgo et in Vat. Cod. — καὶ ἤλατο. doloris ſignum. *Theocrit.* Eid. XIX. ὁ δ' ἄλγει καὶ χέρ' ἐφύσᾳ, Καὶ τὰν γᾶν ἐπάταξε, καὶ ἄλατο. — V. 6. βότρυν κόμης. cincinnos artificioſe compoſitos. Vid. *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 399. et ad *Solin.* p. 536. F. et quae ipſi notavimus ad *Chriſtodori* Ecphr. v. 91. T. II. P. III. p. 308. — V. 7. ἰκέτευεν. Vat. Cod. — ἐγὼ δέ. ex *Theocrit.* Eid. VII. 38. ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπει-θής. — V. 8. ὄμματι θρυπτομένῳ. oculis facilem et pronum animum diſſimulantibus. Qui delicias faciunt et cum contemtu quodam ſe, quod faciunt, invito animo et unice in alterius gratiam facere ſignificant, dicuntur θρύπτεσθαι. Unde hoc verbum nonnunquam *contemnendi* ſenſum induit. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 447. Nonnunquam *fingendi* et *diſſimulandi* ſignificationem habet, ſenſu admodum cognato verbo ἀκκίζεσθαι. Sic *Plato* in Phaedro p. 282. δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἑραστοῦ ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν. quem bene illuſtravit *F. T. Lenzius* in Act. Traject. T. II. p. 296. *Themiſt.* Or. XXI. p. 246. B. πάλιν γὰρ σοφιστὴς ἂν ἦν, τοιούτους ἐπιστάμενος λόγους, δι' ὧν ἐθρυπτόμην ἂν, τοὔνομα ἐξαρνούμενος. — „μένων. Sic olim ſcriptum fuiſſe ſuadent codd. quo-„rum alii μένων, alii μόνον.“ *Br.* μόνον probat *Dorvill.* l. c. et ſic Vat. Cod. *Reiskius* μόλις ſuſpicabatur; non male. Vulgo μένειν legitur, quod nec ipſum ineptum eſt. — V. 9. „πάντων. Supra correctum in membranis πάντας. „Rectum eſt prius. Subauditur μᾶλλον. τὸ γὰρ μᾶλλον πάν-„των ἀνύσαι μενέαινον.“ *Br.* Vulgo poſt ἀνύσαι male diſtinguitur, quod emendatum in edit. Cl. *de Boſch.* Vertit

Grotius: Fortunatus amans ego sum: pro munere magno Expensum, volui sponte quod ipse, tuli.

XXII. Vat. Cod. p. 138. Planud. p. 465. St. 605. W. Pro continuatione praecedentis historiae habendum est. Poëta cum, felici strategematis sui successu elatus, se omnia in puellam posse censeret, mox eam mutatam inveniens vela contrahere cogitur. Cf. Ep. *Pauli Silent.* XXXV. — V. 4. τῆς τάχα κερδαλέης. quae in eo, quod de peregrinatione mea lamentabatur, fortasse ficta erat et simulata. — V. 6. ὥσπερ. quasi eam pristinae indulgentiae poeniteret. — V. 7. Haec manifeste respiciunt praecedens Epigr. v. 7. 8. — ἢ βραδ. Vat. Cod. male. — V. 8. ἀερσιπότης. ἀείρεσθαι δέ ἐστι τὸ εἰς ἀέρα κουφίζεσθαι, ἀφ' οὗ καὶ ἀερσιπότητος ἀράχνης παρὰ Ἡσιόδῳ. *Eustath.* ad Il. p. 318. 52. *Crinagor.* Ep. XXXIII. κεναῖς ἐπὶ ἐλπίσι, θυμε, Πωτηθεὶς ψυχρῶν ἀσσοτάτω νεφέων. ubi similia dedi. — V. 9. πάντα δ' ἔναλλα γένοντο. Ex *Theocr.* Eid. I. 134.

XXIII. Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 465. St. 604. W. Puella de misera mulierum conditione conqueritur, virorum sortem longe praeferendam esse judicans. — V. 1. 2. profert *Suidas* in ἀταλῇσιν T. I. p. 366. et in ἠίθεος T. II. p. 48. — ἀταλοψύχοις. ταῖς ἀτηλὴν ψυχὴν ἢ ἠπίαν καὶ ἀταλὴν ἐχούσαις. *Schol.* Wech. — V. 2. ἔχραε. ἐπέσκηψε, ἢ ἐπεβάρησεν ἢ μετὰ βλάβης ἐπῆλθεν. *Schol.* ad *Homer.* Od. ε. 396. στυγερὸς δέ οἱ ἔχραε δαίμων. — ¶. 42.] V. 3. In his obversabatur fortasse poëtae locus *Callimachi* Fr. LXVII. p. 440. passim nuper tentatus. Vide *Huschke* in Epist. ad Santen. p. 31. et in Anal. crit. p. 59. *Aristaenet.* L. I. Ep. 16. ἅπας γὰρ δι' ὁτιοῦν ἀχθόμενος τὴν ψυχήν, τὸ λυποῦν ἐκλαλῶν, ἐπικουφίζει τῆς ἀδημονίας (sive ἀνίας) τὸ βάρος. *Propert.* I. El. IX. 33. *Quare, ni pudor est, quam primum errata fatere. Dicere, quo pereas, saepe in amore levat.* — V. 6. γραφίδων χρώμασι ῥεμβόμενοι. i. e. γραφίσιν. ut Ep. XCV. 8. Supplenda praepositio: *va-*

gantur per pictas imagines, iisque oculos pascunt. Ne haec nimis jejune interposita videantur, cogita de tabulis pictis, amatorium aliquod argumentum repraesentantibus. Vide inprimis *Burmannum* ad *Propert.* L. II. 5. p. 251.

XXIV. Vat. Cod. p. 517. Plan. p. 177. St. 259. W. Vivida vindemiarum descriptio. — V. 2. βακχευτὴν βυθμόν. Uvarum calcatio χορείη vocatur ap. *Qu. Maecium* Ep. XI. quod ad certam mensuram fiebat. Vide Animadv. T. II. P. II. p. 223. quibus adde locum, cum nostro carmine inprimis comparandum, in *Nonni* Dionys. XII. p. 348. et *Anacr.* Od. LII. — βυθμὸν ἀνειλέσκομεν, recte de iis, qui junctis manibus saltant: *pars brachia nectit, Et viridem celeri ter pede pulsat humum. Ovid.* VI. Fast. 329. De cantantibus χρεῖν βυθμὸν dicitur in Ithyphallorum versibus ap. *Athen.* XIV. p. 622. C. Σοὶ, Βάκχε, τάνδε μοῦσαν ἀγλαίζομεν, Ἁπλοῦν βυθμὸν χρέοντες αἰόλῳ μέλει, Καινὰν (sic lego pro καὶ μάν) ἀπαρθένευτον. — V. 4. νήχετ' ὑπέρ. Vat. Cod. — V. 5. ἀρυσσάμενοι. Vulgo et Vat. Cod. Sic *Nonnus* l. c. καὶ βοέοις ἀρύοντο κεράασιν ἀντὶ κυπέλλων. — σχέδιον. ἐκ τοῦ ἑτοίμου. *Suid.* T. III. p. 429. — ἤνομεν omnes edd. ante *Steph.* qui ἤνομεν dedit, ut est etiam in Vat. Cod. Recte. Est enim a verbo ἄνω, quod pro ἀνύειν veteres dixerunt. Odyss. γ. fin. ἦνον δόον, i. e. ἤνυον, διήρχοντο. *Pindar.* Ol. VIII. 10. ἄνεται δὲ πρὸς χάριν, ἀνύεται. *Schol.* Verbum ἀνύειν cum participio eleganter jungitur. — V. 6. θερμῶν. neque calidam desiderabamus, qua mustum temperaret. De calidae usu dedimus nonnulla ad *Eutolmii* Ep. II. — V. 8. μαρμαρυγῇ. Vulgo. κατηγλάϊσεν. Vat. Cod. — V. 9. ἐκδεδόκηντο. *Nonn.* l. c. ἄλλος ἀνεκλέγετο μέθης δεδονημένος εἴστρῳ. De translato hujus verbi usu dedi nonnulla in Praef. ad Bion. et Moschi Eid. p. XXII. — V. 11. Vini quidem largiter nobis facta est copia; Venere autem nonnisi spe fruebamur. — V. 12. τοῖς δ' ἐρ. Vat. Cod. — In

praeced. vſ. verbis ὁ μὲν εἶρπο παραὶ ποσὶν ἄφθονος ἡμῖν *Agathiae* obverſabatur fortaſſe *Theocrit.* Eid. VII. 144. ὄχναι μὲν πὰρ ποσσί, παρὰ πλευρῇσι δὲ μᾶλα Δαψιλέως ἄμμιν ἐκυλίνδετο.

XXV. Vat. Cod. p. 136. Plan. p. 464. St. 603. W. Conqueritur poëta de amici amataeque puellae abſentia, quae ipſum fructu amoeniſſimi loci privet. In lemmate πέραν τῆς Ἀσίας eſt *pars Aſiae CPoli oppoſita.* Ibi *Agathias* degebat in ſuburbano amoeniſſimo *per ferias fori et tribunalium;* hoc enim verba διὰ τὰ λύσιμα τῶν νόμων ſignificare videntur. Sed ſic difficultas oritur ex v. 11. ubi poëta ſe a θεσμοῖς impediri et retineri ait. Officia juriſconſulti ſive judicis intelligenda eſſe, apparet ex Ep. *Silent.* XLII. ubi ad hoc carmen reſpondet. Dicendum igitur, Agathiam, judicis officio in Aſia fungentem, ex provincia abire non potuiſſe, quamvis nihil prohibebat, quo minus ferias in ſuburbano transigeret. — V. 1. 2. Integrum hoc diſtichon profert *Suidas* in ὀράμνους T. II. p. 706. — φυλλὰς εὔκαρπος, *arbores frugiferae.* — V. 4. δροσερῶν ὀρταλίχων, tenellorum pullorum matres. Vide Anim. T. II. P. I. p. 245. — V. 6. τρυχαλέαις. edd. ante Steph. ἐνδιάουσα. revocatum ex Ed. Flor. pr. Vat. Cod. et quatuor Planudeis. Vulgo ἐνδιάγουσα. In tota hac amoeni loci deſcriptione *Agathias* expreſſit *Theocritum* Eid. VII. 138.:

> Τοὶ δὲ ποτὶ σκιεραῖς ὀροδαμνίσιν αἰθαλίωνες
> τέττιγες λαλαγεῦντες ἔχον πόνον· ἁ δ' ὀλολυγὼν
> τηλόθεν ἐν πυκινῇσι βάτων τρύζεσκεν ἀκάνθαις,
> ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών.

De *acanthide* quaedam tradit *Scholiaſtes* ad hunc locum, quorum pars ducta eſt ex *Ariſtotel.* H. A. VIII. 3. φωνὴν μέντοι λιγυρὰν ἔχουσι. Avis diverſa a carduele, cum qua vulgo confunditur. — Quae ſit ἡ ὀλολυγών, non ſatis conſtat. Nomen ipſum ab ὀλολύζειν derivandum diverſae

naturae animalibus convenire potuit. Vide *Salmas.* ad *Solin.* p. 942. Ap. *Aelian.* H. A. VI. 19. τοῖς ἐνύδροις annumeratur ἡ ὀλολυγών, ubi *Schneiderus* animadvertit, hoc vocabulum ap. *Aristotel.* H. A. IV. 9. de voce ranae aquaticae usurpari, non de ipsa rana. Contra *Plinius* H. N. XI. 38. *ranis prima lingua cohaeret, intima absoluta a gutture, qua vocem mittunt mares, cum vocantur ololygones.* Ap. *Aratum* Phaen. 948. ἢ τρύζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών, veteres interpretes dubitabant, avisne an rana intelligenda esset; ranam viridem, quam *Cicero acredulam* appellat, significari censet *Schneiderus* in Specim. I. Physiol. p. 26. Adde *Burmann.* ad Anth. Lat. T. II. p. 430. Commemoratur ἡ ὀλολυγών, sed obscurum, quo sensu, in fragmento *Eubuli* ap. *Athen.* XV. p. 679. B. quod sic corrigendum videtur:

ὦ μακαρῖτις, ἔχουσ' ἐν δώματι
στρούθιον, αἰθροφόρητον, λεπτότα-
τον, περινύμφιον, εὔτριχα,
κισσὸς ὅπως καλάμῳ περιφύεται,
αὐξόμενος ἔαρος
ὀλολυγόνος ἔρωτι κατατετηκώς.

— τρύζει. *Eustath.* ad Il. ι. p. 651. 7. ἔστι τρύζειν τὸ πολυλογεῖν ἢ πολυφωνεῖν, ἐξ οὗ καὶ τρυγών. quem locum explicat *Valcken.* ad Adon. p. 379. C. Vide eundem ad *Herodot.* L. III. p. 252. 96. — ¶. 43.] V. 7. Ad ἤθελον ἢ subintell. μᾶλλον, quod in tali constructione nonnunquam omitti notavimus ad *Meleagr.* Ep. CVI. (T. I. P. I. p. 117.) quem expressit Noster: Ναὶ τὸν Ἔρωτα, θέλω τὸ παρ' οὔασιν Ἡλιοδώρας Φθέγμα κλύειν ἢ τᾶς Λατοΐδεω κιθάρας. — V. 8. »Cod. Vat. κρούσματα. quod et hic »etiam, ut in *Theaet. Schol.* I. 4. recipi potuisset.« *Br.* — V. 10. δάμαλις et δορκαλὶς *Agathiae* vocatur puella, cujus amore tenetur. Similiter *Anacr.* ap. *Athen.* IX. p. 396. D. puellam cum νεβρῷ νεοθηλέϊ comparat; et Od. LXI. 1. eandem πῶλον Θρηϊκίην vocat. — V. 9. περισμύ-

χουσι μελιηδόνες. κῆρ ἄχει σμόχουσα. *Apollon. Rh.* III. 446. ἔνδοθι δ' αἰεὶ τεῖο' ὀδύνη σμόχουσα. Id. III. 761. Sed multis hoc verbum, de coeco amoris igne uſurpatum, illuſtravit exemplis *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 429. ed. Bip. — ἀλλά με. Vulgo et in Vat. Cod.

XXVI. Vat. Cod. p. 515. Plan. p. 176. St. 256. W. In ſenem quendam Oenopionem, qui potando juvenes vincebat. — V. 1. Pro σεσάλαντο *Joſ. Scaliger* in not. mſc. emendavit ἐσέσαντο, parum feliciter. Neque enim emendatione opus eſt. *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. πρέσβυν Ἀνακρείοντα χύδην σεσαλαγμένον εἶνα Θάσο. ubi plura hujus locutionis exempla contuli T. I. P. II. p. 95. — V. 3. Se ipſum increpabat, quando manus vinum e poculo haurire ceſſabat. ἀφυσαμένη. Ed. pr. Flor. — V. 6. Ἐκπινόμενας. Ald. 1. — Juvenes pocula Oenopionis ne numerare quidem poterant. — V. 8. γέρον. Vat. Cod. καὶ omittit Ed. pr. Flor. et Ald. 1. — ζῆθι. *vive*, i. e. vita fruere. *Martial.* V. 69. *Cras te victurum, cras dicis, Poſtume, ſemper. — Cras vives: hodie jam vivere, Poſtume, ſerum eſt. Ille ſapit, quisque, Poſtume, vixit heri. Luſus* in Priap. CXXVI. *Ergo vivamus, dum licet eſſe bene.* Vide *Burm.* ad Anth. L. T. I. p. 304. et not. ad Ep. ἀδέσπ. CCXLII. — V. 8. Reſpicitur verſus *Homeri* Il. Θ. 102. ubi Diomedes ad Neſtorem, ὦ γέρον, ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί.

XXVII. Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 417. St. 552. W. Eurynome, Baccha, inſtrumenta ſacrorum deo, cui olim fuerat operata, dedicat, poſtquam in Veneris caſtra transire conſtituit. — V. 1. 2. Laudat hoc diſtichon *Suidas* T. I. p. 419. in Βασσαρίς, quod ſecundum Lexicographum ἑταῖραν, πόρνην ſignificat. Male. Derivatum vocabulum a voce Thracia βασσαρὶς, i. e. ἀλώπηξ, quia mulieres Bacchicae, ut hinnuleorum, ſic vulpium quoque pelles geſtabant. Vide *Meurſ.* ad *Lycophr.* p. 342. — ταύρων. Adumbrata ſunt haec ad ductum *Euripidis* in

Bacch. 726. sqq. ταῦροι δ' ὑβρισταὶ κεῖς κέρας θυμούμενοι τοτρόσθεν, ἐσφάλλοντο πρὸς γαῖαν δέμας, Μυριάσι χειρῶν ἀγόμενοι γεανίδων. In sq. districho autem *Agathiae* obversabatur imago Agaves, Penthei caput, quod ipsa pro leonis capite habebat, in thyrso gerentis. Ibid. v. 1137. κρᾶτα δ' ἄθλιον — Πήξας' ἐπ' ἄκρον θύρσον, ὡς ὀρεστέρου φέρει λέοντος — θήρα δυσπότμῳ γανυομένη. Cf. *Philostrati* Imag. I. 18. p. 790. — V. 4. laudat *Suid.* T. I. p. 372. ἀτλήτῳ. ἀνυπομονήτῳ. *Schol. Homer.* Il. ι. 3. leonis, cujus impetum haud facile sustineas. — V. 5. *Suid.* in ἰλήκοις T. II. p. 114. — Διόνυσε. Vat. Cod. — V. 6. Κύπριδι βακχεύειν. Veneris orgia celebrare. *Quicquid vehementius commovetur, bacchari voluerunt. Nonius* in *Bacchari.* — ὕβριστος βάκχους cum similibus illustravit *Cuper.* in Obss. P. III. p. 310. — V. 7. 8. ap. *Suid.* T. III. p. 265. in βόπτρου, quod h. l. *tympanum* est, ut ap. *Phalaec.* Ep. III. κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα βόπτρων. — V. 8. χε. σπατάλῃ. *aureis armillis.* χρυσόδετος pro χρύσεος simpliciter, ut in *Eurip.* Phoen. 812. χρυσοδέτοις πτερύναις ἐπίσαμον. Similiter μελάνδετος pro μέλας. Vide *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 72.

XXVIII. Vat. Cod. p. 170. Planud. p. 436. St. 570. W. Cleonicus, piscator et venator, Pani, utriusque venationis praesidi, caprum immolat. — V. 2. »ἔνθετο. pro ἄγετο reposui. In veteribus Codd. scriptum: »τὸν τράγον ω δὲς σᾶς ἄγετ' ἀθηρασύνας.« *Br.* Vulgo ἐκ διασᾶς ἄγετο θηρ. quod primum in ed. Ascens. reperitur, quam Steph. sequitur. In Flor. et tribus Aldinis ὠδὲς σᾶς ἄγετ' ἀθηρασύνας, quod et Vat. Cod. praebet. Hanc lectionem si comparaveris cum verbis *Suidae* T. II. p. 42. in ἡγέτης· ὁ ἡγεμών· ὦ διασαῖν ἀγέτα θηρασύναιν, non dubitabis, aut hanc ipsam lectionem revocandam, aut scribendum esse:

ὦ διασᾶς ἀγέτα θηρασύνας.

quae verba usque ad σαγηνοβόλων v. 6. pro parentheſi habenda ſunt. Et ſic jamdudum emendavit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. et nuper etiam ſagaciſſimus *Porſon* in Append. Notar. ad Jo. Toupii Opera crit. T. IV. p. 501. — ¶. 44.] V. 3. Καστορίδων. Vide *Kuſter.* ad *Suidam* v. T. II. p. 250. ubi *Agathiae* verſus gloſſa oneratus legitur: Σοὶ γὰρ Καστορίδων ὑλακὰ κυνῶν εὐάδε. rectius in τρίστομος T. III. p. 506. ubi tamen Καστορίδος legitur. — αἰχμὴ Vat. Cod. — V. 4. λαγωσφαγίης. Vat. Cod. — V. 5. καλαμευτὰς κάμνων. piſcator opus faciens. Male *Brodaeus* καλ. κανὼν conjecit: *calamus piſcatorius.* — V. 8. „ἔξε„σόβει. Sic Vat. membr. et Planudeae codd. duo.“ *Br.* Eandem lectionem ſervavit *Suidas* in ἐξεσόβησα T. I. p. 767. Hoc verbum obliteratum in *Anacr.* Od. XXXIII. 9., reliquis omnibus conjecturis poſthabitis, revocavit *Brunckius.* Fortaſſe etiam ap. *Theocrit.* Eid. XIII. 48. vulgata lectio πασάων γὰρ ἔρως ἀπαλὰς φρένας ἀμφεκάλυψε, ubi Cod. quidam ἐξεφόβησεν exhibet, mutanda in ἐξεσόβησεν. Sed de his olim in Praef. ad Bion. et Moſch. p. XXIII.

XXIX. Vat. Cod. p. 146. Planud. p. 440. St. 574. W. Pani Charicles hircum dicat. — V. 1. laudat *Suidas* in δικρατέρῳ T. I. p. 589. δικρέρῳ. Vat. Cod. — Pan δικραίρους, *binis cornibus inſtructus;* de his et ſimilibus vocibus vide *Dorvill.* in Vann. crit. p. 367. ad *Charit.* p. 614. — V. 2. ἴξαλος. Vide ad *Simmiae Rhod.* Ep. I. Hoc loco non peculiare quoddam hircorum genus, ſed, ut ex appoſito εὐσκάρθμῳ apparet, πηδητικὸς hircus intelligi debet. *Heſych.*: ἰξάλου. πηδητικοῦ. ὀξέος. ἀπὸ τοῦ ἵξαι καὶ τοῦ ἅλλεσθαι. ὀμαλοῖ δὲ καὶ ὀξέως ἁλλομένου. — λόχμιον ὑλοβάταν. τουτέστι δασύν. *Suid.* T. II. p. 462. Veram lectionem idem habet in ἴξαλος T. II. p. 119. ubi hic vſ. cum duobus ſequentibus laudatur. — V. 3. λάσιον παρὰ πρῶνα χαρικλῆς ἄνθετο τόνδε τράγον. legitur ap. *Suidam* in πρῶνες T. III. p. 217. qui tamen loco ſupra laudato, et in

κνακὸν T. II. p. 333. vulgatam lectionem exhibet. λάσιος πρὼν est scopulus hirsutus, arbustis obumbratus. — V. 4. κνακόν. Vide *Interpp. Theocriti* Eid. III. 5. VII. 16. Ceterum *Wakefield* in Silv. crit. T. II. p. 145. acute emendavit: ὑπηνήτᾳ. *Homer.* Il. α. 348. πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοὔπερ χαριεστάτη ἥβη.

XXX. Vat. Cod. p. 148. Plan. p. 418. St. 553. W. Callimenes agricola, post novale ad sementem proscissum, Cereri instrumenta quaedam dedicat, alia post messem promittens. — V. 2. »ταυροδέτην. praeter Vat. »habent etiam Planudeae codd.« *Br.* Vulgo ταυροδέτην. Lora videntur significari, quibus jugum alligabatur. ὑπαυχενίην Vat. Cod. (*Dorvill.* ad *Charit.* p. 240.) quod praetulerim equidem. — V. 3. ἄκαινα. stimulus; proprie βάβδος ποιμενικὴ secundum *Schol. Apollon. Rhod.* III. 1322. Multa de vocis origine disputat *Etym. M.* — ἀχέτλη est *dentale*; lignum, in quod vomer includitur clavoque firmatur. Hunc clavum intellexit *Agathias* ἀχετλήσαντα γόμφον. Vide *Graevium* de aratri partibus disputantem in Lect. Hesiod. c. X. — V. 5. εὐαρότοιο. Vulgo. Nostrum probatur auctoritate *Dorvillii* ad *Charit.* p. 240. qui tamen falso dicit, sic in Vat. Cod. legi. Ibi enim est εὐαρότοιο. — ὀργὰς omnis terra frugibus procreandis idonea. Vocem illustrans *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 195. *Callimachi* locum excitat ap. *Etym. M.* p. 629. ubi ὀργὰς explicatur ἡ μελάγγειος καὶ ἔνυδρος γῆ. — βάχις autem h. l. nihil aliud quam νᾶτον. *superficies.* — V. 6. »τὸν στάχυν ἐμῆσαι. Sic recte vetus membrana. Foeda in »Planudea menda τὸν στάχυν κομίσαι.« *Br.* Vide *Dorvill.* l. c. qui comparat Ep. *Nicarchi* Ep. IX. καὶ καλὸν ἐμῆσαι καρπὸν ἀπ' ἀσταχύων.

XXXI. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 417. St. 552. W. »Quaedam hujus carminis illustrarunt Casaubonus de »Poësi Satyr. p. 99. et Salmas. de Homonym. p. 4. In

„Vat. Cod. praefixum non eſt auctoris nomen: ſolius „Planudeae auctoritate tribuitur Agathiae.“ *Br.* Porphyris ornatum bacchicum, quo antea uſa fuerat, in Dionyſi templo dedicat. — V. 1. – 3. laudat *Suidas* v. ἀνέθηκεν T. I. p. 192. et in διθυρσον T. I. p. 583. Altero hoc loco τὸ exhibet pro τοῦτο, et ἐβάκχευεν pro βάκχευεν. Partem vſ. 1. et 2. iterum laudat in λογχωτὸν T. II. p. 456. — Verba διθυρσον λογχωτὸν vix recte accepit Grotius: *gemina cum cuſpide thyrſum.* Binos thyrſos nonnunquam gerebant Bacchae; qui cum proprie haſtae ſint, quarum cuſpides hederae ambiebant, appellantur λογχωτοὶ et una voce θυρσολόγχοι. De his egit *Salmaſ.* l. c. et ad *Solin.* p. 379. C. D. — V. 3. φοιτᾷν εἴς τινα proprie dicuntur diſcipuli, qui alicujus ſcholas frequentant; deinde eſt *colere.* *Aſclepiad.* Ep. XXII. αἱ Σάμιαι Βιττὼ καὶ Νάννιον εἰς Ἀφροδίτης φοιτᾷν τοῖς αὐτῆς σὺν ἰθέλουσι νόμοις. Poëta, qui in Ep. ἀδεσπ. LII. ſcripſit, δαεὶς, ὅτι λάτρις ἔρωτος φοιτῶ – dicere poterat etiam, ὅτι εἰς ἔρωτος et εἰς ἔρωτα φοιτῶ. — V. 4. „Male in Planudea κισσῷ τὴν et „vſ. ſequ. ἀβρομόμῃ Διόνυσε.“ *Br.* κισσωτὴν praebet Vat. Cod. et *Suidas* in νεβρὶς T. II. p. 604. ubi etiam ἐναντομένη legitur. In ſq. verſ. autem idem tuetur vulgatam v. ἠωρημένῳ T. II. p. 65. — πρὸ παστάδος. *in templi veſtibulo.* Vide *Perſae* Epigr. II. T. II. P. I. p. 11. — V. 6. τὰ κάλλευς. Vat. Cod.

¶. 45.] *XXXII.* Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 423. St. 557. W. Mulier poſt optatas nuptias et filii partum tribus deabus dona offert: Veneri nempe, cui maritum debebat, corollas; Palladi, cui caſtam juventutem dicaverat, cincinnos; Dianae denique, quae ipſi in puerperio opem tulerat, zonam. — πλοκαμῖδα. πλοκαμούς. *Theocrit.* XIII. 7. τῷ χαρίεντος Ἅλα, τῷ τὰν πλοκαμῖδα φορεῦντος. — V. 3. εὕρετο. Vulg. et in Vat. Cod.

XXXIII. Vat. Cod. p. 155. Planud. p. 418. St. 553. W. Anchiſes Veneri paucas canorum ſuorum re-

liquias dedicat. Elegans Epigramma. — V. 2. τὸ πρὶν, et ἔτρεχεν Vat. Cod. a pr. man. — Ἰδαίην ἡϊόνα. *Theocrit.* Eid. XX. 34. οὐκ ἔγνω δ', ὅτι Κύπρις ἐπ' ἀνέρι μήνατο βούτᾳ Καὶ Φρυγίης ἐνόμευσεν ἐν ὄρεσσιν. *Ovidius* Heroid. XVI. 201. *Phryx erat Anchiſes, volucrum cui mater Amorum Gaudet in Idaeis concubuiſſe jugis.* — V. 3. κόψας. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἡλικίης. Vat. Cod. et ſic Plan. ἡλικίας eſt in Ed. Flor. pr. — V. 6. Aut juveniles mihi annos redde, aut ſenem factum eodem me, quo olim, amore complectere. — δύνασαι γάρ. Formulam ſolemnem in precibus illuſtravit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 173. Bip. *Abreſch.* ad *Ariſtaen.* p. 105. *N. Heinſius* ad *Valer. Flacc.* I. 13. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* T. II. p. 136.

XXXIV. Vat. Cod. p. 156. Planud. p. 425. St. 560. W. *Agathias* novem Daphniacorum ſuorum libros Veneri dedicat precibus adjectis. De Δαφνιακοῖς, opere erotico, vide *Suid.* in Ἀγαθίας T. I. p. 16. — V. 1. „In Vat. ſcriptum Ἀγαθίας ἐνιὰς [Ἀγαθιὰς *I.*] Emen„dabat Salmaſius Ἀγαθήϊας, contra Analogiam. Bene „ſe vulgatum habet.“ *Br.* — V. 2. τεκτήνας. Iis, quae de translato uſu verbi τέκτων et τεκτοσύνη ſcripſi ad *Nicarchi* Ep. XXXVIII. T. II. P. III. p. 46. adde notata *Spanhemii* ad *Ariſtoph.* Plut. 163. — V. 3. 4. laudat *Suidas* in Πιερία T. III. p. 112. ubi τοσσατίῳ πόθῳ legitur. — Verſ. pr. τόσσον Vat. Cod. — V. 5. Fac, ut aut nullam aut facilem amet.

XXXV. Planud. p. 381. St. 519. W. Laudat Lyſippum, quod Aeſopi ſtatuam fecerit, cujus docendi genus philoſophorum praeceptis anteponendum ſit. Aeſopo ſtatuam Athenis fuiſſe poſitam, dicit etiam *Phaedrus* in Epilog. L. II. 1. *Aeſopo ingenſem* (ſive potius: *Aeſopi ingenio*) *ſtatuam poſuere Attici, Servumque collocarunt aeterna in baſi.* Eam Lyſippi fuiſſe, ex hoc tantum

Epigr. conſtat. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 623. *Harl.* — V. 3. ἀνάγκην. Philoſophi conſenſum efficacibus argumentis extorquere, non blandis perſuaſionibus ſibi conciliare ſolent. Sententiae ſuae optimus interpres ipſe *Agathias* in Hiſtor. L. I. p. 2. ubi philoſophiam cum hiſtoria comparans, ἡ μέν, inquit, οἷά τις ἀστεμφὴς δέσποινα καὶ ἀθώπευτος κελεύει καὶ διατάττει, ὁποίων τε ἔχεσθαι καὶ ὁποῖα διαφεύγειν προσήκει, ὥσπερ τῷ πείθοντι καταμιγνῦσα τὴν ἀνάγκην. *Plato* in Theaet. c. 17. τὴν ἀνάγκην opponit τῇ πιθανολογίᾳ. *Anacr.* Od. XXXVI. τί με τοὺς νόμους διδάσκεις Καὶ ῥητόρων ἀνάγκας; ubi v. *Fiſcher.* p. 140. — ¶. 46.] V. 5. καίρια λέξας. Vide ad *Meleagr.* Ep. XXIII. — V. 6. παίζων ἐν σπουδῇ. qui res ſerias jocoſe tractabat.

XXXVI. Planud. p. 380. St. 518. W. Plutarchum, parallelarum vitarum ſcriptorem, ultra modum laudat, neminem fore dicens, qui vitam ipſius vitae parallelam ſcribere poſſit; ne ipſum quidem Plutarchum; nullam enim vitam cum ſua comparandam eſſe. — V. 1. πολυκλείεντα. Ed. pr. Flor. — „Vulgo male et barbare στήσαντο Χερωνεῦ. Fidejuſſorem meae emendationis habeo „cod. Bibl. Laurentianae. Vide Catal. T. II. p. 626.“ *Br.*

XXXVII. Vat. Cod. p. 155. ſq. Planud. p. 419. St. 554. W. Pani agricola partem agri nondum cultam ad gregum paſturam dedicat. — V. 1. Pan λοφιήτης, qui in rupibus degit, ſumma montium cacumina habitat; ſupra fuit φιλοσκόπελος Ep. XXIX. κρημνοβάταν Ep. ἀδεσπ. CCLXI. — V. 4. χαλκῷ μηκέτι τεμνομένην. i. e. locum ἀνειμένον. — V. 5. τὸ ἐπαύλιον. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 6. Ἠχὼ καὶ γάμον ἐκτελέσει. argutius, quam *Cometas* Ep. III. Πὰν φίλε — Ἠχὼ δήεις τοῖσδ' ἐνὶ θειλοπέδοις.

XXXVIII. „Epigramma hoc, quo carent Buherii „et Guieti libri, edidit ad Charitonem Dorvillius „p. 551.“ *Br.* Legitur inter carmina chriſtianica nr.

36. Vat. Cod. p. 54. *Dorvillius* accurate expreſſit lectiones membranarum. — Admiratur poëta pictoris artem, qui archangeli imaginem pingere auſus ſit. Nova res erat *Agathiae* tempore imaginum in eccleſia uſus et veneratio; de qua re quam caute noſter in hoc carmine dixerit, notari meretur. Iisdem argumentis, quibus *Agathias* utitur ad defendendas imagines, theologi quoque nonnulli, (nam major pars refragabatur,) uti ſolebant. Aequalis *Agathiae Paulus Silentiarius* omnem hanc ſuperſtitionem vehementer improbat Carm. LXXIV. 164. ſqq. — V. 1. 2. laudat *Suidas* v. ἐκοπῶν. — ἄσκοπος. ᾧ μὴ ἐστι τόπος. T. III. p. 336. et verſ. 2. ſolum in ἃ Tom. I. p. 1. ubi male ἃ exhibetur, et ἀνεπλάσατο. Hanc lectionem *Kuſterus* malebat, quam lect. Cod. ἀπεπλάσατο. Senſus idem, qui in diſtichio *Nili Scholaſtici* Vat. Cod. p. 54.:

Οὐ θρασὺ μορφῶσαι τὸν ἀσώματον, ἀλλὰ καὶ εἰκὼν
εἰς νοερὴν ἀνάγει μνήστιν ὑπουρανίων.

Facit huc etiam aliud *Agathiae* noſtri carmen in eadem collectione p. 54. ſq. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα Θεοδώρου Ἰλλουστρίου καὶ δὶς ὑπάτου, ἣν ἡ γέγραπται παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου δεχόμενος τὰς ἀξίας ἐν Ἐφέσῳ·

Ἰλαθι μορφωθείς, ἀρχάγγελε· σὴ γὰρ ὀπωπὴ
ἄσκοπος, ἀλλὰ βροτῶν δῶρα κέλουσι τάδε.
Ἐκ σέο γὰρ Θεόδωρος ἔχει ζωστῆρα μαγίστρου,
καὶ δὶς ἐνθλεύει πρὸς θρόνον ὑπάτων.
Τῆς δ' εὐγνωμοσύνης μάρτυς γραφίς· ὑμετέρην γὰρ
χρώμασι μιμηλὴν ἀντιτύπωσε χάριν.

— V. 3. βροτός. mortales, archangeli expreſſam ſpectantes imaginem, mentem ad altiora attollent, faciliusque ſibi ejus magnitudinem et dignitatem animo fingent. — ἐνθύνει φαντασίῃ pro εἰς φαντασίην, ut Ep. XLV. θυμὸν ὅλον τρέψας πηκτίδος ἀσχολίῃ. — V. 5. σέβας. Ejus reverentia non vagatur temere, ſed certae cuidam

ſpeciei adhaeret, eamque, tanquam praeſentem, veneratur. — ¶. 47.] V. 7. ὄμματα. Oculis ſubjecta ſpecies mentem ad graviores cogitationes incitat. βαρὺς νόος eſt ſeverus, gravis. βαρὺ νόημα Plutoni tribuit *Damaget.* Ep. V. βαρύφρων Νέμεσις *Meleag.* Ep. XXXIV.

XXXIX. Vat. Cod. p. 302. Planud. p. 259. St. 374. W. In Euſtathii, qui imperatoris nepos fuit, immatura morte exſtincti, imaginem. Lemma eſt in membr.: εἰς Εὐστάθιόν τινα πέντε καὶ δέκα ἐτῶν τελευτήσαντα. ἦν δὲ οὗτος παῖς Εὐσταθίου ἀπὸ ὑπάρχων τῶν μεγάλων. — V. 2. τὸ λαρὸν ἔπος ἕζεται ἐν στομάτεσσι. Obverſabatur *Agathiae* locus *Eupolidis* de Pericle: πειθώ τις ἐπεκάθισεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. quem multi expreſſerunt. Vide *Wyttenb.* ad Plut. de S. N. V. p. 9. Cf. Not. ad *Platon.* Ep. XXIX. T. I. P. I. p. 357. — V. 5. Quatuordecim annos vivendo impleverat Euſtathius; quinti decimi anni initio exſtinctus eſt. Minus recte haec accepit Brodaeus.

XL. Planud. p. 293. St. 432. W. „In lemmate „Planudea male exhibet: ἐν τοῖς Πλακίδου. Vide Du„cange CPolis Chriſt. L. II. p. 142." *Br.* Scriptum in imaginem Thomae Curatoris, juxta Imperatoris et Anguſtae ſtatuas collocatam. In domo Placidiae depoſiti erant theſauri imperatorii, quibus praeerant Curatores. Horum Curatorum Placidias ſive Placidiae ſaepe fit mentio apud iſtius aevi ſcriptores. Vid. *Ducange* ad Zonar. p. 45. ſq. et *Bandur.* Antiqu. CP. T. II. p. 838. — V. 2. τὸ νέον τάγμα. Scriniarii ſive Notarii recentioris inſtitutionis. Nam plures horum hominum claſſes fuiſſe videntur. *Ducange* Gloſſar. Graec. med. v. Σκρίνιον et Σκρινιάριος. — V. 3. θεσπεσίη συνωρὶς de Imperatore et Auguſta acceperim. ξυνωρίδα τοῖν βασιλέοιν in Monodia in Conſtantinum illuſtravit *Weſſeling.* Obſſ. p. 115. ſq. — V. 5. Auxit potentiam domus imperatoriae opibus

auctis. — V. 7. εὔγνωμον τὸ πένημα. Grati animi signum haec statua. Ep. in Stat. Aurig. XXVI. τὴν μέλπων οὐ παύεται ἡδάδα νίκην Εὐγνώμων δῆμος. — V. 8. μνῆστιν. In Stat. Aur. Ep. XLIII. φίλον τύπον ἄνθετο τοῦδε, Ὄφρα καὶ ἐσσομένοις μνῆστιν ἔχοι καμάτων.

XLI. Planud. p. 300. St. 441. W. In Callirhoës meretricis imaginem, a Thoma quodam aut pictam, aut publice propositam. — ¶. 48.] V. 3. Epitheton πολυδαίδαλος mimam indicare videtur. — ὑπ' ἔρωτος οἰστρηθείς. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXVIII. εἴτε σε μισθοφόρους ἐπὶ μαχλάδας οἶστρος ὄρσινε. *Paul. Silent.* XXXIV. τήκομαι οἴστρῳ. Vide *Rubnk.* ad *Tim.* p. 190. — V. 6. κηρῷ τηκομένη. Erat imago cera picta; quo observato, paulo argutior evadit comparatio de amantibus passim obvia. *Pindar.* ap. *Athen.* L. XIII. p. 601. Vide not. ad *Meleagri* Ep. XV. T. I. P. I. p. 32. ad *Asclepiad.* Ep. XXIV. T. I. P. II. p. 42. Ad hominem morbo et fame tabescentem transtulit *Callim.* H. in Cer. 92. ὡς δὲ Μίμαντι χιὼν, ὡς ἀελίῳ ὑπὸ πλαγγὼν, Καὶ τούτων ἔτι μεῖζον ἐτάκετο.

XLII. Planud. p. 296. St. 436. W. In Bacchae imaginem cymbala manu tenentis. — V. 1. Nemo est, quem non offendat duplex participium ἑπισταμένην et εἰδομένην. Eleganter emendavit V. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 116.:

οὔπω ἐπισταμέναις τάχα κύμβαλα χερσὶ τινάξῃ —

Eidem tamen interrogandi signum post λαοτύπος ponenti vix accesserim. — Totum epigramma versatur in arguta statuae interpretatione. Quae cum corpore nonnihil prominente ita ficta esset, quasi jam cymbala pulsatura, nec tamen sonus efficeretur, poëta eam pudore impediri ait, quominus artis fortasse nondum satis perfectae det specimen; remotis arbitris fore, ut sonum edat.

XLIII. Planud. p. 291. St. 431. W. Ad Heraclamum, a quo Pergami cives, imagine dicata, veniam petunt, quod gratiam, exſpectatione fortaſſe minorem, tam fero perſolvant. — V. 1. Totum hunc locum bene interpretatur Schol. Wechel. ſic: *σύγγνωθι, εἴ σοι μὴ τὴν προσήκουσαν ἀπενείμαμεν χάριν ἐν τῷ παρελθόντι καιρῷ· ἀντὶ τῶν πολιτευθέντων σοι καλῶς ὑπὲρ τῆς πατρίδος καὶ τῆς παιδείας τῆς σῆς. Νῦν γὰρ ἀντὶ τῶν ὧν ἐπολιτεύσω καὶ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν συμβαλλούσης τῆς πόλεως φροντίδος τήνδε σοι τὴν εἰκόνα ἀνεστήσαμεν.* — *εὐτροχάλοιο μελίσσης.* eloquentiae dulcis copia. *τροχαλὴν ἐφθέγγετο φωνὴν* de Demoſthene *Chriſtodor.* in Ecphr. 29. *εὐτροχάλοιο λοιδῆς Apollon. Rhod.* L. IV. 907. — V. 3. *ἀστυόχοιο μερίμνης.* curae, qua res urbanas complecteris. Senſu proprio *ἀστύοχον τεῖχος* dixit *Paul. Sil.* Ep. LXVI. — V. 3. *Ἡρακλάμων.* Vulgo. Noſtrum eſt in edit. pr.

XLIV. Planud. p. 312. St. 451. W. In imaginem Hippolyti cum nutrice Phaedrae loquentis. „Similis „pictura occurrit in Herculanenſi pariete et in Sarco„phago Agrigentino in Dorvill. Sic. p. 90. Accuratius „et doctius in Opuſc. Sic. T. IX. p. 225. et in Martini „antiquorum Moniment. Syll.“ Verba ſunt *Heynii* in Comm. T. X. p. 95. — V. 3. Quantum ex oculis furoris et irae plenis intelligi poteſt. — Scr. *μεμνότος* et *ὅττι.* — V. 4. Quae hic *ἔθεσμα* vocantur, ap. *Euripidem* Hippolytus vocat *λόγων ἄῤῥητον ὄπα*, v. 666. — *ὅτι* initio verſus abundat. Vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 587. — *παρεγγυάᾳ* edd. vett. ante Stephan.

¶. 49.] *XLV.* Planud. p. 339. St. 479. W. Pictam imaginem Satyri deſcribit, ſimilis ei, quem Myron ſculpſerat, de quo *Plinius* H. N. XXXIV. ſ. 19. 3. *Fecit Satyrum admirantem tibias.* — V. 1. *αὐτομάτως.* fiſtula a te non inflata. — V. 2. *ἄγεις* pro *προσάγεις.* — V. 3. *ἴσως.* Loqueretur fortaſſe et nobis interrogantibus reſpon-

ſponderet, niſi prae nimia voluptate oblivione ſui teneretur. — V. 5. κηρός. Non enim hoc eum retinet, quod pictus eſt; ſed ultro ſilentium ſibi impoſuiſſe videtur. — Auxit poëta hyperbolen, quae in ejusmodi operum deſcriptione paſſim reperitur, imaginem locuturam eſſe aut ambulaturam, niſi aes, marmor, cera etc. retineret eam. Cf. *Philippi* Ep. XXXIII. XLIX. *Antip. Sid.* Ep. LVII. *ἀδεσπ.* CCCII. CCCXIII. — V. 6. τρέψας. Ill. *Heynius* in Comment. T. X. p. 89. τέρψας malit. Ferenda tamen vulgata. τρέψας θυμὸν ἀσχολίῃ dictum, ut ſupra Ep. XXXVIII. 4. θυμὸν ἀπιθύνει κρείσσονι φαντασίῃ. — πηκτίς. fiſtula. Vide ad *Cometae* Ep. III.

XLVI. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 487. W. »Factum eſt hoc carmen, ut et Pauli LXI. et LXII. in »hortos Palatii Juſtiniani in Heraeo. Vide *Alemann.* ad »Procop. p. 80. ed. Lugd. et *Ducange* CP. Chriſt. P. II. »p. 175.« *Br.* Poſitum erat hoc Palatium in litore Aſiae e regione Urbis, prope portum, quem Juſtinianus munivit, κιβωτόν appellatione clarum. Elegantem hujus palatii deſcriptionem dedit *Gibbon.* T. VII. c. XL. p. 103. ed. Baſil. — V. 1. Δάφνης ἱερὸν κλέτας. Templum et lucum Apollini prope Antiochiam ſacrum Heraei hortis poſtponit poëta. Erat autem Daphne locus amoeniſſimus, in quo exornando naturam cum arte conſpiraſſe tradunt. *Strabo* L. XVI. p. 750. μέγα δὲ καὶ συνηρέφὲς ἄλσος, διαῤῥεόμενον πηγαίοις ὕδασιν. Non itaque aqua carebat, ſed proſpectum in mare non habebat. Vide de hac regione *Liban.* in Antioch. T. I. p. 133. ed. R. *Caſaubon.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 323. ſq. et *Gibbon.* c. XXIII. T. IV. p. 94. — Caeterum cur *Brodaeus* ξεῖνον ἐμὸν Δάφνης — caſtiget, non exputo equidem. Cf. Ep. *ἀδεσπ.* in Βυζ. ἀναθ. XV. 11. ſq. p. 135. *Statius* I. Sylv. III. 83 — 88. Idem de ſinceritate voc. κλέτας dubitans, κλέπας malebat. Sed hoc haeſitabundus. Audiamus *Brunckium:* »κλέτας. Euſtath. ad Homer.

„p. 1066. 19. κλέτας δέ, οὗ χρῆσις πολλαχοῦ, ὀρεινὴ τραχεῖα „ἐξοχή. *Lycophr.* v. 703. λιπὼν δὲ Ληθαιῶνος ὑψηλὸν κλέτας. „Schol.: κλέτας, κλιτύς, ἀκρώρεια. Ap. Hesychium pro „κλέπας scribendum credo κλέτας, ad quod pertinent „partim expositiones vocis κλέπος. Omnia turbavit et „confudit, qui Lexicon hoc in compendium redegit.“ *Nonn.* Dion. XLVIII. p. 1292. εἶδον ἐγὼ κλέτας, εἶδον ὅππ ζυγίῃ παρὰ πέτρῃ —. Hinc apparet, Agathiam voce κλέτας usum fuisse, ut Daphnen, tanquam sterile quoddam saxum, in contemtum adduceret. Caeterum *Petr. Gyllius* de Bospor. Thrac. L. II. c. 8. non Antiochiae Daphnen, sed CPolios suburbium, eodem nomine appellatum, ab *Agathia* intelligi existimat; idemque ex hoc Epigr. suspicatur, Agathiam suburbanum habuisse praedium in illo Daphnes vico. Utrumque male. Primum enim apparet, poëtam hortos in Heraeo cum loco quodam illustri amoenitate conspicuo comparare voluisse, quorum nullus aptior Antiochiae Daphne: deinde Daphne CPolitana triclinium potius, quam locus ambulationibus destinatus fuisse videtur. Vide *Reisk.* ad *Constantin.* de Cerem. p. 16. Erat etiam Daphne castellum a Constantino ad Danubii ripas exstructum, secundum *Procop.* de Aedif. L. IV. 7. p. 83. B. — V. 2. ἀγχιάλου κάλλος ἐχεμοσύνας. Cum ironia haec dicta sunt. — V. 3. Aquae dulcis rivuli et mare ad hanc regionem ornandam conspirant. — His simillima dedit *Paul. Silent.* Ep. supra laudatis. *Statius* II. Sylv. II. 18. *e terris occurrit dulcis amaro Nympha mari.*

XLVII. Vat. Cod. p. 462. Planud. p. 353. St. 492. W. In balneum amoenissimum. Venerem hic lavisse ait, antequam cum Pallade et Junone in pulcritudinis certamen descenderet. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXVII. — V. 2. τὴν περὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ. Ed. Flor. pr. — „Vat. „membr. ὑπαρχαμένη. Notandum verbum ἄρπω, quo ca„rent lexica. Occurrit iterum infra in Maced. Ep.

„XIX.“ *Br.* Membr. lectionem ὑπαρπαμένη vulgatae praetulerim. Solent enim ſcriptores illius aevi nonnunquam adſpirationem negligere. Vide *Reisk.* ad Conſtant. p. 138. Idem antiquiores nonnunquam fecerunt Attici. *Aeſchyl.* Perſ. 550. ἔπεσπε. 655. ἐποδώκει. — V. 4. Ἰναχίοις. Junonem Argivam, Argis ad certamen proficiſcentem, ſignificat. — V. 5. νίκησεν τὸ λ. Non tua igitur pulchritudo, ſed balnei virtus victoriam tibi paravit. — τοῦτο βοώσῃ. Sic Vat. Cod. quod revocandum. Ep. XLII. 3.

¶. 50.] *XLVIII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 356. St. 495. W. Ad hoc carmen illuſtrandum inprimis facit *Philoſtr.* Heroic. XVIII. p. 691. ed. Olear. ubi enarrata Graecorum cum Myſis pugna, ἐν ταύτῃ, inquit, τῇ μάχῃ πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐτρώθησαν, καὶ λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ ἐγένετο, πηγαὶ θερμαὶ ἐν Ἰωνίᾳ, ἃς ἔστι καὶ νῦν Ἀγαμεμνονείους καλοῦσιν οἱ Σμύρναν οἰκοῦντες. ἀπέχουσι δέ, οἶμαι, τετταράκοντα στάδια τοῦ ἄστεως, καὶ ἀνῆπτό ποτε αὐτοῖς αἰχμάλωτα κράνη Μύσια. Diverſa ſunt τὰ Ἀγαμεμνόνεια φρέατα, quorum *Euſtath.* meminit ad Il. δ. p. 351. 8. — V. 1. μολοῦντες. Vat. Cod. — V. 2. Ποδαλειρείης edd. ante Stephan. qui Ποδαλειρίης legit. — Danai his thermis utentes medicorum ſuorum opem non deſiderabant. — V. 4. ἰόν. Vel proprio ſenſu pro veneno accipiendum, quo barbaros cuſpides tinxiſſe putaverit *Agathias*; vel, quod malim, virus in vulnere collectum (materiam peccantem appellant medici) intelligendum. — V. 5. ὀρυκτηφόρος. Vat. Cod. — Tectis illas thermas circumdatas ſignificat.

XLIX. Vat. Cod. p. 468. Μαριανοῦ Σχολ. Planud. p. 360. St. 499. W. „Epigramma hoc, cui in Planudea „*Mariani* nomen praefixum, Agathiae tribuit Zonaras „T. II. p. 70. De Sophianarum palatio vide Ducange „CP. Chr. P. II. p. 171. ubi carmen hoc profert.“ *Br.*

Exſtructum erat hoc palatium a Juſtino Curopalata, qui illud de nomine conjugis Sophiae τῶν Σοφιανῶν vel τῶν Σοφιῶν appellavit. Situm erat ad portum Juliani. V. *Banduriі* Comm. in Antiqu. CP. T. II. p. 677. ſqq. — V. 2. Verba ἁλικλύστων ὑπ' ἠιόνων jungenda ſunt cum ϑῆκεν. Imperator palatium ad litus Bospori exſtruxit. — V. 4. ἄξιον. Vides, o Conſtantinopoli, palatium, tua pulchritudine haud indignum, tibi e regione in Aſia poſitum. — V. 6. δέχεται. Vat. Cod. et Zonar. — Ἀσίην Vat. Cod. a man. ſec.

L. Vat. Cod. p. 467. Planud. p. 358. St. 498. W. In altam et pulchro in mare proſpectu gaudentem domum. — V. 1. Quae *Heſiodus* Ἔργ. 289. de Virtutis ſede in rupibus dixit, *Agathias* ad praealtam illam domum transtulit. — V. 3. Inſolenter dictum κεκαφηότι ταρσῷ, pedibus ſcandendo quaſi anhelantibus, i. e. fatigatis. κεκαφηότα. ὀλιγοψυχοῦντα. *Schol. Nicandri* Alex. 44. ἐκπεπνευκότα. *Heſych.* et *Schol. Homeri* Il. ε. 698. — V. 4. πλαδαρόν. ὑγρόν. *Schol. Apoll. Rhod.* III. 1396. De propria hujus vocabuli poteſtate vid. *Lennep.* Etym. T. II. p. 784. — V. 6. „Legendum videtur πιστότατον „ϑάλαμον, et in fine praec. verſ. minor diſtinctio ponen„da. In Vat. membr. ſcriptum πιστότατον." *Br.* Tum etiam νιν corrigendum putarem. Ceterum aut elumbis eſt ſententia in Epigrammatis fine, aut acumen non perſpicio.

¶. 51.] *LI.* Vat. Cod. p. 471. Ἀγαϑ. Σχολ. ἐν Βυζ. In Plan. p. 361. St. 500. W. lemma eſt: εἰς οἶκον Ἀγαϑίου σχολαστικοῦ ἐν Βυζαντίῳ — ordine verborum confuſo. Agitur enim de aedibus Muſonii, qui morte exſtinctus pulcherrimam domum alienis reliquerat. — V. 1. Μουσόνιος edd. vett. usque ad Aſcenſ. Minus recte itaque *Brunckius:* „In veteribus edd. *omnibus* Μουσόνιος le„gitur, quod ab H. Steph. recte emendatum eſſe cen-

„seo.“ — V. 3. „Male vulgo ἀπέλειπεν, quod ineptum „et contra sensum est. Veram lectionem dedit Var. „membr.“ *Br.* Vitium sensit *Jos. Scaliger*, qui in not. msc. emendavit ἀπέλυξεν. Sed verissima est membranarum lectio. Non recusavit ad caliginosam Plutonis domum descendere. — V. 5. κεῖται εἰς ὀλίγην κόνιν. ipse ὀλίγη κόνις factus, in pusillum cinerem redactus est. Sic pravae reliquiae hominum amplis corporibus magnisque eorum possessionibus opponi solent. *Propert.* II. El. VII. 51. *Foedavitque comas ac tanti corpus Achilli, Maximaque in parva sustulit ossa manu.* De urna Hectoris *Seneca* Troad. 102. *Complete manus: hoc ex Troja sumsisse licet.* Similia, inter quae antiquissimus est locus *Sophocl.* in Electr. v. 1142., collegit *Burm.* ad *Propert.* l. c. p. 272. et ad Anthol. Lat. L. III. T. I. p. 456. sq.

LII. Vat. Cod. p. 469. Ἀγαθ. Σχολ. ἐν Σμύρνῃ. Plan. p. 361. St. 501. W. „Quatuor in foricas Epigrammata, „si lemmatibus, quae in scriptis quoque libris praefixa „sunt, fides, aedificium respiciunt publicum, quod „Smyrnae fuit. At quum Agathias patria Myrinaeus „fuerit, et saepe confusa nomina, in iis praesertim, „quae scriptorem hunc spectant, Σμύρνη et Μυρίνη, quod „probabilius mihi visum, sumtus scil. Agathiam ero„gasse in ornanda patria urbe, secutus sum et Μυρίνη „reposui pro Σμύρνη. Carmina autem ipsa e Vat. membr. „emendavi.“ *Br.* Falso *Reinesius* statuit, Smyrnae solummodo *latrinas* σωτήρια fuisse appellata, in Var. Lect. III. 7. quem refutavit *Kuster.* ad *Suidam* T. I. p. 392. — V. 2. τοίχοις ἀμφιμεσ. parietibus ex limo divisus. — V. 3. ἐνθάδε δὲ ξ. In marg. Wechel. γρ. ἄλλως ἔνθα δὲ ξείνων.

LIII. Vat. Cod. p. 465. Planud. p. 371. St. 510. W. Illustrat hoc Epigr. *Reines.* in Var. Lect. III. 7. et post eum *Kuster.* ad Suid. v. ἀφ' ἑδρῶν T. I. p. 392. Profert

idem *Bandini* ex Cod. Bibl. Laur. T. II. p. 256. — V. 1. ἡ πολύολβος ἐδωδή. In eundem ſenſum *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 165. 8. de helluonibus: οἱ μὲν γὰρ ἐξέχονται τῶν ὄψων, ἃ μετ' ὀλίγον ἐκδέχεται κοπρών. — V. 3. φασειανοί. Vulgo. — ἴγδην Ed. pr. Flor. et in Cod. ap. Bandin. ἴγδη. Θυεία. *Heſych.* Diverſa ejusdem vocabuli forma ἴγδις. Quare ap. *Athen.* L. IX. p. 406. A. βόδα τὰ εὐοσμότατα ἐν ἴγδει τρίψας minime neceſſe eſt in ἴγδῃ mutare. Vide *T. H.* ad *Polluc.* X. 103. Loco appoſito *Clem. Alex.* l. c. p. 164. 17. οὗτοι ἐοίκασιν – ἀμφὶ τὴν ἴγδην καὶ τὸν ἀλεκτρίβανον τὸν πάντα αὐτῶν κατατρίβοντες βίον οἱ παμφάγοι. — τρίψιες ſunt cibi contriti et artificioſe commiſti, quos *Comicus* ap. *Plutarch.* T. II. p 1. 6. A. τὰ πανοῦργα ὀψάρια καὶ ὑποτρίμματα vocat. — V. 4. βρωματομιξαπάτην. Praeclaram hanc lectionem ſervarunt membr. Vat. pro vulg. βρώματος ἐξαπάτη. In Cod. Medic. βρωμάτων ἐξ. Illud vocabulum fictum ad analogiam τοῦ ξενοκυσταπάτην in *Nicandri* Ep. I. Vide not. T. II. P. I. p. 6. Significatur autem voluptas illa, (hoc eſt ἀπάτη,) quae capitur ἐκ τῆς τῶν ἡδεσμάτων πολυειδίας, quam Antiphanes medicus μίαν τῶν νόσων αἰτίαν recte dicebat, ap. *Clem. Alex.* p. 163. Hinc idem p. 166. Chriſtianos jubet ſumere δεῖπνον λιτὸν καὶ εὔζωνον ποικίλαις ἀνεπίμικτον ποιοτήσεσιν. — V. 5. ἀποσσέβει. ed. pr. Flor. — V. 6. ὀπόσσα ibid. — V. 7. κόνις. id quod κόπρος, ut ap. *Alciphr.* III. 29. ἄγροικον ὄζοντα στεμφύλων καὶ κόνιν πνέοντα, quae ex *Ariſtoph.* Nub. 46. 51. ducta eſſe, nemo animadvertit.

¶. 52.] *LIV.* Vat. Cod. p. 465. Planud. l. c. Argumentum maximam partem verſatur in ſententia Cynici ap. *Lucian.* T. III. p. 544. αἱ πανταδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι. — V. 4. ἐκβλίψεται. Vat. Cod. — V. 6. πολύ. Vat. Cod. — Junge μὴ πολὺ παρὰ τοῦ ἀναγκαίου ἐξεστάζῃς. niſi ventrem lon-

ge ſupra id, quod opus eſt, impleviſſes et distendiſſes. — V. 9. μοῦνη. Venter gulae peccata luit. Hunc enim tundis et verberas, quaſi in culpa eſſet. — τεῖνει. Vat. Cod.

LV. Vat. Cod. p. 465. Planud. p. 372. St. 510. W. Agricolam et pauperem, modico victu contentum, prae divitibus helluonibus felicem praedicat. *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 166. 10. οἱ ταῖς εὐτελεστάταις χρώμενοι τροφαῖς, ἰσχυρότατοί εἰσι καὶ ὑγιεινότατοι, καὶ γενναιότατοι, ὡς οἰκέται δεσποτῶν, καὶ γεωργοὶ κτητόρων, καὶ οὐ μόνον βωμολεώτεροι, ἀλλὰ καὶ φρονιμώτεροι, quae doctiſſimus Theologus petivit ex *Muſonio*, cujus praeclarum de victu locum ſervavit *Stob.* Tit. XVIII. p. 166. ſq. — V. 2. μίμνειν, i. e. ὑπομένειν. vitae tuae conditio ita fert, ut laboris et paupertatis aerumnas feras. — ἐν ξυλόχοισι, in ſylva ſub divo, non in ſplendidis cubiculis nec in veſte ſtragula collocatus. — V. 5. ἄρτιπος. Cf. Ep. XXI. 4. — V. 9. οἳ πλουτοῦσι καὶ οἱ κ. Vulgo. In membr. eſt οἱ πλουτοῦντες ποικινοῖσι σ. in quibus aliud quid latere ſuſpicor, quam quod *Brunckii* ſagacitas inde extudit. Quid enim opus erat, ſimul cum opulentis helluonibus etiam eorum paraſitos et convivas commemorare? Quid ſi *Agathias* ſcripſerit:

τλήμονες ἃ πλουτοῦντες, Ἀπικίῳ οἳ συνεόντες.

Nihil hac emendatione lenius; qua, ni fallor, orationi inſignis accedit virtus. Ἀπικίῳ συνεῖναι dicuntur, qui Apiciano more vivunt, ejusque diſciplinam ſectantur. Nam Apicius, inſignis helluo, *ſcientiam popinae profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit;* verba ſunt *Senecae* ad Helviam c. X. 2. Vide praeterea *Athen.* L. I. p. 7. A. B. et quae de Apicio collegit *Deſ. Heraldus* ad *Mart.* L. II. p. 58. *Bayle* Diction. v. *Apicius. Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* T. II. p. 867. — V. 10. εἰς πλέον. Vat. Cod. — ἀρτιμίη. bona et integra valetudo. Cf. *Philipp.*

¶. 53.] *LVI.* Vat. Cod. p. 464. Planud. p. 374. St. 512. W. Inſculptum fuit hoc Epigr. ſaxo pontis, quo Juſtinianus Sangarium fluvium junxerat, tradente *Conſtant. Porphyrog.* de Them. L. I. p. 10. ed. *Bandur.* ſine auctoris nomine. Hoc opus magnis laudibus extollit *Procopius* de Aedif. L. V. 3. p. 98. ὁ μέγας δὲ ποταμὸς οὗτος, ὅνπερ Σάγγαριν καλοῦσι νῦν, σφοδρῷ μὲν κατιὼν ἐσάγαν τῷ βείθρῳ, ἐπὶ μέσης δὲ πεφυκὼς ἄβυσσος, εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα, διαγέγονε μὲν τάγε εἰς γέφυραν ἀνέπαφος πᾶσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι· ἀκάτων δὲ συνδέοντες πλῆθος — ἐνταῦθα διαπερᾶσθαι τολμῶσι πεζοί — Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν αὐτῷ ἐγκεχείρηκεν ἐποικοδομεῖσθαι τανῦν. *Ducange* Gloſſ in ποντογέφυρα plura Hiſtoricorum loca de illo ponte congeſſit. Quod autem *Procopius* tradit, Sangarium antea ponte inſtructum non fuiſſe, id infirmari poſſe videtur teſtimonio *Polybii* ap. *Suidam* v. Γάλλος· Γναῖος, ὁ ὕπατος Ῥωμαίων, διερχόμενος ἐγεφύρωσε τὸν Σαγγάριον, ποταμὸν τελέως κοῖλον ὄντα καὶ δύσβατον, niſi haec de ligneo tantum ponte accipi debent. — V. 1. Poſt deviſtam Italiam, Perſas et Vandalos ſubactos. — Pro Μήδων Vat. Cod. δήμων. — V. 3. ἀψῖσι πεδηθείς. Pontes poëtae comparare ſolent cum compedibus, quibus fluvios, tanquam ſervitutis jugo ſubjectos, ingemiſcere fingunt. *Aeſchyl.* Perſ. 70. Perſarum exercitus Hellespontum ſuperavit πολύγομφον ὄδισμα Ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. et v. 742. Xerxes Ἑλλήσποντον ἱρόν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν Ἥλπισε σχήσειν — καὶ πέδαις σφυρηλάτοις περιβαλών, πολλὴν κέλευθον ἤνυσε πολλῷ στρατῷ. Anthol. Lat. L. II. Ep. XXIV. p. 473. de ponte a Narſe exſtructo: *Calcamus rapidas ſubjecti gurgitis undas, Et libet iratae cernere murmur aquae. Ite igitur faciles per gaudia veſtra, Quirites, Et Narſin reſonans plauſus ubique canat. Qui potuit rigidas Gothorum ſubdere mentes, Hic docuit durum flumina ferre jugum.* — κρατεραῖσι. *Conſtant.* — V. 4. οὕτως Vat. Cod. — V. 5. ὁ πρὶν γάρ. *Conſt.*

LVII. Vat. Cod. p. 491. Planud. p. 77. St. 112. W. Vere ineunte Priapus nautas ad navigandum hortatur. Idem argumentum multi ante Noſtrum tractarunt. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. LVII. Sed *Agathias* inprimis *Theaeteti Schol.* Ep. II. ante oculos habuiſſe videtur. — V. 1. εὔδεια. Vat. Cod. εὕδεια. Ed. Ald. 3. — V. 2. φρικα. Vat. Cod. — φρικὶ χαρασσομένη ductum ex *Antip. Sid.* Ep. XXXVII. θάλασσα ποροφύρει τερμερῇ φρικὶ χαρασσομένη. Εἰρεσίῃσι κῦμα χαράσσειν dixit *Orpheus* Argon. 370. 701. *Nonn.* Dion. III. p. 86. νήνεμον ἀκροτάτοισιν ὕδωρ ἐχάρασσον ἐρετμοῖς. — V. 3. Deſcribuntur fluctus in litore fracti et in ſemet ipſos recidentes. Optime haec expreſſit *Grotius: Triſte nec impulſum ſcopulis immanibus aequor Mox medium refugas in mare torquet aquas.* — V. 6. κάρφεσι. lisdem fere verbis *Ariſtotel.* H. A. IX. 7. ἡ τῆς χελιδόνος σκηνοπηγία. τῇ γὰρ περὶ τὸν πηλὸν ἀκυρώσει τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, συγκαταπλέκει γὰρ τοῖς κάρφεσι πηλόν. Cf. not. ad *M. Argent.* Ep. XXIV. T. II. P. II. p. 293. — V. 8. σικελίην. Edit. pr. Flor. et tres Ald. — ποντοπορείῃς. Vat. Cod. — V. 10. σκάρος inter praeſtantiores erat piſces. εὐγενῆ eum vocat *Eubulus* ap. *Athen.* VII. p. 295. E. ſi recte emendavi locum depravatiſſimum:

> τὴν δ' εὐπρόσωπον . . . λοπάδα τοῦδε τοῦ
> θαλαττίου γλαυκοῦ φέρουσαν εὐγενῆ
> σκάρον λάβρακά θ' ἑφθὸν ἔν γ' ἅλμῃ μιᾷ.

— βῆκας. *Athen.* L. VIII. p. 356. B. βωξ ἑφθὸς εὔπεπτός — ὁ δ' ἀπ' ἀνθράκων γλυκύτερος καὶ ἁπαλώτερος. Deſcriptum dedit hunc piſcem *Camus* Notes ſur l'Hiſt. des An. d'Ariſtote p. 130. Cf. *Duhamel* des Pêches P. II. S. 4. Pl. 6. nr. 4.

LVIII. Vat. Cod. p. 87. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. T. IX. nr. 278. p. 99. Immortalitatem, quam quis virtute et bonis libris edendis conſequatur, omnibus ſtatuis et imaginibus praeferendam eſſe. — V. 1.

κύρβεις. Vide ad *Comet. Schol.* Ep. V. Hoc loco tabulas publice propoſitas cum titulis et honoribus ſignificat. — V. 3, Scholion in marg. Vat. ὅτι μόνη ἀρετὴ καὶ σοφίη ἑπακολουθεῖ τοῖς ἔχουσιν αὐτὴν ἐντεῦθεν ἀποιχομένοις. — V. 5. κἀκεῖθι Apogr. Lipſ. In membr. ipſis καὶ κεῖθι. Noſtrum debetur *Reiskio*. Et ſic certe ſermonis proprietas poſtulat, quam tamen ſeriores potiſſimum ſcriptores non ſemper obſervaſſe conſtat, *ita ut adverbia, quae ſunt in loco, pro ad locum, et, quae ſunt ad locum, pro in loco ponant*, ſecundum *Priſcian.* Gramm. XVIII. p. 718. — V. 6. μνῆστι. Vat. Cod. — ¶. 54.] V. 7. οὔ τι πλ. ſcribendum exiſtimat *G. Wakefield* in Sylv. cr. T. II. p. 44. — γ' ante Ὁμήρου non habetur in Vat. Cod. nec in Ap. Lipſ. — οὐ βρενθύεται. nec pictis imaginibus, nec ſtatuis gloriatur. Vim verbi aperuit *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 368. ſqq. *Rubnk.* ad *Tim.* p. 64.

LIX. Vat. Cod. p. 154. Planud. p. 419. St. 554. W. In leporem, quem vites arrodentem agricola ſaxo necavit. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in πτῶξ T. III. p. 225. Pro τὸν πτῶκα ſuſpicabar aliquando τινα πτ. ut ap. *Straton.* Ep. VII. εἶδον ἐγώ τινα παῖδα. nec tamen fortaſſe correctione opus eſt. — V. 2. „Verbum ἀμέργω, *decerpo*, in „Lexicis ſine auctoritate comparet. *Theocrit.* Eid. XXIII. „3. χ'αἱ μὲν ἀμεργξάμενοι λασίας δρυὸς ἄγρια φύλλα. Forte in „Leonid. Tar. Ep. XCVIII. melius legeretur εἴαρι δὲ πρώτῳ „λειμώνιον ἄνθος ἀμέρξας. ubi librorum omnium conſenſu „edidi ἀμέρσας, quod tamen bene ſe tuetur etiam, „quum ἀμέρδω *amputare* ſignificet." *Br.* Ap. *Suidam* legitur ἀμελγόμενον. Eadem varietas occurrit in *Apoll. Rhod.* I. 882. apes κυρτὸν ἀμέργουσι πεποτημέναι. quidam codd. ἀμέλγουσι. et in *Nicandri* Alex. 428. — V. 3. 4. In ἀπροϊδής, ἀπροόρατος, *Suid.* T. I. p. 304. hoc diſtichon profert. — V. 4. ἐξεκύλισσε. dejecit eum. *Philipp.* Ep. LXII. θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίην. Sic infra Ep. LXXVII. πῶς τὸν Πριαμίδην ἐξεκύλισσα πέδῳ. Utroque loco

Br. ſecundum ſua ipſius praecepta ἐξεκύλισε et ἐξεκύλισα, uno tantum σ, ſcribere debebat. Vide eum ad *Theocr.* XXI. 70. — V. 6. λοιβῆς. Cum Schol. Wech. accipio de vini latice, quem in ſacris effundere ſolemne erat. Lepus enim necatus profudit uvarum, quas comederat, liquorem: ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τρώγειν ἔφθασεν αὐτὸν ὁ γεωργός. Ineptum quidem acumen; ſed vix alia interpretatio locum invenerit. λοιβῆς καὶ θυέων junxit Ep. ἀδεσπ. DCXCV. 10.

LX. Vat. Cod. p. 380. ſq. Bis exſtat in Planud. p. 40. et 102. St. 59. et 151. W. altero loco ſine auctoris nomine. Urbs Troja Minervae iniquitatem exprobrat, quod propter unius Paridis judicium totam urbem everterit. — Vat. membr. et Planud. altero loco Doricas quasdam formas in hoc Ep. habent; ut v. 2. ἃ τλάμων. v. 5. θνάσκειν. v. 6. τᾶς πάτρας. — V. 1. πολιοῦχε. Minerva in arce culta. — V. 3. ἀντὶ μήλου. Propter malum tibi negatum omnia hujus urbis ornamenta diripuiſti. ἀποδρέπειν dixit, reſpectu ad malum habito. — Comparavit haec *Caſaubonus* ad *Strabon.* IV. p. 278. B. de providentia disputantem: καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φύσει γενομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι, οἷον — τὸν Πάριν εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα, ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα, δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἡνίκα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων. — V. 5. ἄθεσμον. Vat. Cod.

LXI. Vat. Cod. p. 380. Plan. p. 98. St. 144. W. Ad Trojam devaſtatam, cui, omnibus ornamentis ereptis, gloria tamen et nominis celebritas eripi non potuit. — V. 1. „Vat. membr. ὦ πτόλι. Quod, ut re„cepi infra LXV. ita hîc quoque recipiendum erat.“ *Br.* In Apogr. Goth. ὦ πόλι habetur. Color fere, ut in Ep. in Romae ruinas in Anth. Lat. L. III. 5. p. 458. *Longa*

ruos faſtus aetas deſtruxit et arces: Caeſaris et Superûm templa palude jacent. — Non tamen annorum ſeries, non flamma nec enſis, Aeternum potuere hoc abolere decus. — V. 2. βοῶν κράατα. Hoſtiarum majorum capita templorum parietibus ornamenti cauſa appendebantur et in metopis collocabantur. — V. 3. Παφίης ἀλάβαστρα. vaſa unguentaria, quibus Venus maxime delectatur. Vide *Viſcontum* in Muſeo Pio-Clem. T. I. p. 17. Reſpectu ad Veneris munditiem habito *Callim.* H. in Pallad. 15. Minervae οὔτε μύροις, οὔτ' ἀλαβάστροις opus eſſe ait. Inter Adonidis ſupellectilem vaſa unguentaria, Συρίῳ μύρῳ χρύσει' ἀλάβαστρα, recenſet *Theocrit.* Eid. XV. 114. Muneribus, quibus Perſarum reges oblectabantur, annumerat *Herodotus* L. III. p. 204. 61. πορφύρεα εἵματα καὶ ψέλια καὶ μύρου ἀλάβαστρα, ubi vide *Weſſeling.* — ἔφεστρίς. veſtimenti genus, quod reliquis ſuperinduebatur; unde ſponte intelligitur, varias ejus ſpecies eſſe potuiſſe. Diſputavit de epheſtride *Nic. Loënſ.* in Epiphyll. VI. 5. *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 332. et 384. — V. 4. Τριτογ. δείκελον. Palladium. De Minerva Spartae culta *Coluth.* v. 234. χρύσεον ἐνδατίης εἶδος Ἀθήνης. — ¶. 55.] V. 5. χρονίη χύσις. De Troja *Evenus* Ep. XIV. Ἴλιον ἱρὴν Τὴν πάρος εὐπύργοις τείχεσι κληζομένην Αἰῶνος τέφρη κατεδήδοκεν. — ἀλλοίην τύχην, adverſae me fortunae implicans. In ἀμφιβαλοῦσα metaphora ducta a piſcatorum retibus. *Apollon. Rhod.* L. I. 1035. μοῖραν ἀνέπλησε· τὴν γὰρ θέμις οὔποτ' ἀλύξαι Θνητοῖσι· πάντῃ δὲ περὶ μέγα πέπταται ἕρκος. — V. 9. οὔνομα. Ep. in Anthol. Lat. L. III. 1. in Graeciae ruinam: *Fama manet, fortuna perit. — Et magnum infelix nil niſi nomen habet.*

LXII. Vat. Cod. p. 381. Planud. p. 99. St. 145. W. Fatum Trojae, quae Romae originem dederit, non lugendum eſſe. — V. 1. γελάσης. Vat. Cod. Ald. 1. et Aſcenſ. — V. 2. ταῦτα τέλεσσε. Vat. Cod. et Τύχα. — V. 3. μὴ πεύθεο. Vulgo et in Vat. Cod. quam lectionem

cl. editor tacite mutavit. Verum sensum perspectum habuit *Grotius*, qui vertit:

Si quis es ex Asia, gaude magis: adspicis urbes,
Quot sunt Aeneadum Dardana jussa pati.

quibus verbis fortasse ipsam lectionem πένθεε expressit. Verbum πένθος cum πλοῦτος permutatum videtur in *Aeschyli* Pers. 840. ubi si legeris ὡς τοῖς θανοῦσι πένθος οὐδὲν ὠφελεῖ, sensum habebis contextui accommodatissimum. — δαρδανικῆς Vat. Cod. a pr. man. — Ad sensum cf. Ep. *Lollii Bassi* IV. et *Hadriani Caes.* Ep. II. ubi v. not. T. II. P. II. p. 325. — V. 6. ἐξεκένωσεν ἄρης. *Aesch.* Pers. 717. ξέρξης κενώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα. — V. 7. Trojae vastatae poenas a Graecis sume, servitutis jugum iis imponens. ζυγόδεσμον. *Homer.* Il. ω. 270. *Eustath.* p. 1350. init.

LXIII. Vat. Cod. p. 380. Planud. l. c. Expressum carmen ex *Antiphili* Ep. X. — V. 2. Pro δεκέτης in ed. pr. Flor. et Ald. 1. ζαμενὴς legitur. — ἐτάλασεν. Vat. Cod. — V. 3. Accommodate *Mitscherlichius* V. cl. haec adhibuit Horatianis IV. Od. VI. 13. de Achille: *Ille non inclusus equo — male feriatos Troas et laetam Priami choreis Falleret aulam: Sed palam captis gravis etc.* — V. 4. δουρατέαν παγίδα. Haud scio, an *Agathiae* obversatus sit locus Batrachom. v. 115. ubi muscipulam describens Troxartes, ἄνδρες, ait, καινοτέραις τέχναις ξύλινον δόλον ἐξευρόντες, Ἣν παγίδα καλέουσι. Placuit Nostro hoc vocabulum, qui Ep. XCIII. domum, cujus ruinae par adulterum obruerant, ξυνὴν ἀμφοτέρων παγίδα appellavit. Meretrices παγίδας τοῦ βίου nuncupat *Amphis* ap. *Athen.* L. XIII. p. 567. F. quod fortasse expressit *Eustath.* de Amor. Ism. IX. p. 400. pulchram puellam δέλεαρ ἐρωτικὸν καὶ παγίδα ἔρωτος ἄφυκτον vocans. — V. 6. ἐριπτόμαν. Vat. Cod. Similiter de Beryto *Joann. Barb.* Ep. IX. τύμβος ἀταρχύτων μερόπων πόλις, ἧς ὑπὸ τέφρην Αἱ Βερόης πολλαὶ κείμεθα χιλιάδες.

LXIV. Vat. Cod. p. 435. Planud. p. 111. St. 162. W. Hiſtoria de piſcatore, quem puella quaedam opulenta in litore viſum amare coepit et ex paupere divitem reddidit.

¶. 56.] *LXV.* Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 163. W. In magiſtratum olim ſuperbum, nunc a dignitatis faſtigio dejectum et miſerum. — V. 1. *τὸ πηλίκον.* Vulgo. Noſtrum eſt in Vat. Cod. *ἀγχίπορoι.* qui te publice prodeuntem comitabantur et latus tibi tegebant. — V. 3. *πτόλιος.* Vat. Cod. Vulgo *πόλιος.* — *τοῖς πρ.* Iis, quos tu antea miſeros reddideras, fortuna permiſit, ut ſuffragium contra te ferrent et te ex urbe ejicerent. — V. 6. *κεἰς σέ τι τ.* Vulgo. „*κελεύτι τερπόμεθα* e Vat. „membr. Hoc prae vulgata lectione placet.“ *Br.* Verba ſic accipienda, quaſi poëta ſcripſiſſet: *πολλὴν σοὶ χάριν ἔχομεν καὶ τερπόμεθα ἔτι —.* Multam tibi habemus gratiam, quod omnibus eodem modo illudis, et gaudemus, cum improbos et ſuperbos homines puniri videmus.

LXVI. Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 112. St. 164. W. In mendicum quendam, qui dives factus priſtinae conditionis penitus oblitus eſſe videbatur. — V. 2. *πέλε τὸ* ex Vat. Cod. Vulgo *πέλετο.* — V. 3. *ἀφρονέων.* fortunae ludibria ignorare videtur. *τέρψις τύχης* ſunt crebrae illae rerum viciſſitudines, quibus Fortuna delectatur. — V. 6. *αἰτίζων.* Vulgo et in Vat. Cod. Adſcripſit *Joſ. Scaliger αἰτίσας* vel *ὁ πρὶν αἰτίζων.* Requiritur praeteriti temporis ſignificatio. Ducta ſunt haec verba ex *Callim.* H. in Cer. 116. de Eryſichthone, qui *ἐνὶ τριόδοισι καθῆστο Αἰτίζων ἀκόλως τε καὶ ἔκβολα λύματα δαιτός.* Cf. Odyſſ. ρ. 222. *Euſtath.* ad Od. p. 627. 35. *Phavorinus* ap. *Stob.* T. XCIII. p. 513. 24. *ἀλλ' ὁ μὲν περιέρχεται αἰτίζων ἀκόλους, ὁ δὲ οὐκ ἀκόλους, οὐδὲ ψωμόν.* De voce *ἀκόλους* vide ad *Leonid. Tar.* Ep. XLV. — V. 7. *ἀπιθήσας.* Vat. Cod. — V. 8. *μάρτυρα σαυτὸν ἔχοις.* tuo id exemplo docearis.

LXVII. Vat. Cod. p. 559. *Agathiae* vindicat, quod in Planud. p. 171. St. 249. W. *Ammiano* tribuitur. Ridiculum ſtupidi rhetoris in re civili reſponſum. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. — V. 6. τίνι δουλεύειν εἶσι δικαιότεροι; Quemnam ſecundum leges ſequentur liberi, quos ſerva mea ex alieno ſervo peperit, ſervine dominum, qui, quam meam eſſe ſciret, illi in contubernium dedit, an me, dominum ſervae? — ¶. 57.] V. 7. Putes videre talem, quales *Ammianus Marcell.* XXX. 4. Jurisconſultos ſuae aetatis repraeſentat: *Velut natalicia fata praemonſtrantes, aut Sibyllae oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum compoſita triſtiorem, ipſum quoque venditant quod oſcitantur.* — γῦρον ἐπισκύνιον. Grammaticorum nugas et de rebus levis momenti altercationes ridens *Plutarch.* T. II. p. 412. F. τὰ τοιαῦτα, ait, συντείνει καὶ συνίστησι τὸ πρόσωπον· τὰ δ' ἄλλα ἔξεστι τὰς ὀφρῦς κατὰ χώραν ἔχοντας φιλοσοφεῖν καὶ ζητεῖν. — V. 9. ἡ initio vſ. omittitur in Vat. Cod. — V. 10. κείνων. Vat. Cod. — V. 11. ἀποίσεις et λέγεις. Vat. Cod. Judices dicuntur φέρειν ψῆφον et ἀποφέρειν, cum ſententiam pronuntiant; vide *Segaar* in Act. Traj. T. I. p. 96. ſq. Is, de quo judicatur, ἀποφέρεται ψῆφον. — Ceterum illud reſponſum ſimile illi, quod aſtrologus dat athletis ap. *Lucill.* Ep. XLIV. alius navigaturis ap. *Nicarchum* Ep. XIV.

LXVIII. Auctoritate Vat. Cod. p. 554. ſq. *Agathiae* tribuitur, quod in Planud. p. 68. St. 99. W. ἀδέσποτον eſt. Inepta ſolutio problematis phyſici, quo quaeritur cur, cum in cithara ἡ ὑπάτη pulſetur, ἡ νήτη etiam reſonet. De hoc problemate vide *Ariſtotel.* in Probl. XIX. 24. — V. 2. ἤρετο. Vulgo. ut Ep. praec. v. 2. — σοφίη h. l. eſt quaeſtio ex interiore muſices cognitione ſolvenda. — V. 3. πλήκτροισι δονήσω. Vulgo. πλήκτροισι δόνησας. Vat. Cod. — V. 5. ὑποτρίζουσι. Vulgo. Fortaſſe rectius; nam τρίζειν de ſono tenuiore et argutiore uſur-

patur. τρίζουσα. φωνοῦσα λεπτόν τι. *Hesych.* ubi v. *Interpp.* et *Valcken.* ad *Herodot.* III. p. 252. 96. — V. 7. ἔπνοισι. Vat. Cod. — V. 10. οἱ δὲ τόν. Vat. Cod. — τὸν ἐν πλ. ἀγητόν. Aristoxenum illum praestantissimum artis musicae scriptorem hujus phaenomeni causas ignorare jurabat. De *Aristoxeno* vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. III. p. 634. ed. *Harl.* et inprimis *Mahnii* Diatrib. de Aristoxeno. Amstelod. 1793. — θεωρησόμη pr. contemplatio, h. l. res contemplanda, problema. — V. 11. νεύρια. χορδαί. Vide *Fischer.* ad Anacr. Od. α. 3. p. 5. — V. 14. ξυγγενὲς omnes edd. ante Stephan. qui συγγενὲς dedit. — V. 15. γνήσια. arcto consanguinitatis vinculo conjuncti, ut liberi γνήσιοι eorundem parentum; et propterea omnes ejusdem soni, tanquam hereditatis cujusdam, participes. — V. 7. ἄμματι. Vat. Cod.

LXIX. Vat. Cod. p. 560. sq. Planud. p. 150. St. 217. W. Responsum, quod ineptus medicus aegroto, pleuritide laboranti, dederit, narratur. — V. 2. λευκανίην. Vat. Cod. Vulgo λευκανίη. Utraque forma proba. Priore utitur *Homer.* Il. χ. 325. ω. 642. — βραγχὰ, rauce. βραγχὸν τετριγυῖα χορδά. *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. 5. — ¶. 58.] V. 4. νυσσόμενος. Pleuritide laborabat ille, cujus morbi symptomata dolor lateris punctorius cum tussi. *Auctor* Definit. medic. p. 397. πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευροῦ σὺν ὀξεῖ καὶ διαλείπτῳ πυρετῷ μετ' ὀδόνης νυγματώδους ὁμοῦ καὶ φρίκης καὶ δυσπνοίας. — In fin. vs. *Opsopoeus* mallet ἀμυχθείς, quod non opus. — V. 5. Καλλίγνωστος. Vat. Cod. — κλατυλέσχης. i. e. κλατυγίζων. Vide *Suidam* h. v. T. III. p. 127. Usurpatur de hominibus cum inani jactantia verbosis. — V. 6. „Scripse„rat Planudes τῆς παιηονίδος, quam lectionem perspicue „servant quatuor regii libri. Corrupte in Cod. ex quo „Florentina expressa, παιωνίδος, η in ι mutato, quem so„lemnem librariis errorem fuisse jam toties animad„verti, unde, ingravescente corruptela, monstrum lectio-

„lectionis ortum eſt παιωνίδος. Quod dedi παιωνιάδος e „Vat. membr. eſt.“ *Br.* — V. 7. Nihil aliud praedixit, niſi quod certo certius eventurum eſſe ſciebat. — V. 9. ἀνάκλισιν. aegroti decubitum, quem a medico vult obſervari Hippocrates. Vide *Foeſium* in v. p. 30. — ἐν τοῦ πρ. Vat. Cod. — V. 12. ἀναπεμπάζων. omnia animo repetens. *Apollon. Rhod.* L. IV. 1748. ὁ δ' ἔπειτα θεοπροπίας Ἑκάτοιο θυμῷ πεμπάζων: Verbi vim enucleavit *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 33. ſq. — V. 13. ἀνεφαίνει *Opſopoeus* corrigit citra neceſſitatem. — V. 14. σοβαρευσάμενος. Vulgo. — V. 16. λήξῃ. Vat. Cod. — V. 17. τεθνήξει ex membr. revocatum pro τεθνήξῃ. Illa forma obvia in *Ariſtoph.* Nub. v. 1440. — τοῦτο. morbi ceſſatio redeuntis valetudinis indicium. — V. 19. τὸν νομικόν. Jurisconſultum. *Arrian.* Epict. II. 13. ἀλλ' οὐδὲ νομικόν τινα παρέλαβε πώποτε, τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα· ἀλλὰ διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν. — V. 22. κάλλιπες. Vat. Cod.

LXX. Vat. Cod. p. 555. reſtitutum eſt *Agathiae*, cum in Planud. p. 188. St. 275. W. *Palladae* tribuatur. De immortalitate animi quaerenti reſpondet philoſophus. — V. 1. Νικόστρατον. Laudat *Brodaeus* locum Hermogenis, ubi Nicoſtratus commemoratur tanquam ſubtilis philoſophus. Fictum potius nomen exiſtimaverim. — V. 2. σκινδαλαμοφραστήν. Vat. Cod. et Ald. 1. De orthographia vocis σκινδαλμὸς diſputavit *Pierſ.* ad *Moer.* p. 360. Sic appellabant difficiles Sophiſtarum nugas. *Ariſtoph.* Nub. 130. πῶς οὖν γέρων ὢν κἀπιλήσιμων καὶ βραδὺς λόγων ἀκριβῶν σκινδαλμοὺς μαθήσεται, λόγων τινὰς σκινδαλμοὺς ἀκμαθεῖς dixit *Alciphron* L. III. p. 434. Per ἀκάνθας interpretatur *Lucian.* T. II. p. 602. — V. 3. ἀνήρετο. Vulgo. — V. 5. ἐν νοητοῖς. utrum in iis, quae mente cognoſcuntur, an in iis, quae ſenſibus ſunt ſubjecta. — V. 7. ἀνελέξατο. ut ap. *Callim.* Ep. LX. γράμμ' ἀναλεξάμενος. ubi v. not. T. I. P. II. p. 309.

¶. 59.] V. 9. Πλατωνικὸν ὕψος, ſublimitatem Platonis pro ipſo Platone. — V. 10. πᾶσαν. omnem undique veritatem exploravit. — V. 11. „Scr. τὸ τριβώνιον, ἠδὲ γε„νείου τἄκρα καταψήχων. Copulam ſenſus requirit, ſed „καὶ a feſtinante et oſcitabundo repoſitum metrum cor„rumpit. Male vulgo εἶτα γενείου ἄκρα." *Br.* εἶτα etiam Cod. Vat. habet. — V. 12. καταψύχων Ed. pr. Flor. Ald. 1. Aſcenſ. Solemnis horum verborum permutatio. — V. 13. ψυχῆς. Vat. Cod. quam varietatem etiam *Steph.* notavit in Annotatt. — V. 15. στεγνοφυής. aut ſolida et corporea, aut nihil a materia habens. — V. 17. „Κλεομβ. Alludit ad Cal„lim. Ep. X. Planudeae Codd. duo Ἀμπρακιώτην. De hac „diverſitate videndus Waſſe ad Thucyd. p. 231. In „Dionyſii verſu ibi laudato vetus regia membr. Ἀμπρα„κιήων habet." *Br.* — V. 19. Tum tu, a corpore tuo ſejunctus, unoque illo, quod quaeris, relicto, te ipſum agnoſcere poteris.

LXXI. Vat. Cod. p. 557. ſq. *Agathiae* vindicat; in Plan. p. 133. St. 192. W. ἄδηλον eſt. Reſponſum ab aſtrologo agricolae, de meſſe ipſum conſultanti, datum. — V. 3. „In membr. ſcriptum ᾔτεε δ' ἐξέρεειν' εἴπερ θέρος. „Reponendum forte αἰτέων δ' ἐξερέειν' εἴπερ θέρος." *Br. Salmaſ.* in not. ined. ᾔτεε κ' ἐξερέειν' εἴπερ θ. conjiciebat. At apoſtropho tantummodo deleto ſcribendum:

ᾔτεε δ' ἐξερέειν, εἴπερ —

rogavit illum, ut ipſi ediceret, num largam meſſem habiturus eſſet. — V. 5. Ille calculos in abaco dispoſuit, rationem initurus. Huc pertinent etiam verba δάκτυλα γνάμπτων. Vide ad *Palladae* Ep. LXXXVI. T. II. P. III. p. 242. Adde *Plinium* II. Epiſt. XX. 3. *proximus toro ſedit: quo die, qua hora nata eſſet, interrogavit: ubi audivit, componit vultum, intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat, nihil, niſi ut diu miſeram expectatione ſuſpendat.* — V. 7. „Scribendum omnino: „εἴ κεν ἐπομβρηθῇ." *Br.* — V. 8. ἀντοσύνην. Vat. Cod. —

ὑλαίη ἀνθοσύνη, herbae inutiles, frutices inter ſegetem enaſcentes eamque impedientes. Hoc ſenſu ὕλην plus ſemel uſurpavit *Xenoph.* Oecon. c. 16. — V. 10. „Mallem τἄκρον ἀποδρυφθῇ." *Br.* — V. 11. μηδὲ κεμάδες. miro errore Vat. Cod. — V. 12. Si verum eſt ὄψεται, ſubaudiendum τὰ λήϊα. Sed vera videtur emendatio *Joſ. Scaligeri* in not. mſc. ὄψεαι.

¶. 60.] *LXXII.* Vat. Cod. p. 440. ſq. Planud. p. 86. St. 126. W. cum lemmate: Ἀγαθίου Σχολ. εἰς τὰ λυτὰ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. Ita quoque Vat. membr. Alius Cod. Dorvill. τὰ λιτά. Hanc inſcriptionem mendoſam judicantes viri doctiſſimi, *Joſ. Scaliger* in Lectt. Auſon. II. 29. εἰς ταῦλαν, *Salmaſius* vero et *Huetius* τάβλαν emendarunt; prior etiam ταβλατὰ tentavit in not. ined. Vulgatae patrocinari conatus eſt *Dorvillius* in Vann. crit. p. 252. non luſum in univerſum ſignificari exiſtimans, ſed τὰ λυτὰ Grammatico idem eſſe, quod τὰς ἀζυγὰς poëtae vſ. 26. Idem ſentiebat *Corn. de Pauw* in Diatr. de Alea p. 190. Praeter *Dorvillium* de Ep. noſtro diſputavit *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 741. ſqq. et *Pauw* in Diatr. de Alea Veter. ad Epigr. Agathiae Scholaſtici. Tr. ad Rhen. 1726. Alios, qui de aleae ludo egerunt, laudat *Wernsdorf.* ad Poët. Lat. Min. IV. P. I. p. 405. Hos in eo interpretando ſequor, ſenſum grammaticum explicuiſſe contentus; nam me ipſum nihil de hoc ludo, quem Trictraccum fuiſſe affirmat *Salmaſius*, intelligere fateor. — V. 1. Nos humiles et de plebe mortales, etiamſi magna geſſerimus, raro tamen eorum memoriam ad poſteritatem propagatam videmus: at reges ſi ſuffient modo, hoc tanquam adamantinis tabulis inſculptum manet. — βέξαμεν Vat. Cod. — Λίβυς ἀνήρ. Eratoſthenem eſſe vult *Opſopoeus*; etiam Callimachus eſſe poſſit. τοῦτ' ἀδάμαντι μενεῖ. Similiter locutus eſt *Ovid.* XV. Metam. 813. de fatis huma-

nis in Parcarum tabulario repositis: *Invenies illic inclusa adamante perenni Fata tui generis.* *Claudian.* de Bell. Gild. 202. *voces adamante notabat Atropos;* ubi nemo Interpretum locutionis fontem aperuit. — V. 3. Cod. Vat. ἀναπνεύσουσι δὲ μόνον a pr. man. et mox v. 4. Λυβός. — V. 6. Hoc Zenonis imperatoris exemplo patet. Huic enim quid quondam acciderit ludenti, memoriae mandatum est. ἄφαστοι κύβοι sunt incerti, qui non secundum rationem, sed casum cadunt. κύβον vitiose Vat. Cod. — V. 7. θέτις Vat. Cod. et ποικιλότευκτος. — θέσις est calculorum ordo et positio. ποικίλας μεταστάσεις τῶν ψήφων est ap. *Aristaen.* I. Ep. XXIII. *Euripid.* Iphig. Aul. 195. ἐπὶ θάκοις πεσσῶν ἡδομένους μορφαῖς πολυπλόκοις. — Sequitur descriptio ordinis calculorum in Zenonis tabula. Ludebatur discoloribus lapidibus, (*Martial.* XIV. Ep. 17. et alii, quos laudat *Wernsd.* P. M. T. IV. p. 268. 182.) qui per tabulam duodecim lineis descriptam disponebantur. Hae lineae nostro sunt ὁδοί, *tramites* in Ep. Anth. Latin. III. 76. p. 519.:

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat,
Decertantque simul candidus atque rubens.
Qui quamvis parili scriptorum tramite currant,
Is capiat palmam, quem bona fata juvant.

— V. 8. ὀπισθιδίκην. Vat. Cod. quod damnat *Dorvillius.* — Est autem ὀπισθιδίη ὁδός, si recte intelligo, inferior pars tabulae, sive dextrum latus, quod albi calculi occupabant, qui Zenoni forte contigerant. In hac parte calculi a dextra manu ad sinistram procedebant. Haec ut melius intelligantur, exhibeamus abacum, qualem dedit *Salmasius* ex vetere marmore Scr. Hist. Aug. T. II. p. 751.:



— V. 9. ἶχεν. Vat. Cod. In sexta linea septem erant candidi; in nona unus; summus locus occupabatur duobus, totidem decimus. Hoc enim volunt verba ἶσος ἦν δεκάτῳ, *decimo aequalis erat*, numero calculorum scil. »Primam dextri lateris lineam dicebant et summam. »Graeci quoque recentiores Latinam vocem retinue»runt, et σοῦμμον χῶρον appellarunt in tabula. — Ulti»mam infimamque lineam dextri lateris duodecimam vo»cabant; revera enim erat duodecima. Ab illa ultima »dextri lateris linea, quae et duodecima, transibant ad

»ultimam ſiniſtri lateris ex adverſo reſpondentem et »oppoſitam, eamque tertiam decimam appellabant.« Verba ſunt *Salmaſii* p. 752. ſq. Ex noſtro loco vocem εὔμμος in Lexicon retulit *Ducang.* p. 1411. — V. 11. ὅς τε. Vat. Cod. quod probandum. Etiam proximus locus a ſummo, i. e. ſecunda linea, habebat binos calculos; ultimus denique calculus erat in ea linea, quae δίβος appellabatur, i. e. *Divus*. Vide *Ducange* p. 303. Hunc *Divum Pauio* locum decimum quartum eſſe ſuſpicabatur. Sed res vehementer incerta eſt. — Poſt quindecim calculos albos enumeratos ſequitur ordo nigrorum. — V. 13. ἐν omittit Vat. Cod. ubi in fine verſus χωρὶν legitur. In loco octavo bini nigri erant, totidem in undecimo; bini iterum in duodecimo, unus in decimo tertio. — V. 14. ἑνδεκάτην eſt in Cod. Vat. Vulgo ἑνδεκάτης legitur. Illud verum putat C. *de Pauw*, qui praeterea ἑνδεκάτου conjicit, quod ante eum ſuſpicatus eſt *Th. Hyde* in Nerdiludio p. 45. Quum poſt locum decimum tertium commemoretur *Antigonus*, poſt hunc linea decima quinta, vix dubitari poſſe videtur, Antigonum eſſe lineam decimam quartam. Huic in dextra parte *Divum* oppoſitum fuiſſe, ſuſpicatur *Salmaſius*. Illo enim nomine quaſi Romani regis ſedem ſignificari, cui contrarius ſit Antigonus, quod eſt nomen Macedonum regis, quos ſemper Romanis adverſos fuiſſe notum eſt. At ſic *Divus* linea eſſet undecima, quae v. 14. ſigillatim commemoratur, eademque occupata eſſet binis nigris calculis et uno albo; quod non fieri poteſt. Ceterum ut Antigonus lineae nomen eſt, ſic jactus quidam in talis *Alexander* appellabatur, alius *Darius*. Vide *Scnfleb.* in Theſauro Gronov. T. VII. p. 1156. — V. 17. Etiam in linea decima quinta erant δίζυγες, ſive calculi duo juncti. — πέντ' ἐπὶ καὶ δεκάτῳ. Vat. Cod. — V. 19. ὀκτὼ καὶ δεκάτῳ πανομολίου. Vat. Cod. poſterius verum et reci-

piendum. At in numero lineae difficultatem cernens *Corn. de Pauw*, ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ emendare conatus eſt, quod ut minus Graecum a *Dorvillio* vapulat in Vann. crit. p. 255. — V. 20. τέτρατος ἐκ πυμάτου. eſt viceſimus locus. πύματος enim χώρος eſt linea viceſima quarta, i. e. ultima et infima ſiniſtri lateris. In viceſimo igitur *ſcripto* ſive linea iterum bini erant nigri. — V. 21. πυμάτια πεσσοῦ per periphraſin: rex, qui albos habebat calculos, nec laqueos auguratus, quos ipſi fortuna tendebat etc. πεσσοὶ idem quod ψηφῖδες. Adde iis, quae *Dorvill.* attulit p. 270., *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 217. — V. 23. ψηφῖδας ἀριθμοῦ. Vulgo. ψηφάδα γὰρ ἰσθμοῦ. Vat. Cod. unde *Salmaſio* ſubnata eſt emendatio ἀπ' ἠθμοῦ. Diverſa ſunt ἠθμὸς et πύργος. Hic enim, nomen ab ipſa forma habens, teſſeras in tabulam effundebat. Interior ejus pars non ſimpliciter excavata erat, ſed gradibus et amfractibus interciſa, ita ut teſſerae intus vario motu agitatae evolverentur. Hinc ap. Noſtrum πύργου δουρατέου κλίμαξ. Simillimum eſt hoc ap. *Auſon.* in Profeſſ. I. 27. *bolos – quos praecipitante rotatu Fundunt exciſi per cava buxa gradus;* ubi *Joſ. Scaliger* noſtri loci non immemor fuit. Anth. Lat. L. III. Ep. LXXVII. *In parte alveoli pyrgus velut urna reſedit, Qui vomit internis teſſerulas gradibus.* — „Erat praeterea aliud inſtrumen„tum, quod *pyrgo*, *turriculae*, imponebatur, et dicebatur φιμός, κημός, ἠθμός. *Infundibula* erant, et uſus „eorum etiam in *urnis judicialibus* apud Graecos. φιμὸς „proprie *camus*, *capiſtrum*, unde φιμοῦν: item κημός, un„de κημοῦν. ἠθμὸς erat proprie *colus*. *infundibulum*. „Porro ejusdem uſus fuiſſe κημὸν et ἠθμόν, patet auctori„tate *Heſychii* et *Schol. Ariſtophanis*, quos advocat „Caſaubonus ad Athenaeum L. X. c. 18. qui docet „utroque modo *infundibulum* vocatum, quo calculi in „κάδον vel καδίσκον fundebantur. Harpocration autem „dicit, φιμὸς ὁ καλούμενος κημός: ac κημοὶ una et φιμοὶ inter

„κυβευτικὰ σκεύη memorantur *Polluci* L. VII. §. 204. „φιμοῦ quoque facit mentionem Diphilus: ἔλκ' εἰς μέσον „τὸν φιμόν, ὃς ἂν ἐμβάλῃ. ubi mihi pars *turriculae* est, „quae pro *tota turre* poni videtur. Phimum igitur, κυ„μόν, ῥόμβον, ita eadem instrumenta esse apertum sit; at „diversa esse a *fritillo*, vel inde patet, quia fritillus erat „solidus ab una parte: cetera instrumenta pertusa „erant. Inde ap. Senecam *Aeacus jubet Claudium alea „ludere pertuso fritillo.* Vide finem Apocolocynth. „Inde etiam patet, diversum a pyrgo fuisse.“ Verba sunt *Dorvillii* Vann. crit. p. 259. Pro ἀριθμοῦ olim tentaverat ἀριθμῷ *Th. Hyde* in Nerdilud. p. 45. quo nunc nihil opus, meliore lectione reperta. In fine pentametri κευθομένη habetur in Ed. Flor. et tribus Aldin. Aliae κευθομένην. κευθομένας dedit *Salmasius* ex conjectura; nam in membr. κευθομένη legitur. Hinc κευθομένη legendum esse contendit *Dorvill.* p. 262. nam *scalam* intus in pyrgo *occultatam* esse. Ceterum notandum, tribus tesseris usos fuisse veteres, cum postea duae tantum coeperunt usurpari. — V. 25. Zeno imperator jecit et duo et sex et quinque, quibus jactibus tota rerum facies immutata est. At quomodo hoc factum sit, obscurissimum. Nam quod sequitur, eum statim octo totes calculos disjunctos habuisse, qui antea separati fuissent, id sibi contrarium esse videtur. *Pauwius* certe, ut explicaret, ad ineptias confugit. ἄζυγες et μεριζόμενοι idem est. Quare vehementer suspicor, depravatum esse hunc versum. Scribe, duabus literis mutatis:

ἄζυγας εἶχεν ὅλας κεφάδεν ὁριζόμενας.

octo statim disjuncti sunt, qui antea juncti essent. Hoc enim sensu verbum ὁρίζεσθαι passim occurrit, pro σύμφύεσθαι, *conglutinari*, et τῷ διορίζειν opponitur. Vide *Budaeum* in Comm. Gr. L. p. 990. 4.

¶. 61.] *LXXIII.* Vat. Cod. p. 481. *Agathiae* vindicat. In Plan. p. 377. St. 515. W. ἄδηλον est. Scriptum

in velum conopeum, quo culices arcentur. Cf. *Pauli Silent.* Ep. LXVI. Fuit haec Aegyptiorum conſuetudo, ut, cum in humidis regionibus a culicibus valde vexarentur, aut in turribus cubarent, aut lectos velamentis circumdarent: *πᾶς ἀνὴρ αὐτέων ἀμφιβλήστρεον ἔκτηται, τῷ τῆς ἡμέρης μὲν ἰχθῦς ἀγρεύει, τὴν δὲ νύκτα αὐτῷ χρᾶται ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ· περὶ ταύτην ἴστησι τὸ ἀμφίβληστρον.* *Herodot.* L. II. p. 146. Hinc *Horatius* in Antonii exercitu conopea fuiſſe viſa indignatur Epod. IX. 16. *Interque ſigna, turpe, militaria Sol aſpicit conopeum.* Idque ipſum exprobrat Cleopatrae *Propertius* L. III. 9. 43. quod auſa ſit

Romanamque tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos et contis roſtra Liburna ſequi:
Foedaque Tarpejo conopia tendere ſaxo,
Jura dare et ſtatuas inter et arma Mari.

V. 3. ἐπιτρέπομαι. Ed. pr. Flor. — V. 7. ὄρνεα *Brodaeus* de muſcis et culicibus interpretatur, quo nihil durius. *Aves* ipſae intelligendae, quibus ſe *parcere* (φείδεσθαι pro φείδεσθαι) ait conopium, ut *Paul. Silent.* in Ep. laud. *οὐ βραχύν τινα θῆρα καὶ οὕτινα τυχόντα ἰχθύν, οὐδὲ πτερὸν ἀγρεύειν πλέγμασιν ἡμετέροις.*

LXXIV. Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 155. St. 226. W. In helluonem quendam, qui cum voraciſſimis belluis comparatur. — V. 1. Nemo, qui dentes tuos vidit, domum tuam appropinquare audeat. ἁλοιητῆρας ὀδόντας. qui omnia terunt, ſaxi molaris ad inſtar. ἁλοιᾶν, καταπτίβειν, καταπόντειν, de frumento inprimis. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 21. ſq. et *T. H.* ad *Polluc.* X. 161. Ut *Agathias* neminem dentium illius adſpectum perferre dicit, ſic *Epicharmus* prae timore mori ait, qui Herculem edentem videant, ap. *Athen.* L. X. p. 411.:

πρῶτον μὲν αἴκ' ἔσθοντ' ἴδῃς νιν, ἀποθάνοις·
βρέμει μὲν ὁ φάρυγξ ἔνδοθ', ἀραβεῖ δ' ἁ γνάθος,
ψοφεῖ δ' ὁ γόμφιος, τέτριγεν δ' ὁ κυνόδων.

— V. 2. ὑμετέρους. pro singulari. Vide ad Ep. in Aurig. Stat. XXIII. — σὴς ἐν. Vat. Cod. — V. 3. ἔχει. Vat. Cod. — Nota fabula de Erysichthone ex *Callim.* H. in Cer. 103. unde etiam verbum βούβρωστις ductum. Vide *Spanhem.* p. 802. sq. *Eustath.* ad Il. p. 1502. 6. *Oppian.* Hal. II. 207. ἀλλ' ἀτέλεστον Λύσσαν ἀεὶ βούβρωστιν ἀναιδεῖ γαστρὶ φυλάσσει. — Quum enim famem habeas, qualem Erysichthon, quis scit, annon etiam eos ipsos, quos vocaveris, devores. — V. 5. μέλαθρα δεδέξεται. Vat. Cod. — V. 6. insigni cum varietate membr. βήσομαι ὑμετέρῃ γαστρὶ φυλαξάμενος. ubi si primam vocem in τλήσομαι mutaveris, suam fortasse *Agathiae* manum restitues. Nolo enim praeda tuae gulae servari. Eleganter participium sequitur verbum τλῆναι, ut in *Aeschyli* VII. c. Th. 739. ubi verba sic jungenda: ὅστε ἔτλα σπείρας ῥίζαν αἱματόεσσαν πρὸς μὴ ἁγνὰν ἄρουραν. *Sophocl.* Electr. 943. τλῆναί σε δρῶσαν ἃ 'ν ἐγὼ παραινέσω. — Quod autem ad φυλαξάμενος attinet, medium pro passivo est positum, quod in aoristo et futuro passim faciunt Graeci. Vide inprimis *Locellam* ad *Xenoph. Eph.* p. 173. — Quod si vulgatam servare quis malit, scripserim tamen auctoritate Codicis: βήσομαι ὑμετέρῃ γ. λαφυξόμενος, pro εἰς ὑμετέρην γαστέρα, constructione ap. *Agathiam* obvia Ep. XXXVIII. et XLV. — V. 7. Si quando in tuam domum venire ausim, fortior sim Ulysse, qui Scyllam non extimuit. εἰ δ' ἔτι γ' ἐς. Flor. ed. pr. Ald. 1. — οὐ μέγ' ἄνυσσε. (ἄνυσσεν Vat. Cod.) prae meo facinore scil. — V. 8. Λαερτιάδης Σ. χήμασιν. Vat. Cod. — V. 9. πολύτλας. majori ego jure *patiens* vocabor illo. — V. 9. εἴ σε περήσω. Vulgo et in Vat. Cod. quod tacite mutavit cl. editor. Sensum haud accurate expressit *Grotius* vertens: *Justius et dicar sollers, evasero si te, Non levius monstrum, quam Polyphemus erat.*

LXXV. Vat. Cod. p. 558. *Agathiae* tribuit, quod in Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillii* est. Ad homi-

nem quendam tenuissimi corporis. Comparanda similia *Lucillii* Ep. LV. – LXVIII. — V. 1. σῶμα σκιοειδές. non corpus, sed umbra. — ἀδερκέϊ Vat. Cod. pro vulg. ἀειδέϊ. — V. 4. „In membranis πολλὸν ἀφαυρότερον, quod prae„ferendum non duxi." *Br. Lucill.* LXV. Χαιρήμων ἀχύρου πολλὸν ἐλαφρότερος. Sine dubio id, quod editiones praebent, magis est proprium; sed ii poëtae, in quorum numero est *Agathias*, rariora et minus propria sectari solebant. Hanc ob causam membranarum scripturam equidem praetulerim. ἀφαυρός. ἀσθενής. *Eustath.* ad Od. ν. p. 523. 10. ἀφαυρότερος. ἀσθενέστερος. *Hesych.* — ¶. 62.] V. 5. οὐδὲν ἀμείψας. nullam morte mutationem subibis. φάσμα. Similiter *Nicarchus* Ep. XVI. ἐμὲ στεφανώσατ'· ἐγὼ γὰρ Εἰ βλέπομ', ἥττημαι· πνεῦμα γὰρ εἰμὶ μόνον.

LXXVI. Vat. Cod. p. 554. Ἀγαθίου Σχολ. In Plan. p. 171. St. 249. W. In causidicum ejus generis, quod vividis coloribus descripsit *Ammian. Marc.* L. XXX. 4. p. 594. — V. 1. ζυγόν. Ed. pr. Fl. et Ald. 1. Δίκη hîc nihil diversa a Nemesi, cui jugum tribui solet. Vide ad *Mesomed.* Hymn. v. 13. T. II. P. II. p. 347. — οὐ νοέεις. nostine judicium, quod improbis tuique similibus viris instat. — V. 3. ῥήτρη, *eloquentia.* Demosthenem ῥήτρης εὐκελάδοιο πατέρα vocat *Christodorus* in Ecphr. v. 24. — ποικινόφρονι. Vat. Cod. — V. 4. ποικίλον. Verba fucata opponuntur sermoni sincero et simplici; ut ποικίλλειν opponitur τῷ ἁπλῶς et ἐλευθέρως λέγειν. Vide *Abresch.* in Lectt. Arist. p. 222. *Eurip.* Phoen. 472. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ, Κοὐ ποικίλων δεῖ τὰ ἔνδιχ' ἑρμηνευμάτων. In talibus igitur ποικίλος parum distat a vafro et callido; quod apparet etiam ex *Eurip.* Androm. 938. κἀγὼ κλύουσα τούσδε Σειρήνων λόγους, Σοφῶν, πανούργων, ποικίλων λαλημάτων. Iphig. in Aul. 526. de Ulysse: ποικίλος ἀεὶ πέφυκε, τοῦ γ' ὄχλου μέτα. Insignem in dicendo subtilitatem notat ἡ ποικιλία ap. *Demosth.* c. Aphob. p. 844. 11. καὶ ταῦτ' εἰ μὲν ἐδεῖτο λόγου τινὸς ἢ ποικιλίας. — V. 5. Vulgo:

ἐλπίζειν δ' ἔξεστι· et ſq. verſ. τῆς σῆς κλεμματικῆς παίγνια φ. Haec ex Vat. Cod. mutavit cl. editor, in quo tamen praeterea παίγνιον φ. metro vitiato legitur. Verba ἐλπίζειν ἔξεστι quo referas, non ſatis liquet. Sed hoc voluiſſe videtur: Callidae tuae eloquentiae confidas licet; at Juſtitiam ſcito eâ mutari non poſſe. Haec vero antitheſis nec acumen, nec gravitatem habet. Sed fac, ſcriptum fuiſſe:

ἐμπαίζειν ἔξεστι

aliis licet illudas, Themidem ludibria tua mutare non poterunt, apte ſibi reſpondent ἐμπαίζειν et παίγνια φαντασίης. Hoc ſenſu v. παίζειν ubique obvium. ut in *Luciani* Nigr. §. 20. ἡ τύχη παίζει τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. Cf. *Valcken.* in Adon. p. 359. — ἠλέματος φαντασίη, vana et falſa creans phantaſia. Fictum oculorum ſplendorem meretriculae ἠλεμάτους ἀκτῖνας appellat *Claudian.* Ep. II. Vide *Albertum* ad *Heſych.* v. ἠλέματος.

LXXVII. Vat. Cod. p. 389. Plan. p. 6. St. II. W. In ingens illud ſaxum, quod Ajax in Hectorem conjecerat. Il. η. 268. Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας, Ἧκ' ἐπεδινήσας — εἶσω δ' ἀσπὶδ' ἔαξε, βαλὼν μυλοειδέϊ πέτρῳ. Il. ξ. 409. τὸν μὲν ἔπειτ' ἀπιόντα μέγας Τελαμώνιος Αἴας Χερμαδίῳ, τά ῥα πολλά, θοάων ἔχματα νηῶν, Πὰρ ποσὶ μαιομένων ἀκυλίνδετο· τῶν ἔν τιν' ἀείρας, Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος. — V. 1: „Recte H. Stephanus edidit ἀνοχμάσειας. ante „eum, ut in codicibus et Vat. etiam membr. legebatur, „reclamante metro: ἀνοχμάσειας. Similis menda relicta „eſt in nupera Oppiani editione, ubi ἁλ. ε. 226. ſcri„bendum πρυμναίοις ἅτε νῆα κατοχμάσας ὑπὸ δεσμοῖς." *Br.* — V. 3. μέλας, τρηχύς τε. ex Il. η. 265. — V. 4. ἐξεκύλισα. Vat. membr. recte. Vide ad Ep. LIX. 4. — V. 5. βαιόν. nunc me vix tandem paululum de agro removent. νῦν. genus imbelle et puſillum. Reſpicitur Il. ε. 303. οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσιν. et inprimis Il. μ. 447. τὸν

δ' οὔ κε δύ' ἀνέρε δήμου ἀρίστω Ῥηϊδίως ἐπ' ἅμαξαν ἀπ' οὔδεος ὀχλίσσειαν, Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. *Juvenal.* Sat. XV. *Nam genus hoc vivo jam decrescebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque pusillos.* — V. 7. ἐπὶ χθ. Vulgo et in Vat. Cod. ὑπὸ ex marg. Wechel. receptum. — V. 8. παίγνιον. ludibrium, quod movere conentur, et in quo vires exerceant.

LXXVIII. Vat.Cod.p.299. Plan. p. 221. St. 322.W. Scriptum in mulierem, quae, cum triduum in puerperii laboribus consumsisset, infantem tamen, in utero exstinctum, edere non potuit. Perperam *Opsopoeus* mulierem ipsam exstinctam esse putabat. — V. 4. γαστρὶ δυσκόλπῳ. Epitheton vitiosam uteri structuram significat. οἱ κόλποι, μυχοί, sinus, recessus. — ¶. 63.] V. 5. „ἐξότε. „etiam sine libris scribendum sic fuisset. Sed Planudeae „Regius liber optimus ἐξότε in textu; cod. Ja. Lascaris „in marg. habet.“ *Br.* Sic etiam correxit Aldus in Lectt. unde in Ald. 2. receptum est; nec non *Opsopoeus*, *Huetius*, *Munker.* ad *Anton. Lib.* c. 23. — ἐξότε. ex quo partus infantis expectatur, sed non perficitur. ἄπρηκτοι ἐλπίδες sunt κεναί, ἀνήνυτοι. Auctor Ep. inter ἀδέσπ. XXXIV. ad puerorum amatores: ἴσχετε μόχθων, ἀπρήκτοις ἐλπίσι μαινόμεθα. Vide *Rubnk.* Ep. crit. p. 194. — V. 7. „τελέθοι vulgo absurde legitur: sic mortem „matri imprecaretur poëta. Idem Reg. liber [et Vat. „Cod.] recte τελέθει.“ *Br.* In verbis κούφη γαστὴρ respicitur solemnis acclamatio: *Sit tibi terra levis!* Mater exstinctum infantem in utero gerens ejus sepulcrum dici poterat, ut Thyestes ap. *Sidon. Apollin.* C. IX. p. 109. *Fratris crimine qui miser voratis Vivum pignoribus fuit sepulchrum;* quem locum cum similibus illustrando *Longino* adhibuit *Rubnk.* p. 243. sq. ubi γύπες ἔμψυχοι τάφοι *Gorgiae Leontini* reprehenduntur. Haec metaphora placuit Auctori Aenigmatis a cl. *Huschkio* editi in Anal. cr. p. 307. nr. LXXVI. Ὁ κτείνας ναυηγός,

ἐνὶ ζώοντι· δὲ τύμβῳ Κεῖται. Ceterum comparandum Epitaphium puerperae in *Addend.* DCCVII. οὔθ' ὑπ' ἐμαῖς ὠδῖσι τὸ πήχιον ἐς φάος ἦγον, Ἀλλ' ὑπὸ γαστρὶ φίλᾳ κεύθεται ἐν φθιμένοις.

LXXIX. Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 216. St. 315. W. In Candaulis ſepulchrum, cujus conjugem poëta excuſat, ſecutus *Herodotum* L. I. 11. p. 6. Νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἱρέσιν, ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι· ἢ γὰρ Κανδαύλεα ἀποκτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιληΐην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ αὐτόν σε αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τοῦ λοιποῦ ἴδῃς τὰ μή σε δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δεῖ ἀπόλλυσθαι, ἢ σὲ τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα. — V. 4. τὸν ἐφιστάμενον ſuſpicatur *Opſopoeus*; equidem malim vulgatam lect. pro ἐφιστάμενον accipere. Saepenumero enim recentiores illi in talibus neglexerunt adſpirationem. Vide ad Ep. XLVII. 2. Ceterum hujus verſiculi ſenſus minime perſpicuus. Non enim quaerebatur, utrum illa priorem maritum Candaulem habere vellet an Gygem, ſed uter perire deberet; id quod ex *Herodoti* verbis apparet ſupra adſcriptis. An *Agathias* dedit: ἢ τὸν πρὶν ἑλεῖν, pro ἀνελεῖν. Vide *Abreſch.* ad *Aeſch.* T. I. p. 17. — V. 5. Vulgatum ἦν ἄρα κ. quod etiam membr. Vat. ſervant, primus *Opſopoeus* mutavit in χρῆν. Idem adſcripſerat *Caſaubon.* exempl. ſui margini. Manifeſto enim *Agathias* reſpexit formulam, qua *Herodotus* p. 5. 22. hiſtoriam de Candaulis ſtultitia auſpicatur: χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς —, quod multi imitati ſunt. Vide *Weſſeling.* l. c. — In fine vſ. Schedae Krohn. ἂν ἔδει, ſuperſcripto τλη.

LXXX. Vat. Cod. p. 240. Plan. p. 225. St. 328. W. In Laïdis ſepulchrum. Erat Laïdis tumulus in Craneo prope Veneris Melanidis fanum, teſte *Pauſan.* L. II. p. 115. Alii, diverſas ejusdem nominis meretrices confundentes, eandem in Theſſalia ſepultam eſſe dixerunt. Vid. *Athen.* XIII. p. 589. B. et Muſ. Atticum Tom. III. 2.

p. 187. sqq. — V. 1. „Vulgo ἀμφικέλευθον. una voce. „In membranae ora correctum ἀγχικέλευθον, *in agro* „*propter viam.*“ *Br.* Emendatio a cl. editore recepta debetur *Toupio*, Cur. Nov. p. 178. qui comparat *Homer.* Il. ν. 335. πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους. *Mnasalc.* Ep. XI. ἀκρίδα — ἅδε θανοῦσαν ἄργιλλος δολιχὰν ἀμφὶ κέλευθον ἔχει. — V. 3. ἀκοῆς. Ed. Flor. Ald. pr. Aſcenſ. Steph. ἀκουῆς, quod Vat. Cod. habet, correxit etiam Ald. in Lectt. — V. 5. ἃ πόσον. Ex *Rufini* Ep. VIII. — πόσων. Vat. Cod.

LXXXI. Vat. Cod. p. 499. Plan. p. 51. St. 74. W. Temere mortales mortem timere docet. — V. 1. τὸν ἡσυχίης γενετῆρα. *Senec.* Agam. v. 591. *miſeros libera mors vocat Portus aeterna placidus quiete.* Similia multa contulerunt *Burm.* ad Anth. L. T. II. p. 55. ad *Propert.* II. 21. 27. p. 414. *Gataker.* ad Antonin. p. 67. — παύοντα νόσους. Hinc παιὰν ap. *Aeſchylum* in Philoct. ap. Stob. p. 602. 38. ὦ θάνατε παιάν, μή μ' ἀτιμάσῃς μολεῖν· Μόνος γὰρ εἶ σὺ τῶν ἀνηκέστων κακῶν Ἰατρός —; quae illuſtravit *Valcken.* ad Hippol. p. 313. Ep. ἀδεσπ. DCCXLVI. ἦλθες ἐμῆς ζωῆς γλυκερώτερος, ὅς μ' ἀπέλυσας Νούσων, καὶ καμάτων, καὶ μογερᾶς ποδάγρας. — V. 3. μοῦνος ἅπαξ. κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν Ἢ τὰς ἑκάστας ἡμέρας πάσχειν κακῶς, Io dicit in *Aeſchyli* Prom. 750. quem locum ante oculos habuiſſe videtur *Plutarch.* in V. Caeſ. p. 734. E. εἰπών, ὡς βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ καὶ πρὸς δοκᾶν. Cf. *Wetſten.* ad N. T. T. II. p. 50. ubi noſtrum Ep. excitatur. Hinc corrigendus videtur *Aeſchyl.* Agam. 1300. ἰοὺ ἅπαξ ἐτλήσομαι τὸ κατθανεῖν, pro vulgato ἰοὺ ἰοὺ πράξω τλήσομαι —, quod ſenſum non habet. — V. 4. δεύτερον. *Seneca* Ep. XXIV. *Moriar? Hoc dicis: Deſinam aegrotare poſſe; deſinam alligari poſſe; deſinam mori poſſe.* — V. 5. πολλαὶ καὶ ποικίλαι. Cf. T. *H.* ad *Xenoph. Epheſ.* p. 288. ed. *Loc.*

¶. 64.] *LXXXII.* Vat. Cod. p. 304. Edidit *Jenſ.* nr. 57. et ex eo *Reiſk.* in Anth. nr. 707. p. 136.

Paches, cujus amores et ſupplicium in hoc Epigr. enarrantur, miſſus eſt adverſus Mitylenaeos anno quinto belli Peloponneſiaci Ol. LXXXVIII. 2. Ejus in Mitylenaeis tractandis lenitatem et moderationem laudat *Thucyd.* L. III. 28. Cf. *Diodor. Sic.* T. I. p. 515. ſq. Nec omnino quidquam eſt apud hiſtoricos, quod hiſtoriae in hoc Ep. narratae fidem faciat, niſi fortaſſe quod *Ariſtoteles* tradit Polit. V. 4. p. 310. bellum illud Mitylenaeorum adverſus Athenienſes a mulieribus ἐπικλήροις originem cepiſſe. Recte igitur *Reiskius* p. 220. hanc hiſtoriam ad veteres fabellas amatorias, quas Mileſias appellant, referendam eſſe cenſet. Minus certum eſt, quod idem ſuſpicatur, hoc carmen ex *Agathiae* Daphniacis depromtum eſſe. — In lemmate Vat. Cod. habet: ἔκτεινεν, αὖθις δὲ ὑπ' ἐκείνων πάλιν πεφόνευται. — V. 1. Λέμαξις. Vat. Cod. et Jenſ. Temere *Reiskius*: χαῖρε Ἄμαμαξις. — V. 2. πάτρας. Vat. Cod. — φέγγεα. patriae ſalutem attulerunt. — V. 3. πλεύσας *Reisk.* — V. 5. τὰν κούραν. Vat. Cod. ταῖν κουραῖν emendatum in marg. Ap. Ruhnk. et Guy. — V. 6. Vitioſe membr. ἔκτανε τήνας τῇδε βιησόμενος, quod variis conjecturis locum dedit. καὶ inſeruit *Salmaſius*; pro τῇδε autem in apogr. Guy. et Ruhnk. τᾷδε legitur. *Reiskius* στεῖλε et εἶχε ſuſpicabatur; *Bernardus* in literis ad *Reiskium* p. 507. τῆλε. His omnibus conjecturis praefero lectionem Brunckianam εἶλε βιησόμενος, ubi εἶλε de *capiendi conatu* accipi debet, qualia multa ubique occurrunt. Vide *Taylor.* ad Lyſ. p. 146. *Abreſch.* ad Aeſch. T. II. p. 152. *Brunck.* ad Oed. T. 1454. et alios paſſim. — V. 7. βέον *Jenſ.* quod emendavit *Reisk.* adſtipulantibus membranis. — V. 12. ἐν δ' αὐτῷ. Vat. Cod. ἀποφθίμενοι *Reisk.* Dualis, quem Vat. Cod. habet, praeſtantior. — V. 13. ἐκ δὲ π. ἀ. ἐπὶ πόσις ἅμα σ. *Reisk.* qui hanc lectionem ſtrenue defendit, metricos plorare jubens. In membr. Vat. εὖ δέ – legitur, et πόσις ἅμα, quod in Ap. Guy. et Ruhnk.

in

in ποτὶ σᾶμα mutatum eſt. — V. 15. ὑμνεῦσιν. Vat. Cod.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 297. ſq. Planud. p. 258. St. 373. W. Lugetur immatura mors Agathonici, juris ſtudioſi. — V. 2. νόμους. Fatum nullis *legibus* obnoxium dicit poëta, reſpectu habito ad *leges*, quibus diſcendis operam dabat Agathonicus. — V. 4. νομίμῃ ἡλικίῃ ambigue dictum, et de aetate, qua per leges petere licebat honores et magiſtratus, et de aetate morti matura. — ἤμπλεον. Similiter *Scythin.* Ep I. πλήρης τῶν ἐς ἕρωτ' ἐτέων. — V. 6. οὗ θιάσου. ſui coetus ornamentum plorantes. θίασος pro *coetu*, et θιασῶται pro *cultoribus*, multi illuſtrarunt. Vid. *Spanh.* ad *Ariſt* Plut. v. 508. et *Alberti* ad *Heſych.* v. θίασος. — V. 7. κόμην τίλλουσα. Cf. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 349. — V. 8. αἴ, αἴ, edd. ante Steph. — τῶν λαγόνων. ſic Vat. Cod. „Melius ſcribere„tur τὸν λαγόνων.“ *Br.* Et ſic vulgo legitur. — ¶. 65.] V. 9. In eandem ſententiam puer parentes conſolatur Ep. ἀδεσπ. DCCXXXIV. ἀλλὰ πάτερ, μᾶτέρ τε, προλείπετε πικρὸν ὀδυρμόν· τέρμα γὰρ εὐσεβίῃ μοῖρ' ἐπέκλωσε τόδε —, ut hunc verſum emendandum exiſtimo pro εἷς με βίου μ. Anthol. Lat. L. IV. CXVII. p. 78. *Perpetuo talis gemitu lacrimisque colenda, Infelix aevo tam cito quae caruit? An felix aegrae potius ſubducta ſenectae? Sic Hecubâ flevit Penthesilea minus;* quod ductum ex *Cicer.* Tuſc. Qu. I. 39. Cf. loca veterum a *Clemente Alex.* collecta Strom. L. III. p. 516. ſq.

LXXXIV. Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. In perdicem a fele necatam. Cf. *Damochar.* Ep. I. Perdices ap. veteres inter aves domeſticas habebantur. *Aelian.* H. A. IV. 16. Apud Chios eas gregatim paſci narrat *Busbequius* Ep. III. p. 123. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in οἰκογενὴς T. II. p. 664. ubi πέρδικα φαγοῦσα legitur, ut in Vat. Cod. Vulgo πέρδιξ' ἐκτελοῦσα,

Formam αἴλουρος, quam impugnat *Daweſius* in Miſc. crit. p. 261. tuetur *Toup.* Em. in Suid. p. 285. — V. 4. κτείνω — ἀντιβίην. Vat. Cod. Poſterius etiam in edd. legitur. Praecedentia οὔ σε φθιμένην ἀγέραστον ἐάσω ducta ſunt ex *Eurip.* Hecub. 116. ποῖ δὴ Δαναοὶ τὸν ἐμὸν τύμβον Στέλλεσθ' ἀγέραστον ἀφέντες; — V. 5. Nam te ira exaſperari ſcio, donec hoſtem in buſto tuo immolavero. — εἰς ὅκε Vat. Cod. — Laudat hoc diſtichon *Suid.* T. II. p. 712. ubi ἔτευξε τάφῳ habetur, ut in Vat. Cod. Parum quidem intereſt; praetulerim tamen ἔτευξε ob Cod. auctoritatem.

LXXXV. Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 380. W. „Lemma in membr. εἰς πέρδικα, ἣν αἴλουρος „κατέφαγεν, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις λεγόμενος γάττος. (*le chat*) quo „de nomine videndus *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XIV. „4.“ *Br.* — V. 1. 2. Profert hoc diſtichon *Suidas* T. II. p. 540. in μετανάστρια, nulla hujus vocabuli interpretatione addita. Perdix μετανάστρια eſt ea, quae, antiquis ſuis ſedibus relictis, inter homines habitabat. — V. 2. πλεκτὸς οἶκος, cavea. — λεπταλέαις Vat. Cod. quod reponendum. — V. 3. θαλερόν. — καὶ θαλερώπιδος ἡριγενείης. τῆς εὐπροσώπου ἡμέρας. *Suid.* T. II. p. 162. ubi h. l. reſpexit. Totum diſtichon laudat in αἰθύσσω (ἐκτείνω. θεραπεύω.) T. II. p. 648. et in ἡριγένειαν T. II. p. 75. Perdicem nobis repraeſentat ad ſolis radios alas expandentem et concutientem. Proprie verbo παραιθύσσειν ſubitus ſplendor ſignificatur, quem micantes alae efficiunt. — V. 5. τἄλλα δὲ πάντα ἥρπασε. Vulgo. „At ſi omnia ſicuti „caput rapuit felis, quomodo dicitur non ſatiaſſe gu„lam? Immo quidem caput abſtulerat, at reliquum „corpuſculum ei eripuerat Agathias et alta humo con„diderat.“ Verba ſunt *Dorvillii* ad *Charit.* p. 339. qui ἥρπασα reſtituit, accinente Vat. Cod. et *Suida*, qui hoc diſtichon laudat in ἀπέθρισεν T. I. p. 251. — V. 8. μήποτε σόν. Vulgo. Noſtrum ex Cod. Vat. revocavit *Dor-*

vill. Color in hoc diſticho ductus ex Ep. *Ammiani* XIII. Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὰ Νέαρχε, Ὄφρα σε βηιδίως ἐξερύσωσι κύνες.

LXXXVI. Vat. Cod. p. 301. Plan. p. 193. St. 281. W. Theodotus loquitur maritus Eugeniae, cum qua per vitam ſimultatem invitus ſusceperat. — V. 1. πύματον δρόμον, per extrema haec vitae ſpatia, quorum meta apud inferos poſita eſt. — οὔτ' ἔμ'. Vat. Cod. — V. 3. φθόνος ἤ τις ἄτη. pernicioſa quaedam fati ſors, felicitati noſtrae invidens. — ¶. 66.] V. 5. κρηπῖδα. ad juſtum Minois tribunal adducti.

LXXXVII. Vat. Cod. p. 300. Planud. p. 230. St. 334. W. Agathias ſorori defunctae pulchritudinem, poëticam facultatem et juris civilis peritiam tribuit. Poſtremum hoc mirationem faceret, niſi conſtaret, quantopere illis temporibus plurimorum hominum ſtudium in juris diſciplinam inclinaverit. Vide *Gibbon.* T. III. p. 38. ſqq. — V. 1. ἀγλαΐᾳ. Vat. Cod.

LXXXVIII. Vat. Cod. p. 294. Plan. p. 228. St. 332. W. Lemma procul dubio ductum ex ipſius *Agathiae* codice. Eum Memnonii et Pericleae filium fuiſſe matrisque tutela tertio aetatis anno privatum eſſe, ex hoc tantum Epigrammate conſtat. — V. 2. οὐ μὰ τόν. Ellipticam hanc jurandi formulam illuſtraverunt plures, quos laudavi ad *Straton.* Ep. XLIII. 2. T. II. P. III. p. 89. — V. 5. βοσκόεν. Vat. Cod. — V. 6. πάτριος. Vat. Cod. — V. 7. ἀλύων. qui materna cura privatus per domum vagatur, dulcem mammarum laticem deſiderans. Verbum ἀλύειν de eo, qui moeſtus circumerrat, explicuit *Perizon.* ad *Ael.* V. H. IX. 25. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 47. et alii. — V. 9. Initio verſus interlocutoris ſignum β. ſupplendum. — ναὶ καὶ φ. Ald. pr. — V. 10. σταλάοι. Vulgo.

LXXXIX. Vat. Cod. p. 294. Planud. p. 196. St. 285. W. In fratres, qui poſtquam ſumma concordia vixerant, eodem tempore mortui eodemque tumulo ſepulti ſunt. Elegans hoc et expeditum Epigramma tractavit *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 45. — V. 1. Ἀντώϊος. Vat. Cod. — V. 2. συζυγίην. Anthol. Lat. L. IV. 1. p. 91. in fratres Caſcas: *Quanta fuit mentis, tanta eſt concordia fati. Et tumulus cinerem parvus utrumque tegit.* — V. 3. κἀκ Μοίρης corrigebat doctiſſimus Britannus l. c. ex *Theocriti* Eid. *α.* 139. λίνα πάντ' ἀλελοίπη ἐκ Μοιρᾶν. Idem mox, auribus conſulens, Βοσπορίης ſcribit. At, ut cacophonia vitetur, aptius βοσπορίαν ſcribi, quae vulgaris forma eſt. — ¶. 67.] V. 6. ξυντρεχέτην. Vulgo. — V. 8. Ὁμοφροσύνας. Vulgo. Eadem eſt Ὁμοφροσύνη, quae Ὁμόνοια, cujus aram ap. Eleenſes fuiſſe tradit *Pauſan.* V. 14. p. 413. Doctiſſimus *Wakefield* tentat ὤφελ' ἐνιδρύσθαι, quod mihi neceſſarium non videtur.

XC. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 233. St. 338. W. Mulieris Theſſalicae, in Bospori litore ſepultae, epitaphium. — V. 2. λεύσῃ. Vat. Cod. λεύσσῃς. Vulgo. — V. 4. ἠϊόνος. Perperam *Brodaeus* cogitabat de Eione oppido, quod nec ad Bosporum, nec, ut *Stephanus* vult, in Cherſoneſo, ſed ad Strymonis oſtium ſitum erat. Cf. *Thucyd.* IV. 103. Epigr. ἀδεσπ. CLV. et *Gatterer* Comm. de Thracia P. III. p. 10. — V. 5. Structurâ orationis mutatâ mulier defuncta maritum rogat, ut ſibi cenotaphium in patria terra exſtruat.

XCI. Vat. Cod. p. 303. Planud. p. 241. St. 351. W. Joannae citharistriae epitaphium. — V. 1. δεκάτην Ἑλικωνίδα. *Plato* Ep. XII. *Ausip. Sid.* XLVI. et alii. — V. 3. τερετίσματα. dulces molleſque citharae ſoni. τερετίσματα· ᾠδαὶ ἀκροατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας ἡδύσματα, καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα. *Heſych.* Variat.

hujus vocabuli significationes more suo illustravit *T. H.* in Addend. ad Thom. Mag. p. 908. — V. 4. Ἰωάννας. Vat. Cod. a man. sec. — πάντα. Similiter *Moschus* in Ep. Bionis v. 11. ὅττι σὺν αὐτῷ Καὶ τὸ μέλος τέθνακε καὶ ὤλετο Δωρὶς ἀοιδά. et v. 66. πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε δῶρα τὰ Μοισᾶν. — V. 5. ἔθηκεν. Vat. Cod. a pr. man. — Musae lege sanxerunt, hujus puellae virtutibus digna, ut in posterum Joannae tumulus pro Helicone coleretur.

XCII. Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 242. St. 352. W. In venatorem, qui scorpionis ictu periit. — V. 2. παρδαλίων. Vulgo et in Vat. Cod. Id, quod *Br.* in textu posuit, poëtarum sermoni convenientius. Vide *Stephan.* in App. Thes. Gr. L. p. 1602. — V. 3. γλαφυρῆς. ex cavo terrae. *Erycius* Ep. IX. φωλὰς ἀραχναίη σκαιὸν ἔτυψε πόδα Νειόθεν ἀντιάσασα. — V. 5. „Regiorum Planudeae „codd. optimus σίγυννά τε. perperam. Vide quae notavi „ad Antip. Sid. XIII.“ *Br.* — V. 6. παίγνια. feris haec timorem non amplius incutiunt. In Ep. ἀδεσπ. DCLXVI. item venatoris sepulchrum describitur, in quo venabula, retia etc. expressa erant: αἴ, αἴ, λάϊνα πάντα· περιτροχάουσι δὲ θῆρες. Cf. Ep. DCLXVII.

¶. 68.] *XCIII.* Vat. Cod. p. 297. Planud. p. 244. St. 354. W. In adulterum una cum moecha domus ruina oppressum. — V. 2. ὑποκλέπτων. Cf. Ep. XVIII. 6. — V. 3. ἀλλαπίνης. Vat. Cod. — V. 5. παγίς. Vide ad Ep. LXIII. 4.

XCIV. Vat. Cod. p. 296. sq. *Agathiae* tribuit; in Planud. p. 262. St. 378. W. ἄδηλον est. Puella quatuordecim annorum de vitae suae brevitate conqueritur, deosque rogat, ut parentum suorum lacrymas sistant. — V. 2. θάλειαν. Vat. Cod. — V. 3. αἴ Vat. Cod. — Ad sententiam cf. *Meleagr.* Ep. CXXIV. 5. 6. CXXV.

Erinna Ep. III. Anth. Lat. IV. 244. p. 184. *Nam tibi dumque viro taedas thalamumque parabam, Funera et inferias anxius ecce paro.* — V. 8. ταχομένων et φθιμένας. Vat. Cod.

XCV. Vat. Cod. p. 300. Plan. p. 281. St. 407. W. Epitaphium Euſtorgii adoleſcentis, juris ſtudioſi. — V. 2. Κασταλίης. non ejus fontis, qui apud antiquiores poëtas celebrabatur, ſed alius prope Antiochiam, qui ex monte Parnaſſo erumpebat; quod docuit *Caſaubonus* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 21. et 324.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Agathiae* tribuit Ep. LXVIII. LXIX. LXX. inter *Pauli Sil.* carmina p. 92.

DAMOCHARIDIS GRAMMATICI ET DISCIPULI AGATHIAE EPIGRAMMATA.

¶. 69.] *I.* Vat. Cod. p. 237. Planud. p. 264. St. 381. W. Conf. *Agath.* Ep. LXXXIV. ſq. — V. 1. ἀνδροβόρων. ἀνθρωποφάγων. *Suid.* T. I. p. 189. qui hoc diſtichon laudat. Felem, quae perdicem, domino ſuo inprimis caram, laceraverat, poëta comparat cum rabidis Actaeonis canibus, qui ipſum dominum ſuum laceraverant. — V. 2. *Suidas* iterum laudat in Ἀκταίων T. I. p. 96. cum hac nota: συνέστειλε τὸ ῶ διὰ τὸ μέτρον. et iterum in Ἀλκμαιωνίδαι T. I. p. 118. — V. 3. Ἀγαθίαο. Vulgo; quod jam *Scalig.* in not. mſc. in Ἀγαθίαο mutavit, accinente Vat. Cod. qui etiam φίλου praebuit. — V. 4. λυτεῖς μ', ὡς αὐτὸν ſuſpicabatur *Joſ. Scaliger* in not.

mſc. quod minime probandum. — V. 6. τῆς σῆς. cibos delicatos, quibus tu olim veſcebaris, occupantes. σπατάλημα de victu exquiſitiore *Agath.* Ep. LIII.

II. Vat. Cod. p. 152. *Damocharidi* vindicat, quod ἀδέσποτον eſt in Plan. p. 445. St. 578. W. Scriba, ſenio confectus, Mercurio artis ſuae inſtrumenta dedicat. Cf. Ep. *Philippi* XVII. et notata ad *Phaniae* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. ſq. — V. 1. γραμμάτοκον. Vat. Cod. a pr. man. et mox κύκλα μόλυβδον. Male haec accepit *Brodaeus.* κυκλομόλιβδος eſt orbiculus plumbeus, quo lineae ducuntur in membrana; hinc γραμματόκος, *lineas gignens. Paul. Sil.* Ep. L. γυρὸν κυανέης μόλιβον σημάντορα γραμμῆς. — πλήθοντα μελάσματι, *nigrum* ſimpliciter. — V. 3. *Suidas* in κελαινόν T. II. p. 293. δοχῆα legit. μέλανος σταθεροῖο δοχήϊον. *Paul. Silent.* Ep. LII. 5. — ῥέεθρα. Vat. Cod. — V. 6. „περιτριβής, *obtritus*, *obtuſus*, in Stephani the„ſauro ſine auctoritate.“ *Br.* In praec. vſ. vulgatum κόσμου ex Vat. Cod. emendatum eſt. κόσμον legit etiam *Suidas* in κίσσηρις T. II. p. 319. Pumice utebantur veteres ad calamos acuendos. — V. 7. καὶ γλυφανοῦ καλάμου. Vulgo et in Vat. Cod. Poſterius vocabulum correctione non indigebat, quam cl. editor fortaſſe ex cod. Planudeae adhibuit. — σιδάρου. Vat. Cod. — V. 10. Ἑρμείᾳ. Vat. Cod. Hoc diſtichon fortaſſe ductum ex *Julian. Aeg.* Ep. XI. Ἑρμείη, σὰ γὰρ ὅπλα· σὺ δ' ἀδρανέος Φιλοδήμου Ἴθυνε ζωήν, λειπομένοιο βίου. — κεκμηὼς in pr. vſ. ex membr. Vat. ſumtum pro κεκμηκώς. De ionica forma vide *Euſtath.* Il. ζ. p. 641. 2.

¶. 70.] *III.* Vat. Cod. p. 464. Plan. p. 355. St. 494. W. In balineum aquae limpidiſſimae. — V. 1. τοῦτο τὸ λοετρόν. Vat. Cod. τοῦτο τὸ λουτρόν. Vulgo. Tres deae hujus balinei poſſeſſionem, haud ſecus ac pomi illius, affectant. — V. 3. Non Paris de iis judicium feret, ſed ipſa aqua, uniuscujusque imaginem clariſſi-

me repraesentans. Obscurum acumen, et, ut mihi quidem videtur, subabsurdum. — V. 4. ἀργυφέοις. Vat. Cod. quod reponendum.

IV. Plan. p. 368. St. 507. W. In pulchram Sapphûs poëtriae imaginem. — V. 3. πηγάζει, exquisitius pro ἔνεστι, splendor ex oculis scaturit, unde vivida vis ingenii cognoscitur. τὸ διαυγές. *Aristaen.* I. 1. p. 3. ὀφθαλμοὶ μεγάλοι τε καὶ διαυγεῖς, καὶ καθαρῷ φωτὶ διαλάμποντες. *Philostr.* Epist. XXV. p. 924. τὰ μὲν ὄμματά σου διαυγέστερα τῶν ἐκπωμάτων, ὡς δύνασθαι δι' αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν ἰδεῖν. — V. 5. „Vulgo sine sensu legitur οὐ περίεργα κολῶσα. Nescio an κολᾶν graece dicatur, quod significaret *membrosum esse, crassa habere membra.* Sed „agnoscat hoc verbum graecitas, nec ne, certum est, „hanc significationem hujus loci non esse; itaque, quod „sensus poscebat, confidenter reposui λιπᾶσα.“ *Br.* Hanc emendationem suam cl. editor firmatam vidit versione *Grotii*, qui totum hoc carmen sic expressit:

Quae finxit Natura, sibi dedit ipsa figuram,
Pictor, Pieridis quam Mitylena tulit.
Nam lux ex oculis quae manat vivida, pulchris
Ingenium gravidum sensibus esse docet.
Quae [illegible]ro non turget, planis sed partibus aequa est,
Simplicitas hac est significata nota:
Quique bilaris vultus simul est, simul humidus, una
Vivere in hac Musas nuntiat et Venerem.

κολοῦσα tentabat *Huetius* p. 34. *Se curatura junceam non reddidit;* infeliciter sane! — V. 7. „Mallem νοερῶν „προσώπων. τὸ ἱλαρὸν ad Venerem, τὸ νοερὸν ad Musas re„fertur. Emendationem hanc omnino necessariam esse „censeo; licet hic non adstipuletur Grotius.“ *Br.*

PAULI SILENTIARII EPIGRAMMATA.

¶. 71.] *I.* Vat. Cod. p. 121. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. T. IX. p. 474. nr. 366. Furtivam Venerem commendat. — V. 2. περιδηρίτην. Vat. Cod. a pr. man. et ſic *Toupius* ex Apogr. quodam in Cur. Nov. p. 292. Venus περιδήριτος eſt, quam amantes, deceptis invidorum oculis, peragunt: nam *Cuſtodum transire manus, vigilumque catervas, Militis et miſeri ſemper amantis opus. Ovid.* Amor. I. El. IX. 27. — ἐργασίη. Vide ad *Philipp.* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 169. — V. 3. ἡδὺ λαθεῖν. *Incitat et ficti triſtis cuſtodia ſervi, Et nimium duri cura moleſta viri. Quae venit ex tuto minus eſt accepta voluptas. Ovid.* A. A. III. 601. — „Recte in „Buherii et Guieti apographis ἡδὺ λαθεῖν, quod, ut ſen„ſus poſcit, reponendum eſt.“ *Br.* Hoc jam revocaverat *Toupius* pro λαλεῖν, quod *Reiske* dedit. λαθεῖν perſpicue ſcriptum in Vat. Cod. — παναγρέα κανθόν, curioſos et emiſſitios cuſtodum oculos. — V. 4. laudat *Suidas* T. III. p. 629. in φώρια. *Philoſtr.* Epiſt. LVIII. p. 942. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τῆς ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόῤῥητον τῆς ἡδονῆς· πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον.

II. Vat. Cod. p. 126. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 140. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 480. nr. 372. De trium puellarum oſculis judicans, eam, de qua jam antea guſtavit, Demo, ceteris praefert. — V. 1. Γαλάτια. Vat. Cod. μακρὰ φιλεῖν, *longa* dare *oſcula. Tibull.* I. 8. 25. apud eundem v. 58. Marathon artem ſeſe callere ait, *ut nec dent oſcula rapta ſonum*, i. e. ἄψοφα διδόναι φιλήματα. φιλημάτων ψόφους dixit *Sophocles* in depravato fragm. ap. *Athen.* XI. p. 487. D. — μαλθακά. *Liban.* IV. p. 1071. ed. R. ὅσαν δὲ εἰκὼς ἦν ἐκ τῶν χειλέων τιμᾶσθ

ρεσθαι, μαλθακὸν ἂν εἶχον ἴσως τὸ φίλημα. — V. 2. „Minus bene Cod. δακτάζει.“ *Br.* ut *Reisk.* et *Heinf.* — V. 4. „Cod. τρυχαλέων στομάτων exhibet. Salmaſius „emendabat τρυφαλέων, i. e. τρυφερῶν. Hoc an graecum „ſit, jure dubitari poteſt; ſed quo minus recipiatur, „ſyllabarum obſtat modulus. Probabiliter emendantem „Reiskium τριχθαδίων ſecutus ſum. Eadem vox recurrit „infra XXXIV. 7.“ *Br.* — V. 5. ἐπλάχθης. Vat. Cod. pro ἐπλάγχθης. Se ipſum a prius capto conſilio revocat. — V. 6. δροσερῶν στομ. χείλεα δροσόεντα infra Ep. XVII. ſunt ſive tenera, ſive humida, ut Ep. ἀδεσπ. I.V. κούρη τίς μ' ἐφίλησεν ὑφέσπερα χείλεσιν ὑγροῖς. — V. 7. τοῖς. Vat. Cod. et R. τοῖςὸ' emendatum in Ap. Guy. ἀδέκαστον. δίκαιον. non muneribus emtum, ſed juſto tributum. Vide *Interpr. Heſych.* v. *H. Steph.* Theſaur. T. I. p. 960. A. — Pro ἄλλῃ *Corn. de Pauw* ἄλλοις malebat, ad φιλήματα referendum. — Pro ἴχει, quod eſt in membr., Ap. Lipſ. ἔχεις offert; *Reiske* ἔχε dedit. Hoc vult: Demo mea pro oſculis ſuis merito palmam accipit. — In fin. verſ. Apogr. Lipſ. τις αἴγῃ. — Si cui alius puellae oſcula magis placuerint, illam habeto, mihi mea Demo placebit.

III. Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reiske* in Miſc. Lipſ. IX. p. 481. nr. 373. Puellae omnia alia tenerrima eſſe, praeter animum, qui duriſſimus. — V. 2. πλέγματα. amplexus. Ep. XXX. ποῖος Ἄρης — τούσδε διακρινέει πλέγματα βαλλομένους. Ep. XXXI. μαλθακὰ πλέγματα συζυγίης. In Ep. VII. 13. amplexus deſcribuntur comparatione ducta a vitibus conjunctis πολυχρονίῳ πλέγματι. Quid in artibus ſit πλέγμα ſive σύμπλεγμα, docet *Plin.* H. N. XXXVI. ſ. 4. 6. et 10. — Oſcula et amplexus, eosque molliſſimos concedebat Sappho, reliqua conſtanter negabat. — V. 2. Pro πάντα in Ap. Ruhnk. et Guy. ταῦτα legitur; in marg. tamen πάντα, quae eſt Cod. lectio, notatum. — V. 3. ψυχὴ ἐξ ἐδάμαντος. Vide ad *Stratonem.* Ep. XVII. T. II. P. III. p. 65. — ἔχει εἴων.

non ultra oſcula amor proceſſit. — V. 4. παρθενίη ſuſpicatur *Corn. de Pauw* in not. mſc. — V. 5. Quaedam apogr. θαλάσσας. In Voſſ. ἁλάσσας. Initio verſ. *Pauw* αἳ τίς ὄτ. *heu, quis hoc tulerit?* tentabat. — V. 6. τὴν παλάμην. Vat. Cod. Hoc diſtichon, quod Schedae Tryll. omittunt, non huc pertinere, ſed ad Ep. ἀδεσπ. XLVIII. cenſebat *Schneider.* in Per. crit. p. 8. Omiſſio illa orta ex ſententia *Salmaſii*, qui in marg. ap. Guy. hoc diſtichon ſuſpectum eſſe pronuntiat. Optime quidem Epigramma terminaretur in v. 4.; ſed *Paulus* noſter, ut et plurimi iſtius aetatis verſificatores, modum tenere et abundantiam vitare vix noverat. Cf. Ep. XXXIII. 1. 2.

¶. 72.] *IV.* Vat. Cod. p. 126. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 661. nr. 374. *Rubnk.* Ep. crit. p. 74. Puellae comam poëta, ira concitatus, laniaverat; inde ſimultates ortae et diſſidium, quod ſe ferre poſſe negat. In his dubitari vix poteſt, quin poëta veteres comicos, Menandrum inprimis in τῇ Περικειρομένῃ et Ῥαπιζομένῃ, ante oculos habuerit, de cujus argumento hiſtoriae, in noſtro Epigr. narratae, ſimillimo vide ad *Agath.* Ep. XIV. et *Huſchkium* in Anal. cr. p. 172. ſqq. Comparandus, qui ex eodem fonte hortulos ſuos irrigavit, *Tibullus* I. El. X. 53. — *Veneris tunc bella calent; ſciſſosque capillos Femina perfractas conqueriturque fores. Flet teneras ſubtuſa genas; ſed victor et ipſe Flet ſibi dementes tam valuiſſe manus.* et *Ovidius* III. A. A. 567. ſapienter amantis mores deſcribens: *Nec franget poſtes, nec ſaevis ignibus uret: Nec dominae teneras appetet ungue genas. Nec ſcindet tunicasve ſuas tunicasve puellae: Nec raptus flendi cauſa capillus erit.* coll. L. I. Amor. VII. — V. 2. αὐχένα junctim exhibet *Reisk.* Sejunctim *Suidas* in αὐ χένα T. I. p. 378. De qua ſcripturae diverſitate disputavit *Vulcanius* ad *Callim.* H. in Dian. 91. — δεξαμένη βόστρυχον. Perfidae Cynthiae poenas minatus *Propertius* L. II. 4. 23. *nec tibi connexos iratus carpere cri-*

nes, Nec duris auſim laedere pollicibus. Ovidius I. Amor. VII. 11. ſe ipſum vehementer increpat, quod *digeſtos* Corinnae potuerit *laniare capillos.* — V. 3. laudat *Suidas* in αἴλινος T. I. p. 650. — V. 5. *Suid.* in κρασπέδοις T. I. p. 308. ubi pro μέτωπον eſt πρόσωπον· Mſc. tamen Pariſ. habet prius. — In Vat. Cod. transpoſita vocabula τὸ μέτωπον μάτην —, quod in marg. emendatum eſt. — V. 6. στέναρ. τὸ κοῖλον τὸ τῆς χειρός. Ὅμηρος (Il. ε. 399.) πρυμνὸν ὑπὲρ στέναρος. *Suid.* — V. 7. laudat *Suid.* in ποινή T. III. p. 229. ubi τοίην legitur pro τόσην, quod ſuavius eſſe judicat *Toup.* Em. in Suid. p. 366. — V. 8. φάσγανον. *Propert.* II. XXV. 13. *Tu mihi vel ferro pectus vel perde veneno.* Lenius *Tibull.* I. El. 6. 73. *Non ego te pulſare velim, ſed venerit iſte Si furor, optarim non habuiſſe manus.*

V. Vat. Cod. p. 127. Edidit *D. Heinſius* in Carm. G. p. 141. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 669. nr. 376. Et riſum et lacrymas Laïdis ſuae ſuavitatis plenas eſſe.— V. 1. ἡδὺ φίλοι μα τὸ A. Sic Vat. Cod. unde fortaſſe ſine ulla mutatione legendum:

ἡδύ, φίλαι, μειδήμα τὸ Λαΐδος —

In nonnullis Apogr. ἡδὺ μέν ἐστι φίλημα — ut *D. Heinſ.* et *R.* dederunt. Nomen puellae in Δαΐδος et Χαΐδος corruperunt nonnulli. — V. 2. δάκρυ χέεις. *D. Heinſ.* — V. 3. Poſt hunc verſum in Vat. Cod. inferitur vſ. καὶ πολὺ κιχλίζουσα σοβεῖς εὐβοεργυχον αἴγλην, qui eſt *Irenaei Refer.* Ep. III. 3. quod Ep. noſtrum proximo loco ſequitur. Hic tamen error effecit, ut in nonnullis apogr. *Pauli* verſus cum verſu *Irenaei* permutaretur, unde ſenſus peſſime turbatus eſt. — ἐγκλινοδώμῳ. Vat. Cod. — κλινόκωμον. *lectum discubitorium* interpretatur *Salmaſ.* in not. ined. neſcio qua auctoritate. — V. 4. ἡμετέρῳ. Vat. Cod. — V. 7. εἶνεκα. Vat. Cod.

VI. Vat. Cod. p. 128. Edidit *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 75. comparans *M. Argentarii* Ep. IV. cui *Paulus* venuſtiſſima quaeque ſublegit. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 671. nr. 377. Hortatur puellam, ut nuda cum nudo cubet. — V. 2. ἐμπελάσει. Vat. Cod. quod emendavit *Reisk.* In ſched. Tryll. ἐμπελάσοι. — V. 3. Σεμιράμιδος τεῖχος. Inepta haec comparatio placuit etiam *Syneſio* Ep. IV. παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς (viros a mulieribus) ἀπετείχιζε, καὶ τοῦτο ἐρρωμενέστατον, οὐ μάλα διερῤῥωγότος ἑστίου τειμάχιον· σωφρονοῦσι ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τῆς Σεμιράμιδος. Quaedam his ſimilia collegimus ad *Agath.* Ep. VIII. 3. Locum *Luciani* in Dial. Mer. XI. τέλος διατειχίσας τὸ μεταξὺ ἡμῶν τῷ ἱματίῳ, δεδιὼς μὴ ψαύσαιμί σου — comparavit Ill. *Heynius* cum *Tibullo* I. El. IX. 56. *Tecum interpoſita languida veſte cubet. Propert.* II. El. XII. 3. *Nam modo nudatis mecum eſt luctata papillis, Interdum tunica duxit operta moram.* At quanto hi magis ſobrii! — V. 4. δοκέει. ſic Var. Cod. In Ap. Lipſ. eſt δοκέω. — V. 5. τε poſt τὰ omittit Var. Cod. addit margo Ap. Guy. Totum hoc diſtichon ex *M. Argentario* expreſſum. — ἐξεύχθω. *teneros conſerit usque ſinus. Tibull.* I. VIII. 36. Hinc graeculus auctor Ep. in Dorotheam ap. *Bandin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 335. νῦν δὲ τί ποιήτω; ζεύξω πρὸς χείλεα χείλη, στήθεα πρὸς στήθη, τῆς ἀπολανόμενος. — σιγῇ Var. Cod. — V. 6. κρυπτέω. Sched. Tryll. ex Cod. Vat. Quae lectio, quamvis infolens, in hoc tamen ſcriptore probanda videtur:

τἄλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέω· ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην.

Cf. *Schneiderus* in Per. crit. p. 27. κρυπτέτω habet marg. Ap. Guy.

¶. 73.] *VII.* Vat. Cod. p. 128. Edidit *D. Heinſius* in Carm. gr. p. 147. *Reisk.* in M. L. IX. p. 673. nr. 379. Amplexus amantium deſcribuntur. — V. 1. Inprimis

comparandus *Ariſtaenet.* L. I. Ep. XVI. p. 42. τοιγαροῦν ἐκβακχευθεῖσα τῷ ἔρωτι, ἐνέκλασέ τε πρὸς ἑαυτὴν τὸν αὐχένα, καὶ περίληψιν οὕτω προσφῦσα μανικῶς, ὥστε μόλις ἀποσπάσαι τὰ χείλη. Cum *furore* quodam ejusmodi oſcula infigi dixit etiam *Propert.* I. El. XIII. 19. *Non ego complexus potui diducere veſtros: Tantus erat demens inter utrosque furor.* — Hunc furorem ἄτλητον, ipſis amantibus fere intolerabilem, appellat *Paulus;* fortaſſe recte. Nondum tamen me poenitet conjecturae, olim propoſitae in Spec. Emendatt. p. 6.:

ὑπ' ἀπλήστοιο δὲ λύσσης

cui inprimis favet *Themiſtius* Or. XXII. p. 272. C. ἐγὼ δὲ ὁρῶν καὶ τοὺς πατέρας (l. παιδεραστάς), ὅτι ἡνίκα ἂν σφόδρα ἀσπάζωνται τὰ παιδάρια, τύπτειν αὐτὰ καὶ δάκνειν ἐξ ἀπλήστου πάθους περιάγοντες· ἔοικε γὰρ δὴ πᾶν τὸ τοιοῦτο σημεῖον εἶναι διανοίας ὠθιζομένης ἐνωθῆναι τῇ τοῦ στεργομένου ψυχῇ· διὰ δὲ ἀμηχανίαν τοῦ ξυγκολληθῆναι καθ' ἑαυτόν, ἐπὶ τὸ σῶμα καταντώσης· ὥστε διὰ τοῦτό γε ἐθέλειν ἐμφῦναι. Quo loco nullus eſſe poteſt ad noſtrum magis appoſitus. Noſter Ep. XII. ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι. *Philodem.* Ep. XVI. καὶ πῦρ ἀπλήστῳ τύφετ' ἐνὶ κραδίῃ. *Longus* L. II. p. 40. ἀπλήστως ἐνεφορεῖντο τῆς ἡδονῆς. — V. 3. ἀφ' ἡδέος. Vat. Cod. quod *Salmaſius* inter deſcribendum emendaſſe videtur; in nullo enim apographorum, quae vidi, emendatio notata. ἀφειδέος etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit. — V. 4. ἐς κρ. Vat. Cod. — δύμενοι. *Propert.* l. c. *Vidi ego te toto vinctum langueſcere collo, Et flere injectis, Galle, diu manibus: Et cupere aptatis animam deponere labris.* Similia dedi ad *Platon.* Ep. II. T. I. P. I. p. 337. quibus adde *Xenoph. Eph.* I. 9. p. 16. τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνεῤῥάφει, καὶ ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν ἀστέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεκέμπετο. *Lucretius* L. IV. 1103. *Adfigunt avide corpus, junguntque ſalivas Oris, et inſpirant, preſſantes dentibus ora, Nequidquam; quoniam nihil inde abradere*

possunt, Nec penetrare, et abire in corpus corpore toto: Nam facere interdum velle, et certare videntur; Usque adeo cupide in Veneris compagibus haerent. — ad quae *Pauli* nostri versus adducere non neglexit cl. *Wakefield. Petron.* c. 132. *Jam alligata mutuo ambitu corpora animarum quoque mixturam fecerant. Claudian.* XIV. 21. *murmur querula blandius alite Linguit assidui reddite mutuis, Et labris animam conciliantibus.* — V. 5. ἀμφαδίην dedit *D. H.* et post eum *Reisk.* qui in Ap. Lips. ἀμφαδίης invenerat. In membr. Vat. est ἀμφασίης. ἀνάγκη ἀμφασίης *silentium* foret in summo amoris affectu, qui quasi attonitos reddit animos. Melius tamen ἀμφαδίην. ut Ep. XXXI. et ἀμφάδια λέκτρα Ep. I. — ἀνάγκην. ut *Nonn.* Dion. XLII. p. 1092. Κυπριδίην ἄγρυπνον ἑὴν ἀνέφαινεν ἀνάγκην. Multa h. l. inepte molitur *Corn. de Pauw*, quae transscribere piget. — V. 7. Illi, furoris amatorii leniendi causa, vestes inter se commutaverant; unde amator Achilli similis est redditus, cum παῖς ἔσσατο φᾶρος et ἐψεύσατο μορφὴν — ἐν κώραις Λυκομηδίσιν, ut est ap. *Bion.* Eid. XV. 8. Nostrum locum cl. *Huschke* in Epist. cr. p. 38. comparavit cum *Propert.* I. XIII. 21. *Non sic Aemonio Salmonida mixtus Enipeo Taenario facili pressit amore deus: Nec sic coelestem flagrans amor Herculis Heben Sensit ab Oetaeis gaudia prima jugis.* — V. 9. ἀργυφέης est in Vat. Cod. idque restituit *Reisk.* pro ἀργυρέης. Cf. *Damochar.* Ep. III. 4. Laudat hoc distichon *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. 11. p. 170. ubi Dianae venatricis habitus explicatur. Colorem *Paulus* duxit ex *Apollon. Rh.* III. 874. ubi Medeae comites, Nympharum similitudinem referentes, describuntur: ἂν δὲ χιτῶνας Λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. Nereïdes ap. eundem IV. 940. αὐτίκ' ἀνασχόμεναι λευκοῖς ἐπὶ γούνασι πέζας — ῥώοντ' ἔνθα καὶ ἔνθα. *Nonn.* in Dion. XLII. p. 1090. πῆ λίπες, ὃν φορέεις ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα; — V. 10. ἀπεπάσατο. Vat. Cod. et mox γυιοβόρων. Utrum-

que jam ap. *Heinsium* emendatum. — ἠρήρειστο τὰ χείλεα. *colloque infusus amantis Oscula per longas jungere pressa moras.* *Ovid.* Heroid. II. 94. *Propert.* II. XI. 7. *Quantum oscula sunt labris nostra morata tuis.* Excitavit hoc distichon *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. — V. 13. Elegans comparatio, cui haud pauca similia ap. veteres reperiuntur. *Ovid.* Epist. V. 47. *Non sic adpositis vincitur vitibus ulmus, Ut tua sunt collo brachia nexa meo.* *Catull.* LXI. 106. *Lenta qui velut assitas Vitis implicat arbores Implicabitur in tuum amplexum.* *Gallien.* in Anthol. Lat. III. 258. p. 684. *Brachia non hederae, non vincant oscula conchae.* Plura dabit *Barthius* p. 789. ad haec *Claudiani* XIV. 18. *Tam junctis manibus nectite vincula, Quam frondens edera stringitur aesculus, Quam lento premitur palmite populus.* — V. 15. ἀντιπόροισί τ' ἀγοστοῖς Vat. Cod. In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἀντιρόποισιν ἀ., i. e. ἀντιῤῥόποισιν ἀ. Revocanda est membranarum scriptura. Duo enim in hoc disticho junguntur, oscula et amplexus. ἀντίποροι ἀγοστοὶ autem sunt brachia ἀντίον ἀλλήλων τεινόμενα, quibus illi sese *mutuo* amplectebantur. — V. 17. Cl. editor membr. Vat. lectionem expressit. Pro φίλη in marg. ap. Guy. φίλοις legitur; *Corn. de Pauw* φίλῃ tentabat. In contextu ap. Guy. ἐλύχθη, in marg. ἐλίχθη. Putabam olim δεσμοῖς ἐλυγίχθη. Cf. *Theocr.* Eid. I. 98. Sed verum est ἑλίχθη. — δεσμοῖσι. Vide ad *Iren.* Ep. I. — V. 18. ἄνδιχα καιόμεθα. *Propert.* I. XIII. 2. *nostro laetabere casu, Galle, quod abrepto solus amore vacem.*

VIII. Vat. Cod. p. 129. Edidit *Reisk.* in Misc. L. IX. p. 675. nr. 380. In mulierem, annis jam paulo provectiorem, sed junioribus praeferendam. Cf. *Rufin.* Ep. VIII. — V. 1. »Sic scriptus est hic versus ap. *Suidam* in ὀπὸς T. II. p. 706. At in Buheriano cod. τεὴ »κύπρις ἢ ὀπόσ' ἥβης πάσης, i. e. Salmasio interprete, *quam* »*quantum est juvencularum.* Huic lectioni non pravae »qui-

„quidem altera tamen praeferenda. Pauli ingenio „digna eſt oppoſitio inter rugas et ſuccum, quo turgen„te carne, laevis niteſcit cutis. Ultimum tantum diſti„chon exhibet Planud. p. 593.“ *Br.* Sic, ut *Br.* edidit, diſerte legitur in Vat. Cod. eademque lectio notata in marg. Ap. Ruhnk. Pro τῇ ap. *Suidam* vitioſe legitur τε ἤ, quod infeliciter tentavit *Kuſterus*. Vide *Toup.* Em. in Suid. p. 290. — V. 2. ἰμείρων. Vat. Cod. ἰμείρω. marg. Ap. Guy. — V. 3. Laudat hoc diſtichon *Suid.* in κόρυμβοι T. II. p. 352. ubi κορύμβους et μαστὸν legitur. κόρυμβοι hoc loco ſunt papillae in mammis; mammae autem παρηβαιόωσαι, quaſi capitibus gravatis, (cf. *Macedon.* Ep. XXVI.) quae paulo flaccidiores pendent. Opponitur μαζὸς ἐῤῥως, *papillae horridulae* ap. *Plaut.* Pſeud. I. 1. 66. ubi vide *Taubm.* *Lucillius* ap. *Nonium*: *Hîc corpus ſolidum invenias, hîc ſtare papillas Pectore marmoreo.* — V. 5. 6. Separatim exhibetur in Plan. p. 457. St. 593. W. ubi ἤ ὅδ' ἔτι legitur. — Tuus autumnus aliarum vere praeſtantior. Euripides cum Agathonem ἤδη γενειῶντα exoſcularetur, Archelaus, μὴ θαυμάσητέ, ait, τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι. *Plutarch.* T. II. p. 177. A. *Philoſtr.* Epiſt. LXXIII. p. 950. τὸ δὲ σὸν εἶδος ἀεὶ τέθηλεν, ὅθεν ὀφθαλμοῖς ἐμμενιδιᾷ καὶ παρειαῖς, οἷόν τι ἔαρ, τὸ μετόπωρον τοῦ κάλλους.

¶. 74.] *IX.* Vat. Cod. p. 129. Edidit *D. Heinſ.* in Carm. Gr. p. 138. *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 74. *Reiske* in M. L. IX. p. 677. nr. 381. Puellam poëta deſcribit ſive nocturnis orgiis, ſive amoris et cupiditatis flamma marceſcentem. Expreſſum ex *Meleagr.* Ep. LX. — V. 1. σεῦ. Vat. Cod. et ſched. Tryll. σοὶ *Reiske*. Mox idem πόθον πνείοντα dedit pro πόθου, quod eſt in Cod. Nihil membranarum lectione verius. *Simonid.* Ep. LV. χαρίτων πνείοντα μέλη, πνείοντα δ' ἐρώτων. *Nicaenet.* Ep. IV. ἔπνεον οὐχ ἑνὸς ἔρωτος. — Deſcribit *Paulus* oculos, *qui amores ſpirant* (*Horat.* IV. Od. XIII. 19.), ſive, ut *Ap-*

pulej. loquitur Metam. L. III. p. 52. *udos ac tremulos ac prona libidine marcidos.* — V. 3. *Meleager* l. c ἔσκυλται δ' ἀκόλαστα πεφυγμένος ἄρτι κίκιννος, Πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς. — ἀμάρυγμα παρειῆς, idem fere quod μαρμαρυγαί. ἀμάρυγμα χείλεος dixit in loco difficili *Theocrit.* XXIII. 9. Apud *Apoll. Rhod.* L. III. 288. Medea βάλλεν ἐπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγμασι. (τὰς λαμπάδας τῶν ὀφθαλμῶν. *Schol.*) L. III. 1018. ἀμαυγὰς ὀφθαλμῶν. — V. 4. ἐκλέλυται. solutum est et languidum. τὸ ἐκλελυμένον καὶ κεκμηκὸς junxit *Plutarch.* T. II. p. 161. B. Cf. *Alberti* Obss. phil. p. 77. — V. 5. παννυχίοισιν. *Heins.* — παλαίστραις. *Alciphr.* L. I. 38. p. 178. οὐδ' ἧλεως καὶ εὐμενὴς διαννυκτερεύσει τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις παλαίσμασιν (sic leg. pro κολάσμασιν.) Ancilla Hipparchi Lucium ad Venereos lusus invitans ap. *Lucian.* de Asin. §. 8. χρή σε νῦν ἐπιδεῖξαι, ait, εἴ γέγονας ἐν τοῖς ἐφήβοις γαργὸς καὶ παλαίσματα πολλὰ ἔμαθές ποτε. Ibid. §. 10. ἐν τοιαύταις ἡδοναῖς καὶ παιδιαῖς παλαισμάτων ἀγωνιζόμενοι νυκτερινοὺς ἀγῶνας ἐστεφανούμεθα. — V. 6. ὄλβου παντός. Vat. Cod. ὄλβῳ emend. in marg. Ap. Guy. et R. ὑπερτέτευκται. Vat. Cod. a pr. m. — ὄλβου παντὸς legit etiam *Suid.* in ὄλβος T. II. p. 676. idque probabat *Corn. de Pauw* vertens: *ille ipsam felicitatem supervolat.* — περιπλέγδην, ut Ep. VII. 16.

X. Vat. Cod. p. 130. Edidit *Ruhnk.* in Ep. crit. p. 81. *Reisk.* in M. L. IX. p. 678. Poëta amore marcescens, se viridiorem denuo futurum esse auguratur, si puella ipsum amore mutuo beaverit. — V. 1. »ὠμογέροντα, quod in Cod. est, de homine bene; at de capillo canescente perperam usurpatur. ἠμιγέροντα reposuit »Salmasius: *Pourquoi me reprocher mes cheveux gris.*« *Br.* Haud aliter judicavit cl. *Schneider.* in Per. cr. p. 30. ubi varietatem lect. enotavit. — ὔμματα δ' ὑγρά. Sched. Tryll. — V. 2. ὑμετέρων πόθων. ὑμέτερος pro singulari est positum. Vid. ad *Agath.* Ep. LXXIV. Sententia bona: talibus ludibriis amor tuus delectari solet; lacrymis

ſcilicet et aerumnis amantium. Minus recte haec accepit *Reisk.* qui παιδία in textu poſuit. — V. 3. ἄπρηκτος πόθος, vanus amor, qui finem ipſi propoſitum non aſſequitur. ἄπρηκτοι ἐλπίδες dixit *Agath.* LXXVIII. πόνῳ ἄπρηκτον et ſimilia illuſtravit *Rubnk.* Ep. cr. p. 194. — V. 4. νυχεγερσίης eſt Cod. lectio. In marg. Ap. Guy. et R. et in Sched. Tryll. νυκτεγερσίης. Emendatione non eſt opus. Illud a νύχα derivatum, ut νυχαυγής. ἔργα νυχεγερσίης, ut ap. *Qu. Maec.* Epp. XI. ἔργου δ' ἦγε νυκτερίου. — V. 5. „παναώριος male in cod. ſcriptum, quod e Suida emendatum. Eſt autem vox Homerica. Il. ω. 540. „ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκε παναώριον." *Br.* In Apogr. Goth. legitur παναώριον, nec ſic in ipſis membranis eſſe dubito. Laudat h. v. *Suid.* in παναώριος T. III. p. 16. Cf. *Toup.* Em. in Suid. p. 318. — V. 6. *Suid.* in λαγαρόν T. II. p. 408. — V. 7. φλογὸς ἄνθεα. *flammae flos, vigor* interpretatur *Salmaſ.* in marg. Ap. Guy. — V. 8. φρεντίδι γυιοβόρῳ. Ep. VII. 11. γυιοβόρον γὰρ ἔχον — λιμὸν ἐρωμανίης. *curas edaces* vocat *Horat.* II. Od. 11. 18. Cf. *Rubnk.* Ep. cr. p. 81. — V. 10. Salmaſius malebat θρὶξ ἀναθηλήσει in marg. Ap. Guy. et R. At nihil opus. χρὼς ἀναθάλλων ſpectat ad v. 5. 6. κρὰς μελαινόμενον ad v. 1. Ap. *Meleagrum* Ep. CXXVIII. 6. τῷ γέροντι opponitur is, cui τέθηλε μέλη. *Archilochus* ad vetulam fr. XXV. οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάφετον γὰρ ἤδη. Si quid mutandum, ſcripſerim:

αὐτίκα γάρ μοι
χρὼς ἅμα θηλήσει κρατὶ μελαινομένῳ.

μελαινομένῳ emendavit *Salmaſius*; vulgo μελαινομένων legitur.

XI. Vat. Cod. p. 132. Edidit *D. Heinſ.* in Carm. Gr. p. 142. *Reiske* M. L. IX. p. 682. nr. 385. De puella omnia praeter concubitum concedente. — V. 1. *Ariſtaen.* II. 7. p. 83. περιχεράτων ὀμφάκια τοῦ στέρνου τὰ

μῆλα καὶ φιλημάτων ἀπέλαυον ἅμα γνησίων. — V. 2. λυσσάων Anal. quod *Br.* in Lectt. in λυσσώων mutat. Sic habent membr. V. — βόσκομαι. fere ut *Agath.* Ep. VIII. 15. μαζοὺς μὲν κρατέεσκον· ὑπεδρόφων δὲ προσώπῳ Μάστακα πιαίνων χείλεος εὐαφίῃ. — ἀργυφέην. *Heinſ.* ἀργυρέην. Vide Ep. VII. 9. — V. 3. Nondum pudicitiae caſtra expugnavi. — κάμνων. Vat. Cod. *Heinſ.* Verum *R.* vidit. — V. 4. ἀμφίπεσον. Vat. Cod. *Heinſ.* Hoc quoque emendavit *R.* — V. 5. τὸ δ' αὖ *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 6. ἀμφοτερέων. Vat. Cod.

¶. 75.] *XII.* Vat. Cod. p. 133. Edidit *Rubnk.* Ep. cr. p. 72. *Reiskius* in M. L. IX. p. 683. nr. 386. *Toupius* in Addend. ad Theocr. p. 398. *Paulum* profeciſſe putabat *Rubnken.* ex *Ovidio* Heroid. V. 140. – 144. ubi Oenone de Paride:

Ille meae ſpolium virginitatis habet.
Id quoque luctando: rupi tamen ungue capillos,
Oraque ſunt digitis aſpera facta meis.
Nec pretium ſtupri gemmas aurumve popoſci:
Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Idem Ep. *Huſchkius* in Ep. cr. p. 40. comparavit cum *Propert.* I. El. III. ubi plura occurrunt cum graecis amice conſpirantia. — V. 1. ἴκχυτος ὕπνῳ. Somno per lectum fuſa. *Soſipater* (*Dioscorides*) Ep. II. puella παρέτοις ἐκχέχυται μέλεσιν. — V. 2. πῆχυν ἐλιξαμένη. *Talis viſa mihi mollem ſpirare quietem Cynthia, non certis nixa caput manibus. Propert.* l. c. v. 7. — V. 3. τελμήσας. Idem v. 11. *Hanc ego – molliter impreſſo conor adire toro.* — „In cod. ſcriptum κέλευθον, quod a Salmaſio in margine „emendatum.“ *Br.* Sublegit hoc Noſter *Dioscoridi* l. c. ἢ γὰρ – ἤνυεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον. ubi vide not. T. I. P. II. p. 408. Ap. *Lucretium* L. IV. 1189. mulier *communia quaerens Gaudia, ſollicitat ſpatium decurrere amoris* – rectiſſime ſcribitur *ſpatium*, nec de *ſtadio* cogi-

tare debebat doctiſſimus *Wakefield*. Cf. vocabuli *ſpatium* ſignificationes docte perſequentem *Huſchkium* in Ep. ad Santen. p. 73. ſqq. — V. 7. ἀνύσαμεν. Vat. Cod. et *Rubnk.* ἀνύσαμεν *Reisk.* — V. 8. ἀναπιμπλ. *Reisk.* — V. 10. ἀπωσάμεθα exhibuit *Rubnk.* in priore Ep. cr. editione, idque ſecutus eſt *Reiskius*, qui in Cod. Lipſ. ἀπωσαμένην invenit. In Cod. Vat. tamen perſpicue ſcriptum ἀπ' ὠμοσάμην. *Abnui, juravi, nunquam me acceptura.* In hac lectione poſtea etiam *Rubnk.* acquievit. — V. 11. ὑποκόλπιος *Rubnk.* Aeſchinus Theocriteus Eid. XIV. 36. in Cynthiam invectus: ἐμὲν κακόν, οὔ τοι ἐρέσκω, Ἄλλος τοι γλυκίων ὑποκόλπιος· ἄλλαν ἰοῦσα Θάλπε φίλον. *Quint. Maec.* Ep. III. ἐραστὴν ἔχουσ' ὑποκόλπιον ἄλλην. *Philodem.* Ep. XVI. puer αὐτοῦ κατέκειτ' ὑποκόλπιος. In ἑλίξεις haerebat *Salmaſius*, qui in marg. ap. Guy. et R. tentavit ἐνέξεις, i. e. συνέξεις. καθέξεις. Fruſtra. Noſter Ep. XXX. μοῦνον ἐγώ, χαρίεσσα, τεὸν δέμας ἁγνὰς ἑλίξας Θελγομένην ἐπὶ σοῖς ἄψεσι βαλλόμενος. — V. 12. ἐργατίνῃ. De puellis *Macedon.* Ep. VII. εἰσὶ γὰρ ἄλλαι Κρέσσονες εὐλέκτρου Κύπριδος ἐργάτιδες.

XIII. Vat. Cod. p. 134. Edidit *Reiske* in M. L. IX. p. 686. nr. 388. De nimis brevi voluptatis fructu. — V. 1. 2. In fine hujus diſtichi delenda interrogandi nota. — V. 1. δάκρυα. lacrymas illa fundebat tenerrimae voluptatis ſenſu commota. Junge ἐπήρατον οἰκτρὰ, *amabili modo miſeranda.* Θεανῶ. vitioſe R. Theano meretriculae nomen in fr. *Antiphan.* ap. *Athen.* VIII. p. 339. B. ubi certa emendatione legendum: Ἀφύας δὲ λεπτὰς τάῤδε καὶ τὴν τρυγόνα Χωρὶς Θεανοῖ δεῦρ' ἔθηκ' ἀντιῤῥόπους. Vulgo εἰ εὑρέθη κἀντιῤῥόπους. In eodem fragm., quod obiter moneo, p. 338. F. ſcribendum videtur: τίς ποτε Ὦ Καλλιμέδων, σέ γε κατεδεῖται τῶν φίλων; (pro σε κατεῖδε' ἄρτι) *quis te amicorum comedet?* Cf. *Timocl.* ap. *Athen.* p. 339. E. — V. 4. „ἐρεπόλης ex Salmaſii emendatio„ne, ut infra XXII. et XXIV. Nam hîc in cod. ſcri-

»ptum ἠειπόμης, forte ex ἠειγένης pro ἠειγενείας deprava»tum, quae eſt etiam Salmaſii ſuſpicio.“ *Br.* At in Ap. Goth. perſpicue ἠειπόλης ſcriptum. Suum ipſius vitium emendaverat igitur Salmaſius. — V. 6. νύκτας Κιμμερίων. Imitatus eſt *Macedon.* Ep. IX.

XIV. Vat. Cod. p. 136. Edidit *Reiskius* M. L. IX. p. 690. nr. 392. De puella, quae poma ipſi porrigens ingentem in ejus pectore flammam incenderat. — V. 1. πολυπτοίητον *ſuſpicax, pavidum, ſollicitum* vertit *Salmaſ.* in marg. Guy. πτοιεῖσθαι proprie idem quod φοβεῖσθαι. Deſcribitur mater, anxie puellam obſervans, ut illa ap. *Agathiam* Ep. VII. et *Diotimum* Ep. I. — V. 2. συζυγίην μήλων, par pomorum; quae amoris ſymbolum putabantur. Vide ad *Platonis* Ep. IV. T. I. P. I. p. 339. ſq. — V. 3. μάγον τάχα πυρσὸν Vat. Cod. quo nihil verius. τινα, quod in ap. Guy. et Ruhnk. legitur, *Salmaſii* oſcitantiae debetur. τάχα ex Ap. Lipſ. exhibuit *Reisk.* — V. 6. Nam mihi haec poma flammam inſpiraverunt tanto minus tolerabilem, quod ipſius puellae compos fieri non poſſum. ἀπρήκτοις πυρσοῖς. Vide ad Ep. IV. 6.

¶. 76.] *XV.* Vat. Cod. p. 136. Edidit *D. Heinſ.* Carm. Gr. p. 142. *Reisk.* in M. L. IX. p. 689. nr. 391. »Praeponi debuiſſet lemma: εἰς τὸ αὐτό. Factum enim »eſt hoc carmen in eadem mala, quae Paulo dederat »puella, quibus quid ſignificari cupiebat manifeſtum »eſt. Mala haec σύμβολα τῶν μαζῶν dicit, quod ab Hein»ſio intellectum non fuit, vertente: *Tuis detracta pa*»*pillis Haec das dona mihi.*“ *Br.* — V. 1. εἶπον ἐμοὶ. Sic Vat. Cod. In marg. Guy. et R. εἰπέ μοι. Vitioſa eſſe haec verba vix dubito et fortaſſe in hunc modum reſtituenda:

Εἰ μὲν ἐμοί, χαρίσσαο, τεῶν τάδε σύμβολα μαζῶν
ὤπασας, ἐλβίζω τὴν χάριν ὡς μεγάλην.

Quod mihi haec mala tanquam ſymbola mammarum tuarum dediſti, magni facio hanc tuam gratiam et laetor ea. *εἰ* poſt verba affectuum, quaeque judicandi vim habent, pro *ὅτι* poſitum, illuſtravit *Hoogeveen* de Part. gr. p. 227. ſq. — V. 3. *ὅτι Reisk.* fruſtra in *ὃν* mutavit. Idem v. 4. recte vidit *ἀποσβέσαι* legendum eſſe pro *ἀναβέσσαι*, quod *Heinſ.* praebet et Apogr. Lipſ. — V. 5. *Τήλεφον ὃ τρώσας.* Ad hanc fabulam paſſim reſpiciunt ſcriptores amatorii. Cf. *Macedonii* Ep. VI. 5. *Propertius* L. II. 1. 65. de inſanabili amoris, quem tolerabat, vulnere locutus, *Myſus*, ait, *et Haemonia juvénis quæ cuſpide vulnus Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem. Ovidius* Rem. Amor. v. 43. *Diſcite ſanari, per quem didiciſtis amare, Una manus vobis vulnus opemque ferat. Claudian.* in Deprecatione ad Hadr. XXXIX. 45. *Quae per te cecidit, per te fortuna reſurgat. Sanus Achillea remeavit Telephus haſta, Cujus perrulerat vires.* Adde *Aelian.* H. A. I. 56. — V. 6. *πικροτέρη.* Durior in me, quam Achilles in hoſtem fuit.

XVI. Vat. Cod. p. 120. Plan. p. 453. St. 588. W. Summam in amore vim eſſe pecuniae. Putes, *Paulum*, qui Latinos poëtas cognitos habuiſſe videtur, *Horatium* reſpexiſſe III. Od. XVI. Similiter *Ovidius* II. A. A. 275. *Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur. Dummodo ſit dives, barbarus ipſe placet. Aurea nunc vere ſunt ſecula; plurimus auro Venit honor: auro conciliatur amor.* — V. 1. 2. laudat *Suidas* in *ἄμματα* T. I. p. 134. et, ubi proverbium *Καπιωτικὸν ἄμμα* illuſtrat, in *Κάειον ἄρος* T. II. p. 250. *ἄμμα κοιτίας* ductum ex *Antip. Sidon.* Ep. LXXXV. *ὁ πρὶν ἄθικτα Ἀμυτέρας λύσας ἄμματα παρθενίας.* et *Meleag.* Ep. CXXV. *παρθενίας ἄμματα λυθμενα* — ubi ad zonas virginales reſpicitur. Vid. *Spanh.* ad *Callim.* H. in Jov. 83. — *κοιτίης* Vat. Cod. a m. ſec. *χρύσιος — διαδύς.* Ducta ſunt haec ex *Aſclepiad.* Ep. XXVI. *Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.* — V. 2. *χαλκελάτους θαλάμους.*

Nemo ignorat *Danaës turrem aëneam*, i. e. ſolitariam domum; vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. LIV. T. II. P. I. p. 333. *Lucian.* T. I. p. 122. ἐν χαλκῇ ἢ σιδηρᾷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην παρθενεύεσθαι. *Propert.* II. 16. 12. *In te ego et aeratas rumpam, mea vita, catenas, Ferratam Danaës tranſiliamque domum.* — V. 3. χάλκεα. Haec ex antiquo quodam poëta traducta eſſe, vix eſt quod dubites. Ex eodem fortaſſe fonte derivatus *Horatii* locus III. Od. XVI. 9. *Aurum per medios ire ſatellites, Et perrumpere amat ſaxa potentius Ictu fulmineo;* ubi ſimilia colligens doctiſſimus editor, noſtrum locum praetermiſit.— Pro τοίχια, quod ex Vat. Cod. repoſitum eſt, vulgo legitur δάπεδα, cum hac nota: τὸ δὲ ἐκτείνεται, ὡς καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ· (v. 835.) ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα. — V. 5. ῥητῆρας vitioſe in omnibus edd. legitur, praeter Flor. pr. quae ῥυτῆρας exhibet. Sic habet etiam Vat. Cod. et *Suidas* T. III p. 272. ῥυτῆρες. χαλινοί. ἡνίαι. ἱμάντες. *Schol.* in *Sophocl.* Aj. 241. ῥυτῆρες κυρίως αἱ λῶροι τοῦ χαλινοῦ, οὓς κατέχουσιν οἱ ἱππεύοντες. Cf. *Interpp. Thomae M.* p. 422. — κληῖδας, *robuſtaeque fores* ap. *Horatium. Appul.* Metam. IX. p. 627. *Certusque fragilitatis humanae fidei et quod pecuniae cunctae ſint difficultates perviae, auroque ſoleant adamantinae etiam perfringi fores.* — V. 7. ἐλύγωσεν. ἔκαμψε. *Suid.* T. I. p. 718. ubi hic vſ. excitatur. Vide de v. λυγόω et cognatis *Lennep.* in Etymol. p. 514. — V. 8. Παφίην. Vat. Cod. a m. ſec et Ed. Flor. pr.

XVII. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 458. St. 594. W. Illecebras puellae ſuae ſigillatim recenſet, eamque adſciticio ornatu non egere docet. Plurimum huc facit *Propert.* I. El. II. init.:

Quid juvat ornato procedere, vita, capillo?
Et tenues Coa veſte movere ſinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Teque peregrinis vendere muneribus?

Naturaeque decus mercato prodere cultu?
Nec sinere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi, non ulla tuae est medicina figurae,
Nudus Amor formae non amat artificem.

— V. 1. οὐ ῥοδέων στεφάνων ἐπιδεύεαι tentavit *Huetius* p. 45. parum feliciter. Sensus est: Sicuti rosa coronâ non indiget, sic tua forma non eget ornamentis. — V. 2. *Scholion* in marg. Vat. Cod. ὁ λεγόμενος κεκρύφαλος νῦν καλεῖται θετόν. Vocabulo θετὸν augendum *Ducangii* Glossarium. — V. 3. 4. ἀπεκτήτου. Vat. Cod. in contextu; supra lin. γρ. εὐτέκτου. Voluit εὐπέκτου, quod tamen ipsum minus probandum. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 162. et 165. ἀπεκτήτου (ἀκτενίστου) tuetur *Suidas* T. I. p. 252. ἄπεκτον. ἀπέκτητον. ἄκαρτον. *Hesych.* Cf. *Eustath.* II. p. 1481. 14. — V. 5. 6. Ἰνδώ. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. μὴ λίθον Ἰνδώην, μὴ μάργαρα χειρὶ τινάξῃς· — εἰς Παφίην γὰρ Ἀμφιέτεις τὸν εἶδος ἐπάρκιον. *Suidas* hoc distichon proferens in λογάδες T. II. p. 453. legit vitiose: Ἦν δώῃς δ' ὑάκινθον ἔχειν, et vs. sequ. πουλύ γ' ἀφ. De voce λογάδες haec notavit *Br.*: „λογάδες, *oculi*. Vide Suidam et He„sychium hac voce. Quomodo e themate λέγω haec „notio derivari potuerit, non excogito. Salmasius rescri„bere jubebat λοχάδων, quod quandam verisimilis spe„ciem habet. Adolescentibus *insidiantur* puellarum „oculi“ In talibus Grammaticorum auctoritatem sequi praestat, quam vanam etymologiae speciem sectari. — De hyacintho lapide vide *Martin.* ad *Erneſti* Archaeol. p. 154. — V. 7. χείλεα ἐρυσθέντα. Cf. Ep. II. 6. — V. 8. Vulgatum ἔνθεος ex Vat. Cod. in ἤθεος mutatum. Hoc servavit etiam *Suid.* in κεστὸς T. II. p. 302. — V. 10. ἐνδιάει. ἔνεστι. ἐνδιατρίβει. *Suid.* T. I. p. 737. Explicavit hanc vocem, nostro loco non praetermissо, *Ruhnk.* Ep. crit. p. 79.

¶. 77.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 456. St. 592. W. Se Amoris flamma tantum non consumtum

esse queritur. — V. 2. „ἀλλὰ καταθνήσκω et v. 5. λαφύξῃ „e Vat. membr. quae in v. 6. eadem corruptela infecta, „quae ceteros obsidet libros. φορβῆς ἠπανίῃ emendaverat „jam Salmasius, et sic etiam scribendum esse vidit per„spicacissimus Toupius in Suidam III. 335. (582.) αὐ„τομάτως membranae et Suidas." *Br.* Vulgo ἀλλὰ καταφθινύθω, ψυχόμενος Παφίῃ. Postremum hoc est etiam in Vat. Cod. — V. 3. δι' ὀστέα. *Theocrit.* Eid. III. 15. Ἔρως, βαρὺς θεός — Ὃς μὲ κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει. *Ovid.* Heroid. XVI. 276. *Non mea sunt summa leviter districta sagitta Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.* — παμφάγον ἀσθμαίνων. Quod igni proprium, τὰ πάντα φάγειν, ad Amorem translatum est. ἀσθμαίνειν de amantibus. Ep. ἀδεσπ. XXXII. παιδείῳ, Θρασύβουλε, σαγηνευθεὶς ὑπ' ἔρωτι Ἀσθμαίνεις. Ipse Amor ap. *Oppian.* IV. Hal. 14. ἀσθμαίνεις δὲ πυρὸς δριμεῖαν ὁμοκλὴν Παφλάζων ὀδύνῃσι καὶ ἀκρήτοισι μανίαις. — V. 5. λαφύξει. Vulgo. Et sic ap. *Suidam*, qui hoc distichon laudat in ψύχεται· ἀντὶ τοῦ ψυχραίνεται· μαραίνεται. T. III. p. 710. — V. 6. φ. ἡ μανίη. Vulgo, etiam *Suid.* et Vat. Cod. Invenit *Kusterus* in cod. quodam etiam vitiosius φθονερῇ μανίῃ, et in marg. γρ. τηξιμελεῖ μανίῃ, quod alienissimum. *Schol.* in marg. Plan. ὀρφανίῃ tentabat; idque *Brodaeo* in mentem venit et Anon. Bibl. Bodl. *Bentlejus*, a *Kustero* consultus, φορβῆς ἠχανίη emendabat, quod graecum esse non videtur. Vulgatae patrocinium suscepit *Huetius* p. 44. qui paucos sibi assentientes habebit, praesertim inventa acutissima emendatione, ἠπανίῃ, qua sensus salvus praestatur. ἠπανία. ἀπορία. *Hesych.* οὐδὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεται ἠπανία. Epigr. ἀδεσπ. DXXII. Idem φορβῆς χρεία ap. *Sophocl.* Phil. 161. — αὐτόματος. Vulgo.

XIX. Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. A puella in convivio coronatus magicis flammis correptus esse sibi videbatur. — V. 1. „συνεψιάουσα dant „membranae, quod conjectura verissima assecutus fuerat

elegantiſſimus *Ruhnkenius* Ep. crit. p. 214." *Br.* Vulgo συνεστιάουσα. Veram lectionem ſervavit etiam *Suidas* in συνεψιάζουσα (συμπαίζουσα) T. III. p. 403. Parum enim intereſt inter συνεψιάζουσα et συνεψιάουσα. Eodem modo erratum in Ep. *Platon.* XV. 3. — V. 3. τι εἶχεν. magicam quandam virtutem. Cf. Ep. XIV. 3. — Similiter fabula de Creontis filia utitur *Philoſtr.* Epiſt. XXXVIII. p. 929. τί δὲ τὴν κεφαλὴν στεφανοῖς πυρί; ἐμοὶ γὰρ δοκεῖν, τῆς Καλχίδος ὁ ἔρμος, ὃν τῇ Γλαύκῃ ἔπεμψε, βόδα ἦν πεφαρμαγμένα, καὶ διὰ τοῦτο ἐκαύθη λαβοῦσα.

XX. Vat. Cod. p. 131. Plan. p. 457. St. 594. W. Nemini jam Amoris tela et bella extimeſcenda eſſe docet. — V. 1. μηκέτι. Cf. *Archiae* Ep. I. ubi vide not. T. II. P. I. p. 250. *Euſtath.* in Iſm. Amor. L. III. p. 78. ὅλην φαρέτραν ἐξεκένωσέ μου κατὰ τῆς ψυχῆς. Ep. ἀδεσπ. LVII. Εἰς ἐμὲ τὴν φαρέτραν ἐξεκένωσε κόρη. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1094. εἰς ἐμὲ καὶ Διόνυσον Ἔρως ἐκένωσε φαρέτρην. Amor ap. *Statium* I. Sylv. II. 70. *Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra Improbus, et denſa trepidantem cuſpide fixi.* — V. 4. λὰξ ἐπιβάς. Ex *Meleagri* Ep. XXVIII. λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγρει Δαΐμον. ubi v. not. p. 49. — V. 5. Vulgatum ἐνίξεται ex Vat. Cod. emendavit *Darvill.* in Miſc. Obſſ. T. I. p. 436. qui comparavit *Propert.* L. II. IX. 13. *In me tela manent, manet et puerilis imago, Sed certe pennas perdidit ille ſuas. Evolat heu noſtro quoniam de pectore nusquam, Aſſiduusque meo ſanguine bella gerit.* *Plutarch.* ap. *Stob.* T. LXII. p. 403. 27. ὁ Ἔρως οὐ παρέρχεται ταχέως καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος· ἀλλ' ἐξάπτεται μαλακῆς καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτόν· ἁπάμενος δὲ τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῴοις ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. Simili colore idem de Fortuna T. II. p. 318. A. quae διαβαίνουσα τὸν Θύμβριν, ὡς ἔοικεν, ἔθηκε τὰς πτέρυγας, ἐξέβη τῶν πεδίλων, ἀπέλιπε τὴν ἄπιστον καὶ ψαλίμβολον σφαῖραν· εὐθὺς εἰσῆλθεν εἰς Ῥώμην

ὡς μενοῦσα. De Amore *Eubulus* Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 562. D.:

ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε βᾴδιος
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῇ· πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερά;

Talem deſcribit Amorem amicitiae conciliatorem *Themiſt.* Or. XXII. p. 281. C. οὐκ ἔχει οὐδὲ πτερὰ οὐδὲ βέλη· οὔτε γὰρ πέτεσθαι βούλεται καὶ ἀναίμακτον αὐτοῦ τὸ ἔργον· ἀλλ' οἵους ἂν καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ εὖ πεφυκέναι ζοντας (ſic legerim pro οὕτως ἀεμ.) ἴδῃ, τούτους ξυγκολλᾷ καὶ ξυνδεῖ.

XXI. Vat. Cod. p. 130. Plan. p. 457. St. 594. W. In vetulam invehitur, quae ipſi puellae adſpectum invidebat. Cf. *Diotimi* Ep. I. *Agath.* Ep. VII. — V. 2. φθεγγομένων βλεφ. *Ovidius* I. Amor. IV. 19. *Verba ſupercíliis ſine voce loquentia dicam.* Idem II. Amor. V. 15. *Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes. Nutibus in veſtris pars bona vocis erat. Non oculi tacuere tui.* — V. 3. ἱστάμενοι. Vulgo et in Vat. Cod. In marg. Wech. ἱσταμένης notatum. Vetulam puellae cuſtodem cum Argo comparat, ut *Propertius* ſe ipſum, inhaerentem illecebris Cynthiae ſuae, L. I. El. III. 19. *Sed ſic inſeutis haerebam fixus ocellis, Argus ut ignotis cornibus Inachidos.* Haec verba conferens cum Noſtro *Dorvill.* in Miſc. Obſſ. III. p. 433. totum *Pauli* carmen ex illo loco adumbratum eſſe cenſens, haud facile perſuadet. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. βουκόλου tentavit, ſine cauſa idonea. Licet enim ſic exiſtat accuratior antitheſis, poëtae tamen in talibus nimis diligentes eſſe noluerunt. Neque quidquam mutat *Suid.* in πολύγλωνον T. III. p. 143. πανόπτην appellavit Argum *Sophocles* in Inacho ap. *Schol. Ariſt.* Eccl. v. 81. τὸν μυριωπὸν βοῦταν *Aeſchyl.* Prom. v. 569. — V. 5. ἥτορ ἀμύσσου. *Theocrit.* Eid. XIII. 71. καλπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσεν. — V. 6. ἐπὶ ψυχήν. Vulgo.

ψυχῆς ex Vat. Cod. Utrumque bene, (vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206.) ſed alterum elegantius et ob auctoritatem Vat. Cod. praeferendum.

78.] *XXII.* Plan. p. 455. St. 590. W. A puella excluſus omnibus munditiis renuntiat. — V. 1. laudat *Suidas* in βόστρυχος T. I. p. 443. τίνι πλέξεις. *cui religas comam? Horat.* I. Od. V. 4. Sappho ap. *Ovid.* Heroïd. XV. 77. *Cui colar infelix, aut cui placuiſſe laborem? Ille mei cultus unicus auctor abeſt.* Idem I. A. A. 517. *Sit coma, ſit docta barba reſecta manu. Et nihil emineant, et ſint ſine ſordibus ungues.* Sed plurimum huc facit locus *Tibulli* L. I. El. VIII. 9. quem Noſtrum ante oculos habuiſſe dixeris:

Quid tibi nunc molles prodeſt coluiſſe capillos?
Saepeque mutatas diſpoſuiſſe comas?
Quid fuco ſplendente genas oneraſſe? quid ungues
Artificis docta ſubſecuiſſe manu?

— V. 2. „Quum cetera verba in futuro ſint poſita, „πλέξεις, κοσμήσεις, pro φαιδρύνεις, quod vulgo legitur, „repoſui φαιδρυνέεις. Sic infra XXX. διακρινέει dedi pro „διακρίνει.“ *Br.* — V. 3. ἁλιανθέϊ κόχλῳ, purpura. ἁλιπόρφυρον ap. *Anacr.* Od. VIII. 1. et Fragm. LXXIV. — V. 5. „Operarum errore in Stephani editione et „Wecheliana curatoris imperitia, legitur ἄμμασιν εἰς Ρ. „quod ſenſum peſſumdat.“ *Br.* In antiquis edd. omnibus οἷς. Partem hujus verſus cum ſq. laudat *Suidas* in Ἠριπύλης T. II. p. 76.

XXIII. Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 455. St. 591. W. Poëta puellae crine vinctus, quomodo ſe liberet, non invenit. Natum eſt hoc carmen, quod etiam *Brodaeus* animadvertit, ex proverbiali locutione, ἐκ τριχὸς κρέμαται, ἐπὶ τῶν ἀφόδευτα κινδυνευόντων. *Ariſtaenet.* L. II. 1. p. 70. οὗτος δὲ τῷ σῷ φθείρεται γλυκυτάτῳ πυρὶ καὶ τεθνήξεται θᾶττον ἐκ τριχὸς κρεμάμενος. Noſtrum Epigr. *Bergleras* adhi-

buit *Alciphronis* L. I. Ep. XXXV. μικρὰ δὲ ἔπεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαραινόμενον ἥδη παραμύθιον, ὅ μοι ὑπὸ τὴν λυπρὰν τῷ συμποσίῳ μέμψιν προσέῤῥιψας ἀπ' αὐτῶν περισπάσασα τῶν πλοκάμων —, quod tamen non de crine, ſed flore potius accipiendum eſſe docuit *Herelius*. — V. 1. εἰρύσασα. Vat. Cod. et *Suid.* in ἕλκειραι T. I. p. 84. — V. 2. „Vetus „membr. ἐμεῦ παλάμας." *Br.* Hinc *G. Wakefield* Sylv. crit. T. II. p. 106. corrigit: δορυκτήτου δῆσεν ἐμεῦ π. — V. 3. τὸ πρίν. Vat. Cod. — V. 4. laudat *Suid.* in τινάξαι T. III. p. 477. — V. 8. ἔνθ' ἀνύσῃ conjecit Cl. *Wakefield* l. c. ne odioſa dictionis ſcabies affricetur Epigrammati nitidiſſimo, comparans Theocriteum: ἔνθ' ἃ καλὰ παῖς ἐπιτνίσσεται. At ἀνύειν pro *ambulare*, *incedere* dictum eſſe, vehementer dubito.

XXIV. Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 592. W. Poëta ſe duodecim dies procul a puella duraturum eſſe juraverat. Quam abſentiam cum perferre non potuiſſet, puellam rogat, ut perjurii veniam a diis petat. Cf. Ep. *Rufini* XXV. et quae Phaedria dicit Terentianus in Eunucho IV. 2. — V. 1. ἀργέτη Vat. Cod. Notanda forma ἀργέτις, qua etiam *Nonnus* utitur XVI. p. 444. ἀργέτις ἠώς, unde ap. *Homerum* ἀργέτι δημῷ. Vid. *Heſych.* v. — V. 4. μὰ δέ. Ed. Junt. — V. 5. χαράξαι. Hominum facta in tabulas referre exiſtimabant Jovem; de qua re eximius eſt locus inter fragm. *Euripidis* in Melanippe nr. III. δοκεῖτε, πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτοις πτυχαῖς γράφειν τιν' αὐτά, Ζῆνα δ', εἰσορῶντά νιν, Θνητοῖς δικάζειν — cujus imaginis prima quaſi ſtamina mihi agnoſcere videor in *Aeſchyli* Eum. v. 265. μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν, Ἔνερθεν χθονός, Δελτο-γράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί. Alii quomodo eandem varie uſurpaverint, docuit *Valcken.* in Diatr. p. 184. ſq. qui etiam de Jovis διφθέραις nonnulla dedit ad *Herodotum* L. V. p. 400. Nemeſin quoque ſuperbas mortalium voces notare fingit *Callim.* H. in Cer. v. 57. εἶπεν ὁ παῖς,

Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν. ubi vide *Ernestum*. — V. 7. μάστιξ. ne simul a te et a diis cruciatibus afficiar. Pani flagellum tribuit *Auctor* Rhesi v. 37. Πανὸς τρομερᾷ μάστιγι φοβῇ. *Nonn.* Dionys. X. 4. μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ. Idem XLII. p. 1092. Διόνυσος — Δαιμονίῃ μάστιγι τετυμμένος, ἔνδοθι πέσσων Κρυπτὸν ἀκοιμήτων ὑπόκαρδιον ἕλκος ἐρώτων. Alia larga manu dedit *Mitscherl.* ad *Horat.* III. Od. XXVI. 11. *Regina, sublimi flagello Tange Chloen.* quibus adde *Oppian.* Hal. β. 14. qui sapientem diis obedire ait, πρὶν χαλεπῇ μάστιγι καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάηται. — V. 8. σεῖο. Vat. Cod. Verbum κατασμύγω insolentius h. l. usurpatum pro *petere, verberare.*

¶. 79.] *XXV.* Vat. Cod. p. 128. Plan. p. 456. St. 593. W. Ne contumeliis quidem se a puella, quam deperiret, abalienari posse conqueritur. — V. 1. Δικλίδας. Quod januarum genus hoc nomine significetur, fuse docuit *Salmas.* ad *Solin.* p. 651. Galatea januam *Pauli* fronti incusserat, quae ingens contumelia. — Pro ἐμοῖς προσώποις *Scaliger* in not. msc. tentabat ἐμαῖς προσωπαῖς. (*Hesych.* προσωπή. πρόσοψις.) unde quid lucremur, non satis perspicio. — V. 2. ἕσπερος. pro ἑσπέριος. ut infra Ep. XXVIII. *Sophocl.* Oed. T. 128. ἀκτὰν πρὸς ἕσπερον θεοῦ. — V. 3. ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε. *Euripidis* esse notavit *Schottus* ad Proverb. Strom. v. 405. Hunc locum comparavit V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXXII. 7. *quod amantem injuria talis Cogit amare magis, sed bene velle minus.* — V. 5. »ὤμοσα γάρ. Sic codd. et veteres edd. omnes.« *Br.* Vulgo ὤμοσα καί.

XXVI. Vat. Cod. p. 130. sq. Planud. p. 457. St. 594. W. Ubique se amatae puellae imaginem videre affirmat. — V. 2. θηρείην εἰκόνα. Sic veterum medicorum nonnulli hydrophobiam explicabant eorum, qui rabie canina laborabant. *Theophan. Non.* c. CCLXXI. p. 324. τὸ ὕδωρ φεύγονται ὁρῶντές τε καὶ προσφερόμενοι, ὡς

οἴεσθαι τὸν δακόντα κύνα ἐν τοῖς ὕδασιν ἐλινύζεσθαι. ubi vide *Bernardum*. Simile quid de iis, quos vipera momordit, narrat Alcibiades in *Platonis* Conviv. p. 217. E. — V. 3. πικρὸς Vat. Cod. a pr. m. — ἐνέπηξεν ὀδόντα. ut Ep. VII. 2. — V. 4. μανίαις θυμὸν ἐλκύσατο. Similiter *Parthenius* ap. Etymol. M. v. ἄρκυς. ὁ Ἔρως. ὡς παρὰ Παρθενίῳ ἐν Κριναγόρᾳ· ἀμφοτέροις ἐπιβὰς ἄρκυς ἐλκύσατο, παρὰ τὸ ἀρκάζειν τὰς φρένας. — μανίας. Ed. pr. Flor. — V. 5. Edd. omnes ante Steph. recte habent σὴν γάρ — praeter unam Aſcenſ. quae σὸν offert. Hoc in Steph. et Wechel. propagatum eſt. Antiquam lectionem revocavit *J. Toupius* in Addend. ad Theocr. T. II. p. 393. — καὶ πόντος. Eandem ſententiam ad faſtidium usque perſequitur *Philoſtrat.* Ep. L. p. 938. Vide quaedam ſimilia ad *Meleagr.* Ep. XIX. p. 38. — V. 6. οἰνοχόων. Vat. Cod. idque probabat *Salmaſius*. Mihi vulgata longe videtur exquiſitior.

XXVII. Vat. Cod. p. 132. Plan. p. 458. St. 595. W. Inconſtantiam puellae exprobrat eique poenas apud inferos minatur. — V. 1. θρασὺς omiſſum in Vat. Cod. — V. 3. ἀκέντυσας. *Meleager* Ep. LXVI. βαιὸν ἔχω τό γε λειφθέν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα· Εἰ δ' ἐθέλεις, καὶ τοῦτ', ἐλπέ, καὶ ἐκπύσομαι. — V. 4. γραπτὸν τύπον. Iis, quae laudavi ad *Meleagr.* Ep. LIII. p. 70. adde *Themiſt.* Or. XXI. p. 244. A. B. δεῖ καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι ὑπὸ τοιούτοις διδασκάλοις τε καὶ τροφεῦσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνακλησθῆναι ἔτι νέαν τε καὶ ἁπλῆν· οὕτω γὰρ δὴ μάλιστα ὁ τύπος εἰς οἷοι καὶ ἐνδύοιτο ἐν τῷ βάθει, καὶ οὐκ ἂν μένοι ἐκπεσὼν. Noſtrum locum cum Anacreontico comparavit *Martinus* in Var. Lect. II. 21. p. 47. — V. 5. Vulgo αἰδοῖ. Cod. Vat. ἀϊδοῖ. *Anonym.* Bibl. Bodl. ᾠοῖ tentavit; rectius *Joſ. Scalig.* in not. miſc. et *Huetius* p. 45. ἀΐδι. — V. 6. κρῆσσαν. ut Minois contra te ſententiam exeitem. Cf. *Agath.* Ep. LXXXVI. 5. 6.

XXVIII.

XXVIII. Vat. Cod. p. 133, ſq. Planud. p. 458. St. 595. W. Puellam fruſtra exſpectantis querelae. Expreſſum ex *Aſclepiad.* Ep. XIV. — V. 2. λύχνος μαραινόμενος. *Statyll. Flacc.* Ep. III. — ὑποκλάζειν dicitur lucerna, cujus ellychnium deficit. *Heſych.* ὤκλασεν. — ἐπὶ τῶν ἀπειρηκότων ἐν παντὶ πράγματι καὶ μηκέτι ἀντεχόντων. Hoc ſenſu *Muſaeus* v. 325. ποδῶν δέ οἱ ὤκλασεν ὁρμή. ubi vide *Heinrich.* p. 169. — V. 3. συναστέβετο Vat. Cod. — ¶. 80.] V. 5. ἕσπερος. Vide Ep. XXV. — „ἕσπερος ἥξειν. „e membr. ubi ſcribae vitio ſcriptum ἵξειν.“ *Br.* Vulgo ἐλθεῖν. — V. 6. In marg. Wechel. ad φείδεται notatum κήδεται. Hoc *Grotius* expreſſiſſe videtur: *Non homines flocci, non facit illa Deos.*

XXIX. Vat. Cod. p. 134. Plan. p. 458. St. 595. W. Aqua a puella perfuſus vehementiore ſeſe amore inflammari ſenſit. — V. 1. χθιζὰ non bene conſpirat cum verbis v. 3. ἐς τρισσὴν ἀμφιλύκην, *ſub tertiam noctem* ſ. *tertia nocte.* Nam ſi heri illa poëtam perfuderat, nondum bini dies effluxerant. An χθιζὰ non tam ſtricte de heſterno tempore accipiendum, ſed pro πρώην eſt poſitum, fere ut in formula χθὲς καὶ πρώην; de qua vide laudata a V. Cl. *Doering* ad *Catull.* LXI. 37. *Grotius* priorem temporis ſignificationem in verſione praeteriit:

Hermonaſſa, mero titubans dum limina ſervo
Ipſius, et vinctis floribus orno fores,
Me cyatho perfudit aquae: turbata repente,
Vixque ſibi trina reddita luce coma eſt.

— V. 5. ἐφλέχθην. Simili acumine neſcio quis in Anth. Lat. III. 218. p. 650. *Me nive candenti petiit modo Julia: rebar, Igne carere nivem, nix tamen ignis erat. Quid nive frigidius? Noſtrum tamen urere pectus Nix potuit manibus, Julia, miſſa tuis.* — V. 6. πῦρ γλυκερῶν στομάτων. *Philoſtr.* Epiſt. XXIII. p. 923. εἰ δὲ καὶ ἀποπλοις ποτε, πᾶν τὸ καταλειπόμενον γίνεται θερμότερον τῷ ἄσθματι, ἡδὺον δὲ καὶ τοῦ νέκταρος.

XXX. Vat. Cod. p. 135. Plan. p. 459. St. 596. W. Nihil ſe fervidius quam Cleophantidis amplexus cupere. Vetuſtioris cujusdam poëtae, quam *Pauli Silentiarii*, hoc Epigramma eſſe ſuſpicabatur *T. H.* ad *Lucian.* T. II. p. 297. ed. Bip. Sine cauſa idonea. Plura ſunt inter haec *Pauli* carmina, de quibus idem eodem jure ſuſpicari poſſis. — V. 1. φράζεο. Male hoc accepit *Opſopoeus*, quaſi *Paulus* puellam interroget, quanta in amore voluptas inſit. Hoc eſſet φράζε. At φράζεσθαι eſt *animadvertere.* Vide *Palmer.* Exercitt. p. 794. *Valcken.* ad *Theocrit.* Eid. II. 69. — V. 2. λαΰφον. Vulgo, ſolemni errore. — ἐπαιγίζων. Ep. ἀδεσπ. X. δισσοί με τρύχουσι καταιγίζοντες ἔρωτες. — V. 3. Nullum neque ferrum, neque timor, neque pudor eos ſejunxerit, cum mutuis amplexibus inhaerent. — *diducere amantes Non queat invitos Jupiter ipſe duos. Propert.* II. El. V. 28. — διαχρινέει cl. editor dedit pro διαχρίνει. Vide ad Ep. XXII. 2. Mihi nihil mutandum videtur. — βαλλομένοις vitioſe Vat. Cod. — πλέγματα. Vide Ep. VII. 14. — V. 5. Haec adumbrata ſunt ad dicta Mercurii in Odyſſ. θ. 339. ſqq. unde *Lucianus* D. D. XVII. ἐγὼ μέν τοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεάν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. *Ovidius* II. A. A. 385. narrato Vulcani dolo: *Hos aliquis ridens, In me, fortiſſime Mavors, Si tibi ſunt oneri, vincula transfer, ait.* Idem IV. Metam. 186. illi *jacuere ligati Turpiter, atque aliquis de Dîs non triſtibus optet Sic fieri turpis.* — V. 7. ἀγκὰς ἑλίξας. Ep. XII. 11. ἀγκὰς ἔχειν dixit *Theocrit.* Eid. VIII. 55. et fortaſſe *Bion* XV. 8. ἐν κώραις Λυκομηδείσιν ἀγκὰς ἔχουσα — Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. — V. 8. βουλόμενος vulgo et in Cod. Vat. βαλλόμενος recepit cl. editor ex *Brodaei* et Scholiaſtae conjectura. *Stephanus* ἄψεσιν ἰλλόμενος ſuſpicabatur. *Apollon. Rhod.* L. I. 129. κάπριον — δεσμοῖς ἰλλόμενον μεγάλων ἐπεδήσατο νώτων. De verbo ἴλλεσθαι disputavit *Valcken.* in

Adon. p. 250. ſq. — V. 9. In membr. Vat. δὴ in δεῖ correctum, ſive potius corruptum.

XXXI. Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 589. W. Furtivi amoris impatiens poëta, palam, licet cum vitae periculo, amare ſtatuit. Initium expreſſum ex *Straton.* Ep. XVI. — V. 1. ὑποκλέπτ. — φῶριον. *Muſ.* 289. φιλότητος ὑποκλέπτοντες ἀνάγκην Κυπριδίῃ τέρποντο μετ' ἀλλήλων Κυθερείῃ. — V. 3. λεκτέον. *Dicere, quo pereas, ſaepe in amore levat. Propert.* I. El. IX. 34. — V. 4. „Huic verſui, „quo non magis offendi debuiſſet monachi pudor, quam „aliis, quae ſervavit, Pauli amatoriis carminibus, alium „ſubſtituit ineptum.“ *Br.* Hunc ſcilicet:

δεράσας ἢ ῥέξας ἐχθρὸς ἕωτος ἀνήρ.

Genuinum Silentiarii noſtri verſum in verſione expreſſit *Grotius:*

Cura fatenda palam eſt: et nobis dulcia ſi quis
Vincla ſoporiferi foederis impediat — —.

— V. 6. ξυνόν. *mecum moriaris oportet. Hoc eodem ferro ſtillet uterque cruor. Propert.* II. El. VII. 87.

¶. 81.] *XXXII.* Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 455. St. 591. W. Expreſſum carmen ex *Meleagr.* Ep. XXXVI. ſq. ubi notatis adde *Propertium* L. II. El. II. 1. *Qui nullam tibi dicebas jam poſſe nocere, Haeſiſti, cecidit ſpiritus ille tuus. Vix unum potes infelix requieſcere menſem, Et turpis de te jam liber alter eris.* — V. 1. ὑπὸ φρεσίν. Vat. Cod. quod revocandum. — V. 3. Hunc vſ. reſpiciens *Suidas:* ἀνέμβατος· δυσχερῶς διεξόμενος. T. I. p. 195. — V. 4. αὐχένα σοι κλίνω. *Vidi — Veneris vinclis ſubdere colla ſenem. Tibull.* I. El. II. 90. θρασὺν αὐχένα κάμψον ἀνικήτῳ Κυθερείῃ. *Nonn.* Dion. XXXV. p. 874. — V. 5. σοφὴν Παλλάδα. Similiter in Ep. ἀδεσπ. CXVI[b]. puella a lanificio ad vitam meretriciam transiens: εἶπεν Ἀθηναίῃ· τῶν Κύπριδος ἄψομαι ἔργων, τὴν Πάριδος κατὰ σοῦ ψῆφον ἐνεγκαμένη.

XXXIII. Vat. Cod. p. 124. Planud. p. 456. St. 592. W. Tantalo ſe graviora pati poëta affirmat, ab amatae puellae amplexibus prohibitus. Cf. Ep. III. 4. 5. Nota paroemia de Ταντάλειοις τιμωρίαις. — V. 4. βοδέων. *Achill. Tat.* I. I. 4. p. 14. τὸ στόμα βόδων ἄνθος ἦν, ὅταν ἄρχηται τὸ βόδον ἀνοίγειν τῶν φύλλων τὰ χείλη. *Alciphr.* I. III. 1. τὰ χείλη, τὰ βόδα τῆς Ἀφροδίτης ἀποσυλήσας τῶν κόλπων, διήνθιστω. — V. 5. ἀκριτόδακρυς. i e. πολύδακρυς. Formatum vocabulum ad analogiam τοῦ ἀκριτόμυθος. ὁ πολύλογος. ὡς καὶ ἄκριτα φῦλα καὶ δυσδιάκριτα διὰ πληθισμόν. *Euſtath.* ad Il. p. 161. 40. ἀκριτόφυλλον. πολύφυλλον. σύνδενδρον. Il. ρ. 868. — ὑπερτέλλοντα πέτρον. Vide not. ad *Archilochi* Fr. XLIII. T. I. P. I. p. 176. ſq. et *Porſon.* V. Cl. ad *Euripid.* Oreſt. v. 6. p. 4. ſq. — V. 8. ἐκ δ' ὀλίγ. Et nunc vix vivo ſpiroque, et mox amoris flamma conſumtus peribo.

XXXIV. Vat. Cod. p. 129. Plan. p. 457. St. 593. W. Obſequitur poëta in hoc carmine praeceptis *Ovidii* L. II. A. A. 295. *Sed te, cuicunque eſt retinendae cura puellae, Attonitum forma fac putet eſſe ſua. Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus — Adſtiterit tunicata: Moves incendia, clama.* Similia dedit *Tibullus* IV. El. II. 9. *Seu ſolvit crines, fuſis decet eſſe capillis; Seu comſit, comtis eſt veneranda comis.* *Propert.* II. El. I. 5.

Sive illam Cois fulgentem incedere toris,
Hoc totum e Coa veſte volumen erit.
Seu vidi ad frontem ſparſos errare capillos,
Gaudet laudatis ire ſuperba comis.
Sive lyrae carmen digitis percurrit eburnis
Miramur, faciles ut premat arte manus.

— V. 1. laudat *Suidas* in κυκεφάλοι T. II. p. 292. — V. 2. δείκηλον. ἄγαλμα ἢ ὁμοίωμα. *Suid.* T. I. p. 529. qui h. v. laudat in πυγοφόβος T. III. p. 242. — V. 3. Vulgatum ξανθίσμασι ex membr. Vat. emendatum. Compa-

ravit haec noviſſimus *Horatii* interpres ad IV. Od. IX. 13. *Non ſola comtos arſit adulteri Crines — Helene Lacaena. Ariſtoph.* Eccl. 950. πάνυ γάρ τις ἔρως με δονεῖ τῶνδε τῶν εὖν βοστρύχων. — V. 4. laudat *Suidas* in ἐξεσόβησα T. I. p. 768. Mentem excuſſit pectori, ſive, ut *Catullus* loquitur, *miſero quod eripit Omnes ſenſus mihi.* LI. 6. *Archilochus* Fr. XXIV. ἔρως — πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε κλέψας ἐκ στηθέων ἁπαλὰς φρένας. Verbo ἐκσοβῆσαι ſic uſus eſt, quod plures viderunt, *Hermeſianax* Eleg. v. 91. ubi de Socrate:

οὐδὲ βαθείης
ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεσόβησ' ἀνίας,
οἰκὶ ἔτ' Ἀσπασίης πωλεύμενος.

Sic legendum ſuſpicor, ἐκ δὲ in οὐδὲ mutato: *Neque Socrates mentem, licet ſapientiae plenam, a lenioribus illis, quae amantes exagitant, curis liberare potuit.* Quid ſint ἀνίαι κουφότεραι, praeclare docuit *Ruhnk.* Ep. cr. p. 298.— Similiter *Panyaſis:* οἶνος — πάσας ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἐλαπάζει. ap. *Athen.* L. II. p. 37. B. Vinum, ubi pectus intravit, τὰ καὶ κεκρυμμένα φαίνει νυσσόθεν, ἐκ δ' ἀνδρῶν πάντ' ἐτίναξε νόον, ſecundum *Eratoſthenem* fr. 1. Frequentius in tali re veteres uſurparunt vocem ἐκπλήττειν et ἐκπερύειν. Vide *Intrpp. Thom. M.* p. 287. — V. 5. κατήορα, crines defluentes, non comtos, πεφυόρα. Conf. *Toupium* in Epiſt. cr. p. 43. ſq. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1082. πλόκαμοι βυτόωντες ἀκοσμήτοιο καρήνου Ἀβρότεροι γεγάκειν, ὅτ' ἀπλεκέες καὶ ἀλῆται Χιονέῃ στιχόωσι παρήορος ἀμφὶ προσώπῳ. Notanda forma τὸ βόστρυχον. Ep. XLI. 3. — V. 7. μορφὴν τριχθαλῆν. triplicem hunc criniùm ornatum. Ductus fortaſſe color ex *Meleagri* Ep. LXXXVI. ἐπεί σοι αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρεῖς ἔδοσαν χάριτας.

¶. 82.] XXXV. Vat. Cod. p. 139. Plan. p. 459. St. 596. W. Referendum hoc carmen, ut bene obſervatum in lemmate, ad Ep. *Agathiae* XXII. quod in membranis

praecedit. Cf. *Meleag.* XXXVI. XXXVII. — V. 1. ὀφρύας εἰς ἓν ἀγείρων. ὁ σκυθρωπός. *Themist.* Or. II. p. 27. A. τὸν μὲν ἐξογκούμενόν τε καὶ ἀγείροντα τὴν ὀφρύν. — Ceterum color, ut in *Nonni* Dion. XLII. p. 1086. ἅ μέγα θαῦμα· Παρθένον ἔτρεμε Βάκχος, ὃν ἔτρεμε φῦλα Γιγάντων, Γηγενέων ὀλετῆρα φόβος νίκησεν ἐρώτων. — V. 3. Qui ſe ſuperbia puellam ſubjugare poſſe putabat. ὑπέρβασις. ὕβρις. ὑπερηφανία. — ὑπερβασίης. ἀδικίας. ὑπερηφανίας. *Heſych.* — χαλέπτην. Vat. Cod. a pr. m. — V. 4. ἐκτὸς ἔβην. ut *Theognis* v. 946. γνώμης πολλὸν ἄρ' ἐκτὸς ἔβην. *Euripid.* Ion. 926. ἔξω δ' ἐγενόμην γνώμης ἐμῆς. Herc. fur. 771. δοκημάτων ἐκτὸς ἦλθεν ἐλπίς. — V. 6. ἔχοι. Vat. Cod. a pr. m. — V. 7. „κλῆες. Vat. membr. recte: cui oppo„nitur vſ. ſequ. σβέσσον.“ *Br.* Vulgo ἔσχες. Quamvis juſtas iraſcendi cauſas habeas, extingue tamen irae flammam, ne te Nemeſis, quae ſuperbis inſidiatur, corripiat. αἴθειν χόλον, verbo transitiva vi inſtructo, cum ſimilibus nuper explicuit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 32. Ut hîc σβέσσον ἀγηνορίην, ſic Ep. ἀδεσπ. CLIX. δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδηρέῳ ἔσβεσαν ὕβριν. Ep. CCCLXXXVI. αὐξομένην ἔσβεσεν εὐφροσύνην.

XXXVI. Vat. Cod. p. 139. Planud. p. 459. St. 597. W. Piſcem puellae mittit. Prior hujus carminis pars cum poſteriore non bene cohaeret. — V. 1. Conf. *Straton.* Ep. XLIV. — ἴχνος ἐρείσεις. ſi incedes, ambulabis. *Meleag.* Ep. XIX. ἐπὶ γαῖαν — ἴχνος ἐρεισάμενον. — V. 2. Inſigni varietate Vat. Cod. πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με ὥστε φέρειν. in qua lectione aliud quid latet, quam quod *Planudes* extudit. Fortaſſe *Paulus* ſcripſerat:

πτηνὸς Ἔρως πτηνὸν κεῖσέ με, ἴσθι, φέρει.

— V. 3. ὁμόχροον. cujus tu colorem refers. — V. 4. πεζός. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. LXXX. p. 96. — V. 6. θαλασσαίη Παφίη. Venus *marina* ap. *Horat.* III. Od. XXVI. 5. *Nonn.* Dion. VI. 308. — V. 7. ἱμερόεντος ex Vat. Cod. pro ἱμερόεντι.

XXXVII. Vat. Cod. p. 122. Planud. p. 460. St. 597. W. In oculos invehitur, nimis curiosos pulchritudinis speculatores. Conf. *Meleagr.* Ep. IV. et *Polystrati* Ep. I. — V. 1. Inepte exornata sententia. κάλλεος ἀκρήτου. pulchritudinem incontinenter, haud secus ac merum, potantes. Similiter Ep. ἀδεσπ. XXV. ἄκρητον μανίην ὄπιον. *Plaut.* in Trucul. I. 1. 22. *Si semel amoris poculum accepit merc, Eaque intra pectus se penetravit potio.* κάλλος ἄκρατον fortasse scripsit *Themist.* Or. XIII. p. 168. D. ἀδελφοῦ δὲ βλάστην ἐρασμιωτέραν φύσαντος, ὃ μάτην ἔτι ἐμάστευον, αὐτίκα (sic lego pro εἴ μοι δοίητε μαστεύειν, καὶ) ἐξεῦρον, καὶ ἰδοὺ ἔχω, καὶ ἰδοὺ προσορῶ τὸ κάλλος ἄκρατον (vulgo ἄγριον) καὶ λάμπον. — V. 3. ὄπνοι. Vulgo. — ἐν γαλήνῃ. cum amoris fluctus effugerim. Passim hac allegoria usi sunt veteres, nemo facile elegantius *Horatio* I. Od. V. 6 – 16. — V. 4. νηφάλιοι θυσίαι· ἐν αἷς οἶνος οὐ σπένδεται, ἀλλὰ ὕδωρ μελίκρατον. *Suid.* νηφάλια μειλίγματα appellabantur inprimis sacra Furiis facta. *Aeschyl.* Eum. 107. Verum aliis quoque diis et Veneri Uraniae ejusmodi fiebant sacrificia, teste *Polemone* ἐν τῷ πρὸς Τίμαιον ap. *Schol. Soph.* Oedip. Col. 100. *Paulus* se νηφάλια libaturum esse pollicetur, quando resipuerit, pristina Amoris ebrietate discussa. — Venus Μειλιχίη, placida, tempestatum moderatrix, templum habebat ad fretum Thracicum. — V. 5. καὶ κεῖθι. κεῖθι referendum ad τῆλε. Quod si frustra aufugero, nec in remotioribus terris liber fuero ab Amoris spiculis, vos, oculi, lacrymis expiabitis crimen. — ¶. 83.] V. 7. 8. laudat *Suidas* T. II. p. 725. ὀτλήσοντες· ὑπομενοῦντες. κακοπαθήσοντες. — ἔνδικον. Cf. not. ad *Meleagr.* p. 20. — V. 8. πυρὸς ἐργασίην. *Plato* Ep. VI. ἆ δειλοί, οἷ' ἔσης ἦλθετε πυρκαϊῆς.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 123. Planud. p. 460. St. 597. W. Mulier inconstantis animi se, uno viro non contentam, ab alio ad alium transire dicit. Epigramma inprimis elegans, quod ex antiquioris poëtae fontibus

derivatum esse, nullus equidem dubito. — V. 1. νόον. Sic illa ap. *Libanium* T. IV. p. 1044. 6. ἔτι περιπλεκομένη τὸν δεῖνα, τὸν πλησίον ἐθήρευον, ἀπέσκωπον (num καὶ ἴλλωπτον) τῷ γείτονι ψιθυρίζουσα. — V. 5. τὸν ἐν παλάμῃσιν ἀναίνομαι. Similiter *Callimach.* Ep. XI. χοὐμὸς Ἔρως τοιόσδε· τὰ μὲν φεύγοντα διώκειν οἶδε· τὰ δ' ἐν μέσσῳ κείμενα παρπέταται. — V. 7. ἀφνοιὴν Κυθέρειαν. Male haec accepit *Brodaeus*; quia unus non facile meretricios sumtus sustinere possit. Agitur simpliciter de amantium multitudine, nullo ad eorum divitias respectu habito. πενίη οἰόγαμος, amantium paucitas; conditio mulieris μονολεχοῦς καὶ φιλάνδρου (*Plut.* T. II. p. 57. D.), quae uno viro contenta est, sive, ut *Plautus* loquitur in Mostell. I. 3. 33. *unum amantem inservit*, quod ille *matronae*, *non meretricium* esse ait.

XXXIX. Vat. Cod. p. 125. *Paulo* nostro vindicat; in Planud. p. 461. St. 600. W. *Agathiae* inscribitur. Causas poëta indicat, cur puellam nequeat relinquere. — V. 1. σώζεο. Vale tibi dicturus. — ἀνασειράζω. ἀνθέλκω. ἀνατρέπω. *Suid.* et iterum ἀναχαλινῶ. ἀνακόπτω. *Suid.* qui nostrum versum laudat T. I. p. 180. et iterum in ἄψ p. 406. — V. 3. δασπλῆτα διάστασιν. Tumorem Byzantini poëtae agnoscis. δασπλὴς de rebus μεγάλων κακῶν ἀναπιμπλαμέναις interpretatur *Hesych.* ut de Orci faucibus in fr. *Simonidis* III. ubi v. not. p. 204. Nostrum distichon laudans *Suid.* T. I. p. 510. δασπλῆτα, τὴν ἐπὶ κακῷ προσπελάζουσαν explicat. — V. 4. καταπτήσω. Vat. Cod. — V. 5. Satis haec inepta: Tua praesentia diei similis est: at dies mutus, tu suaviter facunda. — V. 7. Σειρῆνας — καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· καὶ τὸ λάλημα κεῖνο τὸ τῶν Σειρήνων γλυκύτερον. *Suid.* T. III. p. 304. Vide *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 33. p. 235. ed. *Wagn.* — V. 8. ἐλπίδες ἐκκρεμέες. *Qu. Maecius* Ep. I[a]. (T. III. p. 332. Anal.) οὐκέτι δ' ἡμεῖς οἱ πάρος· ἀλλ' ἑτέρης ἐλπίδες ἐκκρέμαται. ubi vide not. T. II. P. II. p. 112.

XL. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 258. W. Bacchi ſacra celebraturus poëta, panem, carnem et piſces abeſſe jubet. Idem argumentum ſimili modo exornavit *Macedonius* Ep. XIX. — V. 1. σπείσαμεν et v. ſq. ἄσαμεν. Vat. Cod. Ibidem ἀνδροφόνων. Praeferenda vulgata ἀνδροφόνον φρονηίδα. *verecundum Bacchum Sanguineis prohibete rixis. Horat.* I. Od. XXVII. 3. Cf. L. III. VIII. 13. ſqq. — V. 3. Cereris muneribus agricolam veſci decet: ἄλλοισι μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα, Ἡμῖν βόες. *Macedon.* l. c. — μελαμπέπλου. μελάμπεπλοι Εὐμενίδες ſunt ap. *Antip. Sidon.* Ep. LXXVIII. ubi vide not. T. II. P. I. p. 73. — Πεφασφόνης. Vat. Cod. a pr. man. — V. 5. γαυροφόνων. edd. quaedam antiquae. — αἱμαλέα fuiſſe videtur in Cod. Vat. — ¶. 84.] V. 7. ὀστέα γὰρ ν. Vat. Cod. vitioſe. ὀστέα νεπόδων ſunt ſpinae piſcium, edentibus periculum minantes; hinc illas faceſſere jubet ad eos, οἷς Ἀΐδης φίλτερος ἠελίου, qui ſe in manifeſtum vitae periculum conjicere non verentur. Junge: εἰξάτω χείλεσι φωτῶν, pro ἐκείτω πρὸς τὰ χείλεα τούτων, οἷς —. — V. 9. ἔστω et v. ſq. ἐθέλει. Vat. Cod. — Vinum nobis pro cibo et potu eſt, neque ambroſiam deſideramus.

XLI. Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 422. St. 557. W. Anaxagorae ad Laïdis limina comiſſantis verba. Illuſtribus nominis carmen ornare ſtuduit poëta; ne quis eum hiſtoriam quandam antiquitatis ſpectaſſe exiſtimet. — V. 1. Vivida ſane deſcriptio. Coronas discerptas, pocula fracta, faces ambuſtas et ſimilia juvenes comiſſantes ad meretricum januas relinquere ſolebant. διαπάλματα. In his irae et deſperationis ſignificatio. Caprarius ap. *Theocritum* Eid. III. 21. puellam flecti poſſe deſperans: τὸν στέφανον τίλαί μ' κατ' αὐτίκα λεπτὰ ποιησείς. — V. 2. „κλαστά. exhibet Vat. membr. e correctione tamen; nam „primo ſcriptum fuerat κλαυτά.“ *Br.* Vulgo πλαστά. Membranarum lectionem expreſſit *Grotius: Turbantisque animum pocula fracta meri.* — V. 5. παρὰ προ-

θύραις. Meretrix ap. *Ariſtaen.* II. 20. p. 104. ὅτε μὲν γὰρ αὐτοὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε, καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες. Amor ap. *Themiſt.* Or. XIII. p. 162. D. καὶ θυρωυλῶν ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὑπαίθρῳ τὰ πολλὰ [κοιμώμενος]; hoc enim verbum mutilo loco addendum puto ex *Platon.* Conv. p. 293. D. — V. 7. οὐκ ἔπος. Color fortaſſe ductus ex *Theocrit.* Eid. XXIII. 6. πάντα δὲ κἀν μύθοισι καὶ ἐν προσόδοισιν ἀτειρὴς — Οὐ λόγος, οὐχὶ φίλαμα τὸ κουφίζον τὸν ἔρωτα. — V. 8. ὑβριστήν. ne verbum quidem, quamvis falſum et mendax, quod ſpem ſaltem excitare poſſet. — Difficilem acceſſum ad Laïdem fuiſſe omnes narrant. Unde *Epicrates* ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. D. ὁππότ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα Ὑπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηγριωμένη, Εἶδες δ' ἂν αὐτῆς Φαρυάβαζον θᾶττον ἄν. Hinc fuerunt, qui de difficillimo ad hanc meretricem acceſſu interpretarentur proverbium, οὐ πάντος ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς, *non cuivis homini contingit adire Corinthum.* (*Horat.* I. Epiſt. XVII. 36.) Vide *Gellium* N. A. I. 8. Facete illud ad vitam paraſiticam transtulit *Nicolaus* in *Stobaei* Flor. XIV. p. 148. οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς —, ubi obiter corrigendum: ἅπαντα κατατρίψαντες οὐδὲ νῦν ἔτι, pro πάντα, quo metrum evertitur. — V. 10. ἀστρέπτου Vat. Cod. a pr. man. et θηλυτέρης. utrumque habet *Suidas* in γνῖα T. I. p. 499.

XLII. Vat. Cod. p. 137. cum lemmate: Παυλ. Σιλ. ἀντίγραφον ἐπὶ τῇ αὐτῇ ὑποθέσει πρὸς τὸν φίλον Ἀγαθίαν. Praecedit ibi Ep. *Agathiae* XXV. quo ille ſe legibus a puellae conſuetudine prohiberi conqueritur. Reſpondet *Paulus*, verum amorem nullas ejusmodi leges curare. Plan. p. 464. St. 604. W. — V. 4. σοι omittit Vat. Cod. — V. 6. ὑμετέρης. Vide *Agath.* LXXIV. — V. 8. ἐννυχίου κύματος, undae noctu trajiciendae. — V. 9. θαμίζειν Vat. Cod. a man. ſec. — ¶. 85.] V. 11. Legibus Minerva praeeſt, amori Venus; utrique deae operari

nemo poteſt. In ἀνὴρ prior ſyllaba hoc loco producitur, eamque communem eſſe contendit *Valcken.* ad Phoen. p. 554. cujus ſententiam impugnat *Brunckius* ad *Soph.* Oedip. Col. 630. et 1486. Apud Atticos certe nunquam producitur. Vide *Porſon.* ad Phoen. v. 1670.

XLIII. Vat. Cod. p. 435. Plan. p. 36. St. 54. W. Legitur ap. *Stob.* T. LXI. 390. 53. Gesn. 259. Grot. ubi *Grotius* tertium diſtichon, tanquam peculiare carmen, a praecedentibus ſejunxit. — V. 1. Παφίη. Vat. Cod. — Nunquam pectus Veneri aperias eique ſedem ibi concedas. — Notabilis hic uſus verbi κοιλαίνειν, quem ex hoc uno loco cognitum habuit *Stephanus* in Theſ. Gr. L. — ἀντιτύπου κραδίης. a pectore firmiore, reſiſtente primo conatui. ἀντιτύπους· ἀνθρώπους. σκληρούς καὶ ἀνενδότους. μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ἄκμονος καὶ τῆς σφύρας. *Suidas.* ἀντιτυπῆσαι. ἐναντιωθῆναι, ἀντεισπεῖν. *Heſych.* *Plutarch.* T. II. p. 701. C. junxit τὸ ἀντίτυπον, ἀνσμετάβλητον καὶ τὸ ἀτέραμνον. — V. 2. In verbo ἀποθρώσκει continuatur metaphora: reſilit Amor a duriore pectore, ceu lapis lapidi illiſus. — V. 3. οἱατὸς emendavit *Caſaubon.* in not. mſc. quod minime probandum. — ὀλισθήσασαν ἔχει φύσιν, *Muſ.* v. 94. ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων ἕλκος ὀλισθαίνει. καταῤῥεῖ in eadem ſententia dixit *Achilles Tat.* I. 4. p. 14. — φλογερού, Cod. Vat. De *igneis* amoris *ſagittis* exempla collegit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 204. — V. 5. ἐλπίδι μαχλάδι, (μαχάδι Vat. Cod.) blandienti et fallenti. Ad ſenſum facit *Alciphron* II. Ep. I. p. 71. οἷός ἐστιν ἔρως καὶ ἐλθεῖν καὶ ἀπελθεῖν· ἐλπίσας πτεροῦται, καὶ ἀπελπίσας ταχὺ πτεροῤῥυεῖν εἴωθεν ἀπογνωσθείς. Spes blandimentis ſuis animum demulcens dicitur καίνειν et ὑποκαίνειν τὸν θυμόν, ut ap. *Aeſchyl.* Choëph. 192. καίνομαι ὑπ' ἐλπίδος· fortaſſe etiam in Agamemn. v. 101. τοτὲ δ' ἐκ θυσιῶν ἀγανὰ καίνουσ' ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον —, quod mihi quidem vulgato φαίνουσ' et elegantius et expeditius eſſe videtur. *Oppian.* Hal. I. 36. ἐλπὶς δ' οὐ καθαρὴ καίνει φρένας.

Quantum malorum ſaepe ex ſpe, temere concepta, oriatur, indicavit *Antiphon* ap. *Stob.* in Flor. T. XX. p. 175. cujus paulo plura adſcribam verba, ut eorum emendationem proferam: καὶ ἐν μὲν τῷ γεγενῆσθαι οὐκ ἔνεστιν (fort. νοῦς οὐκ ἔ.), ἐν δὲ τῷ μέλλειν ἐνδέχεται γενέσθαι· ὅστις δὲ δράσειν μὲν οἴεται τοὺς πέλας κακῶς, πείσεσθαι δὲ οὔ, (vulgo δι' ἃ) οὐ σωφρονεῖ. ἐλπίδες δὲ οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν, πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κατέβαλον εἰς ἀνηκέστους συμφοράς. — γυιοκόρον. Cod. Vat. Vid. Ep. VII. 11. — V. 6. ὑπορηπίζει. Vat. Cod. *Alciphr.* L. III. 47. τοσοῦτον ῥιπίζομαι ταῖς ἐλπίσιν. Mater filiam monens, ne amorem animo conceptum foveat, ap. Eund. L. III. 2. μὴ κατὰ σεαυτὴν ῥίπιζε τὸ κακόν.

XLIV. Vat. Cod. p. 170. Edidit hoc Epigramma *Kuſter.* ad *Suid.* in ἀθώπευτον T. I. p. 73. ubi ultimus verſus excitatur. Anthol. Reisk. nr. 445. p. 17. Venator apri, ad fluminis ripas excepti, exuvias Pani dedicat. — V. 1. „βοτρυΐνων. ante Kuſterum Salmaſius „emendaverat pro βοτρύων. a βότρυς, βότρυος, βοτρύϊνος, „ut δρῦς, δρύϊνος; quae nota in codicis margine ſcripta „eſt, multoque hoc praeſtat Reiskii conjecturae ſcriben„tis εὐβοτρύων.“ *Br.* In vitioſa lectione βοτρύων cum cod. conſpirat *Suidas*, qui h. v. laudat in ἀκάμαντα T. I. p. 77. et iterum in λωβητῆρα T. II. p. 462. In marg. Lipſ. βοτρυέων notatur. — V. 2. *Suidas* in ἐνναέται T. I. p. 733. ubi ἐνναέτην legitur. (Delendum colon poſt ὑψικόμων in ed. Lipſ.) — δονάκων. In locis paluſtribus et arundinetis latere ſolent apri. *Apollon. Rhod.* L. II. 818.:

> κεῖτο γὰρ εἰαμενῇ δονακώδεος ἐν ποταμοῖο
> ψυχόμενος λαγόνας τε καὶ ἄσπετον ἰλύϊ νηδὺν
> κάπριος ἀργιόδων, ὀλοὸν τέρας, ὅν ῥα καὶ αὐταὶ
> Νύμφαι ἑλειονόμοι ὑπεδείδισαν· οὐδέ τις ἀνδρῶν
> ἠείδει· οἷος δὲ κατὰ πλατὺ βόσκετο τῖφος.

— V. 3. ἀκμαῖσιν ὀδόντων. Ap. *Statium* XI. Theb. 530. aper *ſtrictis – erexit pectora ſetis; Igne tremunt oculi,*

lunataque dentibus uncis Ora sonans. — V. 5. πεφρικότα χαίτας. Vide ad *Archiae* Ep. XII. T. II. P. I. p. 256. — V. 6. καὶ ἐκλιπόντα βάθος ὕλας. *Theocrit.* VIII. 49. ὦ βάθος ὕλας μύριον. — V. 7. „Scr. Ξενόφιλος, ut in mem„branis ſcriptum eſt, teſte Salmaſio, cui tamen Ζηνόφι„λος placuit. In lemmate etiam ἀνάθημα παρὰ Ξενοφίλου.“ *Br. Reiskius Salmaſii* emendationem exhibet. — Pro φηγῷ in marg. ap. Guy. et R. φηγοῦ emendatur.

XLV. Vat. Cod. p. 155. „Epigramma hoc, quo „caret Apogr. Buherianum, habeo ex Wechelianae „exemplari, quo uſus eſt Salmaſius, in cujus calce de„ſcriptum eſt cum quibusdam aliis viri magni manu. „Ediderat jam Erneſti in not. ad Callimachum p. 47.“ *Br.* Androclus, peritus venator, Apollini arcum dedicat. — V. 1. Ἀνδρόκλος. Illuſtre nomen conditoris Epheſi, (vide ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXVI. T. II. P. I. p. 42.) qualia *Paulus* Epigrammatis ſuis intexere ſolet. — ᾧ ἔπι. arcum, quo felicem venationem exercuit. — εὔσκοπον τύχην ἄγρας. Proprie ipſe venator εὔσκοπος. Ad arcum hoc epitheton transtulit *Aeſchyl.* in Choëph. 688. τόξοις πρόσωθεν εὐστόχοις χειρουμένη. Eodem ſenſu εὔστοχον πέτρον dixit *Euripid.* in Helen. 75. — V. 3. nunquam fruſtra (ἐπ' ἠλεμάτῳ ἐκβολίᾳ, i. e. ἠλεμάτως, μάτην) ſagitta nervum fugit. — V. 5. πανάγρετος. Vat. Cod. quod recte emendatum videtur; niſi forte fuit:

παναγρέτις ἴαχε νευρά.

φιλαγρέτις Ἄρτεμις infra occurrit Ep. LXXII. — V. 7. Λύκτιον. Vide ad *Leonid. Alex.* Ep. XI. μείλιον. munus. Vide *Apollon. Rhod.* III. 135. 146. *Alberti* ad *Heſych.* v. ἐπιμείλια. — ἀμφιδέαι h. l. ſunt lamellae, arcus extrema ambientes et veſtientes. Circulos ſive annulos interpretatur *Caſaubon.* ad *Athen.* p. 323. 53.

¶. 86.] *XLVI.* Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Lyſimachus, annorum onere gravatus, arma

cum baculo commutat illaque Marti dedicat. — V. 2. cum parte praeced. laudat *Suidas* in *ἐγχείᾳ* T. I. p. 676. et iterum in *χολάδων* T. III. p. 677. — V. 3. *Suidas* in *ἀλεξιβέλεμνον* T. I. p. 106. *χιτών*, thorax, uſu Homerico. Il. β. 416. *Ἐκτόρεον δὲ χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι.* *Oppian.* Hal. II. 24. *χάλκειοί τε περὶ μελέεσσι χιτῶνες.* — V. 5. 6. laudat *Suidas* in *βάκτρον* T. I. p. 411. — Similiter *Macedon.* Ep. XXIV. *ἀντὶ δὲ πλήκτρου Σκηπανίῳ τρομερὰς χεῖρας ἐρεισόμενθα.*

XLVII. Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 434. St. 567. W. Teucer Arabs Pani leonis exuvias dedicat. — V. 2. *ἀκροχανές*, oris rictum late patentem ſignificat. — *φοινῷ.* Vat. Cod. Vulgo *φονίῳ.* Revocanda eſt membranarum lectio. *Homer.* Il. π. 159. *πᾶσιν δὲ πυρήϊον αἵματι φοινόν.* *φοινόν. πυῤῥόν. Heſych.* — V. 3. 4. Laudatur hoc diſtichon a *Suida* in *Ἀγρότας* T. I. p. 39. et *αἰγανέα* (*ἀκόντιον ἀλοσίδηρον*) T. I. p. 640. denique in *καυτὴν* T. II. p. 284. Falſam eſſe interpretationem vocis *αἰγανέα*, quam Lexicographus offert, ex hoc loco apparet. *αἰγανέαι περιαγεῖς* ſunt ap. *Meleagr.* Ep. CXV. Reddendum fortaſſe h. v. *Libanio* T. IV. p. 1020. ed. R. *καὶ χεῖρες ἐν ἔργῳ· αἰγανέαι* (vulgo *γενναῖαι*) *καὶ βέλη πρασομιλοῦσι σώμασι κ. τ. λ.* Pro *ἀγρότην'* haud ſcio an *ἀγρέτην* ſit legendum. Cf. XLV. 5. — V. 5. Impreſſa haſtae dentium veſtigia. — V. 6. *ᾧ ἔπι.* Vat. Cod. (ſic ſaltem Ap. Goth.) „Vat. membr. Doris„mos in hoc carmine habet, 4. *καὐτὰν ἀγρ. αἰγανέαν.* „6. *ᾧ ἔπι βρυχητάν.* 7. *κοιτίαν.* 8. *στᾶσαν.* Sicne an alte„ro modo ſcribatur, parum intereſt; ſed ab optimo „codice, cujus maxima debet eſſe auctoritas, nihil cau„ſae erat, cur discederem.“ *Br.* — *βρυχητὰν χόλον. τὸ βρύχειν* leoni proprium. Vid. *Euſtath.* ad Il. p. 912. 42. *βρύχειν τοὺς ὀδόντας. Thom. M.* p. 172. — V. 7. *Νύμφαι.* Dictum hoc videtur ex *Apollon. Rhod.* cujus verſus laudavi ad Ep. XLIV.

XLVIII. Vat. Cod. p. 150. Planud. p. 436. St. 570. W. Hiſtoria de certamine muſico, in quo cicada alteri certantium opem tulerat. Cf. Ep. ἀδεσπ. CLXXV. — V. 1. Λυκωρεῖ. Vat. Cod. Λυκωρεὺς vocatur Apollo ab urbe Lycorea. *Schol. Apoll. Rh.* IV. 1490. Λυκωρείοιο Ἀπόλλωνος· ἀντὶ τοῦ Δελφικοῦ. οἱ γὰρ Δελφοὶ τὸ πρῶτον Λυκωρεῖς ἐκαλοῦντο, cum quibus comparanda ſunt, quae *Strabo* de antiquo Delphorum ſitu tradidit L. IX. p. 418. Cf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Apoll. 19. p. 91. — V. 3. »Πάρθις. In Planudea Πάρθυς. Apud Suidam πάρθης le»gitur aut πάρθη. In Vat. cod. πάρθης et ſupra γρ. σπάρ»τας. Vera ſcriptura eſt Πάρθις, nomen e Παρθένιος deri»vatum. In alio, quo eadem fabula celebratur, carmi»ne, infra p. 185. Πάρθις itidem repoſui, ubi Planu»dea habet Σπάρτις. Timaeus, e quo hiſtoriam hanc re»tulerunt Strabo p. 260. et Antigonus Car. c. 1. ci»thariſtarum alterum, cui patria Rhegium, Ariſtonem »vocat, cum quo Eunomus Locrus contendit.« *Br.* De ſcriptoribus, qui hanc fabulam narraverunt, et de nominum diverſitate vide *Nicaſium* et *Beckmannum* ad *Antig. Car.* c. I. p. 2. 4. *Kanne* ad *Cononis* Narr. V. p. 77. ſq. — V. 3. ἀγών. In certamine muſico, quod Delphis celebrabatur. Adſcribam narrationem *Clementis Alex.* in Protrept. p. 2. quae ad noſtrum carmen illuſtrandum inprimis facit: Παγήγυρις Ἑλληνικὴ ἐπὶ νεκρῷ δράκοντι συνεκροτεῖτο Πυθοῖ, ἐπιτάφιον ἕρπετοῦ ᾄδοντος Εὐνόμου· ὕμνος ἦ θρῆνος ὄφεως ἦν ἡ ᾠδή, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀγὼν δὲ ἦν καὶ ἐκιθάριζεν ὥρα καύματος Εὔνομος, ὑπηνίκα οἱ τέττιγες ὑπὸ τοῖς πετάλοις ᾖδον ἀνὰ τὰ ὄρη, θερόμενοι ἡλίῳ. — ῥήγνυται χορδὴ τῷ Λοκρῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἐτερέτιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδός, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· οὐκοῦν ᾠδῇ τῇ Εὐνόμου ἄγεται ὁ τέττιξ, ὡς ὁ μῦθος βούλεται, χαλκοῦν ἀναστήσας Πυθοῖ τὸν Εὔνομον, αὐτῇ τῇ κιθάρᾳ καὶ τὸν συναγωγιστὴν τοῦ Λοκροῦ. — V. 4. laudat *Suid.* in κρέκω T. II.

p. 372. ἔκρηξε. reſonuit; ſignific. neutra. — V. 5. τετραγωνίαν. Vulgo et in Vat. Cod. Noſtrum eſt ap. *Suidam*, qui h. l. profert in ἀπεκόμπασε T. I. p. 252. Conf. not. ad *Agath.* Ep. LXVIII. Pro βραγχὸν (vide *Agath.* Ep. LXIX.) vett. *Suidae* edd. βρόχον et βρόγχον legunt. — ἀπεκόμπασε. Hoc verbum cum adjecto βραγχὸν ex vulgaribus lexicis laudans *H. Stephan.* in Theſ. T. II. p. 371. D. loci in Anthologia non meminerat, ut apparet ex interpretatione, quae haeſitabundus addit. Ut κόμπος omnino graviorem ſtrepitum indicat, etiam ſine inſolentiae notione; ſic κομπάζειν eſt ſonitum edere, et ἀποκομπάζειν, cum ſonitu rumpi, diſſilire. — V. 6. ἀρμονίας. Vat. Cod. — μέλος. Per enallagen haec videntur explicanda: πρὶν σκάζειν ἁρμονίην μέλους, niſi genitivum a σκάζειν (tanquam verbo *privandi*) pendere putandum eſt. Prius praefero. — ἁρμονίη εὔπους, εὔρυθμος. — V. 7. ὕπερ ἔζετο. Vat. Cod. et *Suidas* in ἄρρος T. I. p. 13. — φθόγγον ὑπῆλθε. ſubiit in locum chordae diſruptae. ἐξεπλήρωσε τὸν φθόγγον dixit *Strabo* p. 260. — V. 9. 10. *Suidas* in λαλαγεῦσαν T. II. p. 411. Cicada vocem ad lyrae numeros accommodavit. Auctor Ep. ἀδέσπ. CLXXV. 1. πρὸς γὰρ ὑμὰν μελέταν ὁ μεσαμβρινὸς οὖρεσιν ᾠδὸς τέττιξ τὸ ποιμενικὸν φθόγμα μεθηρμόσατο. Haec loca ſi quis comparaverit cum verbis *Clementis* ſupra adſcriptis, facile in eam ſuſpicionem delabetur, ut corruptelam traxiſſe exiſtimet haec: καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδὸς, τὴν λείπουσαν ἀνεπλήρωσε χορδήν· nam non Eunomus deficientem chordam implevit, ſed cicada; quam ab erudito Patre, cui hic quoque poëtarum loca obverſabantur, ᾠδὸν appellatam eſſe, vix dubito. Aut delenda ſunt verba τοῦ τέττιγος, aut cum Εὐνόμου nomine permutanda; quo facto omnia optime procedent: Muſica cicada (ὁ ᾠδὸς) Eunomi ſeſe cantui accommodans, deficientem chordam adimplevit. Huic interpretationi favet quoque *Euſtath.* ad Dion. Periegeſ. v. 365. — 87.] V. 11. Λυτάια.

Λητωΐδι. Vat. Cod. — τεῷ τέττιγι. Apollini ſacro, ob muſicam facultatem. Ipſum Apollinem, ſub cicadae ſpecie, Eunomum adjuviſſe affirmat *Julian.* Epiſt. XLI. p. 421. — V. 12. ὑπὲρ κιθάρας. *Strabo* l. c. ἐδείκνυτο δ' ἀνδριὰς ἐν τοῖς Λοκροῖς Εὐνόμου τοῦ Λοκροῦ τοῦ κιθαρῳδοῦ τέττιγα ἐπὶ τὴν κιθάραν καθήμενον ἔχων. Statua, quam Geographus Locris fuiſſe ait, Delphis poſitam tradit lemma Ep. ἀδεσπ. ſupra laudati. Hinc in utroque loco Eunomi ſtatuam fuiſſe ſuſpicatur Cl. *Kanne*, quia victoribus domi, et ubi certamina habita eſſent, iidem honores haberi ſolerent.

XLIX. Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 442. St. 575. W. Nicagoras quidam ſcutum, multo uſu attritum, Jovi dedicat. — V. 1. *Suidas* in ὀμφαλὸς T. II. p. 694. ὀμφάλιον τρόφος. τὸ μεσαίτατον. — V. 3. ἰσάριθμος. Vat. Cod. Haec *Paulus* derivaſſe videtur ex *Mnaſalca* Ep. IV. in ſcutum: καίπερ τηλεβόλους ἰοὺς καὶ χερμάδι' αἰνὰ Μυρία καὶ δολιχὰς διξαμένα κάμακας, Οὐδέποτε Κλείτοιο μιμεῖν περιμάκετ πᾶχυν φαμί. — χαλάζῃ. *Agathias* L. III. p. 97. ed. *Vulc.* in pugnae deſcriptione: εἴκασεν ἄν τις τὸ χρῆμα νιφετῷ μεγάλῳ ἢ χαλάζῃ πολλῇ ξὺν βιαίῳ πνεύματι καταῤῥαγείσῃ. — V. 5. χειρὶ μεναίχμου emendavit *Scaliger* in not. mſc. quod mihi vulgatae praeferendum non videtur. Sed fortaſſe recipienda Cod. Vat. lectio:

σώζετο Νικαγόρα.

— V. 7. Spartae legem circa illud ſcutum bene ſervatam dicit Nicagoras, reſpectu habito ad eam legem, quae ceteris Graecis cum Spartanis communis erat, ne quis ſcutum in pugna abjiceret. (Vide *Spanh.* ad Nubes 352.) *Paulus* fortaſſe cogitabat de Lacaenarum quarundam praeceptis, quibus filios impertirent, cum illis clypeum traderent. Vide *Plutarch.* Lacon. Inſt. T. II. p. 241. F.

L. Vat. Cod. p. 152. Planud. p. 445. St. 578. W. Scriba inſtrumenta artis Mercurio dedicat. Pluta hujus

argumenti carmina illuſtravimus. Vide inprimis ad *Phan.* Ep. III. T. II. P. I. p. 161. *Philipp.* Ep. XVII. *Jul. Aeg.* Ep. X. *Damocharis* Ep. II. — V. 1. laudat *Suidas* in γυρὸς T. I. p. 504. — V. 2. ἀκόνην τρηχ. pumicem, quo calamus acuebatur. — V. 3. μεσοσχιδέων. Vet. Cod. — δονακήων a δονακεύς, quam formam ex *Homero* (Il. σ. 576.) profert *Heſychius* in δονακῆα. — V. 4. ταμίης. Vat. Cod. — V. 6. γλυφίδες καλάμων, ipſum eſt calami roſtrum, atramento imbutum. Proprie hoc vocabulum de ſagittarum crenis uſurpari conſtat. Vide *Schol. Homer.* Il. δ. 122. Cultellus, quo fiſſurae fiunt, γλυπτὴξ appellatur ap. *Julian. Aeg.* Ep. XI. Non igitur accedo *Salmaſio*, qui γλυπτῆρα et γλυφίδα nihil inter ſe differre pronuntiat ad *Solin.* p. 735. A. — V. 8. βυσόν. Vat. Cod. Poſtrema haec verba ſic vertit *Grotius: cui gravis aetas Rugoſa texit lumina pellicula;* de cataracta, ut videtur, cogitans. Huic interpretationi ſavent Epigrammata, quae in eodem argumento verſantur. Ex ipſis tamen poëtae verbis hic ſenſus emergit: palpebram, ut in ſenibus fieri ſolet, deſcendentem oculos tantum non texiſſe eosque obumbraſſe.

LI. Vat. Cod. p. 152. Plan. p. 445. St. 587. W. *Paulo* hoc carmen vindicant membranae; vulgo ſine auctoris nomine proſtat. — V. 1. μόλυβδον. Vat. Cod. — V. 2. regulam radit plumbum, dum eam ſequitur. — V. 3. *Suidas* in χάλυβες T. III. p. 852. — V. 5. 6. *Suidas* in ἀκρίδες T. II. p. 676. — ¶. 88.] V. 7. 8. Τρίτωνος. Ποσειδῶνος. Θαλάσσης. *Suid.* T. III. p. 507. ubi totum diſtichon excitatur. Spongia ſcribae utebantur ad delenda, quae perperam ſcripta eſſent. Hinc *ſpongiam deletilem* vocat *Varro* ap. *Non.* II. 212. et Auguſtus Ajacem ſuum *in ſpongiam incubuiſſe* facete dictitabat, teſte *Sueton.* V. Aug. c. 85. Proverbium eodem referendum, *Spongia medebitur*, illuſtravit *Rader.* ad *Martial.* IV. Ep. X. Utebantur ad hanc rem ſpongiis

marinis, unde Ep. ſq. σπόγγον, ἀλὸς βλάστημα, χυτῆς λειμῶνα θαλάσσης. Has Tritonem ſibi ſubſternere ait Noſter. Ad ſimilem poëtae cujusdam imaginem reſpicere videtur *Alciphron* in loco obſcuro et depravato L. I. Ep. II. σπόγγους ἡμῖν ἐπέταττε καὶ τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἔρια, ἃ φύεται ἐπιεικῶς ἐν Εὐρυνόμης ΕΙC ΑΗΜΝΟΝ. Depravationem in poſtremis verbis ineſſe, mihi perſuaſum habeo. Putabam: ἐν Εὐρυνόμης λειμῶνι — quibus verbis maris fundus ſignificari potuit, Eurynomae Nymphae ſacer, ſicuti diis ſuperis ſacra erant prata, ut Ἥρας, Ἀρτέμιδος λειμών, et alia paſſim. Sed fortaſſe tutius fuerit, ejusmodi locum prorſus non attigiſſe. De ſpongiis marinis, (πόντια βάκη eas, ex poëta procul dubio, appellat *Heſychius*,) et de urinatoribus, qui eas ex mari protrahebant, σπογγοκολυμβητοί, σπογγοτόμοι appellantur, vide *Oppian.* V. Hal. 612. ſqq. et *Schneiderum* in Eclog. Phyſ. T. II. p. 59. ſqq. — V. 8. ἀκεστορίης. Vat. Cod. a pr. m. — V. 9. πολύσπα. vaſculum perforatum, quod, praeter atramentum, etiam ad calamos aliaque inſtrumenta tenenda ſervie-bat. — V. 11. Junge χεῖρα, ὑπὸ γήραος τρομερήν, ὄκνῳ καθαρμόζων. manui prae ſenio trepidae poſt diuturnos labores otium conceſſit.

LII. Vat. Cod. p. 153. *Paulo* etiam hoc Epigr. inſcribit, quod in Plan. p. 446. St. 578. W. ἄδηλον eſt. — V. 2. ἀρμονίῃ. Vat. Cod. Linea, quam plumbum deſignat, literarum ordines tanquam fundamento nituntur. — V. 3. μολύβδου. Vat. Cod. — V. 4. τρητή· τετρημένη· ὀπὰς ἔχουσα. Καὶ λιθ. etc. τὴν κίσσηριν λέγει. *Suid.* T. III. p. 499. — V. 7. σπόγγον. Mire ſpongia, quae in fundo maris quaſi prata efficit, ipſa vocatur λειμών. — V. 10. Vulgo κεκμηκώς, quod etiam *Suidas* tuetur v. T. II. p. 290. ubi φιλομηδέσιν et παλάμας legitur. — Vide *Damochar.* Ep. II. 9.

LIII. Vat. Cod. p. 156. *Paulo* vindicat; in Planud. p. 441. St. 574. W. eſt ἀδέσποτον. In Cod. *Bandini*

p. 102. inscribitur Ἀνύτης, mero errore; nam sequitur Epigr. *Anytes*, cui in eodem Cod. adscriptum ἀδέσποτον. Verborum in hoc districho sensus satis est perspicuus, acumen nondum satis assequor. Menisci Pani fistulam dedicat: hic se illud munus accepturum esse negat, quod arundines (Syrinx) ipsum amoris flamma incenderint. Memoriam pristini amoris igitur deus refugit. Ad postrema verba *Brodaeus* adscripsit: *fistularum amorem deposui;* quae si pro versione dedit, pessima sunt; sed eum consequentiam potius eorum, quae poëta dixit, voluisse puto. ἐπεσπασάμην dictum est, ut ap. *Pallad.* Ep. XVI. πολλῶν γὰρ μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην. et ap. *Antip. Thess.* Ep. LII. ubi puella τὴν Ἕλλης μοῖραν ἐπεσπάσατο.

LIV. In primis paginis post titulum Vat. Cod. Plan. p. 349. St. 488. W. — V. 1. μόλις. Eximiam tuam pulchritudinem vix tandem, magno cum labore, expressit pictor. Cf. Ep. LIX. 1. — V. 2. προσώπου. κάλλους. et pulchritudine tua et arte aeque delectaremur.

¶. 89.] *LV.* Vat. Cod. eodem loco, quo praecedens, cum lemmate: Εἰς εἰκόνα Μαρίης τῆς κιθαρῳδοῦ. Plan. p. 349. St. 488. W. In imagine, quae hoc Epigr. describitur, Maria tenebat citharam et plectrum. Hinc acumen petivit auctor satis ineptum, cum eam amoris πλῆκτρον tenere dicit. Solent autem rei musicae vocabula ad rem amatoriam aliaque ingeniose traduci, ut ap. *Strat.* Ep. XXIX. et *Lucillium* Ep. XVIII. Facetus in hoc genere locus est *Machaonis* ap. *Athen.* VIII. p. 346. A. B. ubi coquus, artem suam commendans, comparationibus e musica petitis utitur. Adscribam eum, ut mihi emendandus videtur:

Ὀψοφάγος εἰμί· τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς τέχνης
Θεμέλιος ἡμῖν· προσπεπονθέναί τι δεῖ
τὸν μὴ τὰ προστεθέντα λυμανούμενον·
πεφρεντικῶς αὐτοῦ γὰρ οὐκ ἔστιν κακός.

ἔπειτ' ἐπὰν ᾖ καθαρὰ ταλοθητήρια,
οὐκ ἂν διαμάρτοις· ἔψε καὶ γεύου πυκνά.
ἄλας οὐκ ἔχει· προσένεγκ', ἐτ' ἐπιδεῖταί τινος·
πάλιν τε γεύου, συμμετρίαν ὡς ἁρμόσῃ·
ὥσπερ λύραν ἐπιτεῖν' ἀεί γ', ἕως ἡδὺς ᾖ.
εἶθ' ὁπόταν ἤδη πάντα συμφωνεῖν δοκῇ,
εἴσαγε διὰ πασῶν Νικολαΐδας Μυκονίους.

Is, qui loquitur, ſe ipſum guloſum eſſe et helluonem fatetur, idque ad artem coquinariam probe exercendam inprimis neceſſarium eſſe contendit. Nam niſi coquus amore quodam ciborum, quos paret, affectus ſit, vix fieri poſſe, quin eos perdat; qui autem ſui rationem habeat (περφροντικῶς ἑαυτοῦ), illum non malum coquum fore. Reliqua interpretatione non egent. Civitatem cum lyra comparat *Diotogenes* ap. *Stob.* T. XLVI. p. 331. 2. ubi ſcribendum: ὅθεν ὡς λύραν καὶ πόλιν εὐνομουμένην δεῖ συναρμόσασθαι βασιλέα, ὅρον δικαιότατον καὶ νόμῳ τάξιν ἐν αὑτῷ πρᾶτον καταστησόμενον. — V. 3. ἄγναπτον. marg. Vat. Cod. οἴσιν ἀγν. Vulgo, nec hoc male. ᾧ δ' ἐπινεύσει. cui illa faverit, haud minus ille beatus erit Anchiſe et Adonide. Ut hîc Maria Veneri aequiparatur, cujus amore Adonis fruebatur, ſic juvenes eximie amati et formoſi Adonides appellabantur. *Alciphron* L. I. Ep. XXXIX. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες — et paulo infra: ὅπως δ' ἥξεις φέρουσα κήτιον καὶ κεράλλιον καὶ τὸν σὸν Ἄδωνιν, ὃν νῦν περιψύχεις· in quibus verbis vehementer exercuerunt interpretes vocabula κήτιον καὶ κεράλλιον. In praecedentibus meretrix ſcripſerat, amicam quandam ſuam Adonia celebraturam eſſe: τὸν γὰρ τῆς Ἀφροδίτης ἐρώμενον ἡ Θεττάλη στέλλει. et diſertius: τοῖς Ἀδωνίοις (ſic enim cum *Pierſono* legendum pro Ἀλωΐοις) ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θεττάλης ἐραστῇ. Hinc corrupto loco lux videtur affulgere. Scripſerim equidem: φέρουσα κήτιον καὶ κεράμιον. *Hortulum et teſtam* illam afferre jubet, quorum in Adoniis uſus erat. *Plutarch.* de

S. N. V. p. 67. ed. *Wytt.* ὥσπερ αἱ τοὺς Ἀδώνιδος κήπους ἐπ' ὀστράκοις τισὶ τιθηνούμενοι καὶ θεραπεύουσαι γυναῖκες. ubi vide cl. *Wyttenbach.* p. 79. Recte autem κήπιον, ut in *Arriani* Diſſ. IV. 8. p. 642. ἀτελές ἐστιν ἐκ κηπίου Ἀδωνικοῦ. κεράμιον idem, quod ὄστρακον ſive ὀστράκιον, quod haud ſcio an reſtituendum ſit *Philoſtrato* in V. Apoll. VII. 32. p. 311. ἡ δὲ αὐλὴ ἀνθέων ἐτεθήλει κήποις, οὓς Ἀδώνιδι Ἀσσύριοι ποιοῦντες ὑπὲρ ὀστρακίων. Vulgo ὀρυγίων. Huic correctioni favet *Julian.* in Caeſar. p. 329. C. ubi Silenus Conſtantino roganti, quid ſint κῆποι Ἀδώνιδος, reſpondet: αἱ γυναῖκες τῇ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ φυτεύουσιν ὀστρακίοις ἐναμησάμεναι γῆν λαχανίαν. Ne quis autem κεράμια in hac re tanquam inuſitatum repudiet, conferat *Zenob.* in Proverb. Cent. I. 49. p. 17. οἱ κῆποι τοῦ Ἀδώνιδος εἰς ἀγγεῖα κεραμεᾶ σπειρόμενοι· unde reſtituendum mutilum Scholion ad *Theocr.* Eid. XV. 112. εἰώθασι γὰρ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυροὺς καὶ κριθὰς σπείρειν ἔν τισι κεραμείοις ἀγγείοις, ubi vulgo τισι προαστείοις legitur. Hanc vocem in ἀγγείοις mutabat, deleta ſyllaba προ, *Valcken.* ad Adon. p. 396. B.

LVI. Vat. Cod. p. 483. Planud. p. 382. St. 520. W. In ſolarium ex aqua, de quibus vide *Erneſt.* in Opuſc. phil. T. II. p. 26. ſqq. et ad *Antiphili* Ep. XVII. T. II. P. II. p. 50. — V. 1. Vitioſe expreſſum Φαεντοντίδος pro Φαεθοντίδος. — V. 2. ἀμφιδυόδεκα. junctim Ed. pr. δύο. Ald. 1. δωδεκάζι. Vat. Cod. Diem, i. e. temporis ſpatium ab ortu ſolis usque ad occaſum, ap. veteres in duodecim horas diviſum. Cui inſtituto quomodo horologia accommodata fuerint, docuit *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 449. et *Erneſtus* de Solariis in Opuſc. l. c. — V. 4. ἐς πόλον, mentis vim e terra ad coelum extollunt. Haud ſcio, an *Paulus* ad mentem humanam transferre voluerit illud Homericum de Eride Il. Δ. 443. οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

LVII. Vat. Cod. p. 492. Plan. p. 77. St. 112. W. Argumentum a multis tractatum. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. LVII. — V. 1. μεμυκότα κόλπον. Ver maris sinum Zephyris pandit. μεμυκότα per prolepsin. Expressit noster *Satyr. Thyill.* Ep. V. ἤδη μὲν λειμῶνες ὑπὲρ πετάλων ἐχέαντο Ἄνθεα, καὶ τρηχὺς σῖγα μέμυκε πόρος. — V. 2. Pro εἴαρος Vat. Cod. ἴλλος. et in marg. εἰ. Veram lectionem servavit Planudea. εὐλείμων χάρις, ob pratorum, vernis floribus pictorum, amoenitatem. — V. 2. κυλίνδρους. Nihil his similius loco *Horatii*, quem comparavit *Mitscherlich.* I. Carm. IV. init. *Solvitur acris hiems grata vice veris et Favoni, Trahuntque siccas machinae carinas.* — V. 4. ἀπ' est in Vat. Cod. et in omnibus edd. ante Steph. idque revocat *Huetius* p. 10. — V. 6. ἐς φόρτον, ad merces commutandas. Hoc negotium cum placidum sit et jucundum, πρηὺ vocatur. — V. 7. Causam Priapus affert, cur nautis sit propitius. Gratiam se Thetidi referre, quod Bacchum, patrem suum, in fuga receperit. Vide *Homer.* Il. ζ. 130. Priapum Dionysi filium esse, plures tradiderunt. *Pausan.* L. IX. 31. p. 771. *Schol. Theocrit.* Eid. I. 21.

LVIII. Planud. p. 296. St. 436. W. In eandem fortasse Bacchae statuam Ep. ἀδεσπ. CCLXXVIII. Color ductus ex *Simonid.* Ep. LXXXI. ubi Scopas Baccham ἐκμῆναι dicitur. — ἐγκατέμιξε. *Callistrat.* Stat. II. p. 892. in descriptione Bacchae: ὅσα φέρει μανίας οἰστρῶσα ψυχή, τοσαῦτα πάθους διέλαμπε τὰ τεκμήρια ὑπὸ τῆς τέχνης, ἀῤῥήτῳ λόγῳ κραθέντα.

¶. 90.] *LIX.* Planud. p. 300. St. 440. W. Epigramma in eandem puellam legitur inter ἀδεσπ. CCCLII. quod etiam *Pauli* nostri esse suspicor. — V. 1. μέλιος. ut Ep. LIV. 1. — οὔτε χαίτην. velamento enim capilli tecti erant, ut ex altero Epigrammate apparet. — V. 3. Scr. Φαεθοντίδα.

LX. Planud. p. 313. St. 453. W. In Cynegirum. Vide ad *Longini* Ep. II. T. II. P. II. p. 110. — V. 1. κορύμβου. *Herodotus* in narratione hujus facinoris L. VI. 114. p. 491. ἐπιλαβόμενος τῶν ἀφλάστων νηός, τὴν χεῖρα ἀποκοπὲς πελέκεϊ. Pro ἀποφυομένης *Joſ. Scaliger* in not. mſc. tentabat μαρναμένας· fortaſſe quod ſupervacaneum putabat, bis moneri, navem illam fugituram fuiſſe. Sed talia in hisce poëtis nos magnopere movere non debent. — V. 4. εὐναια. αἱ ἄγκυραι. ἀπὸ τοῦ εὐνάζεσθαι αὐτάς. *Heſych.* quum navis aufugiens tuis manibus haud aliter atque anchorâ teneretur. Vulgo σᾶς παλάμας, quod ab ἀπὸ pendens fortaſſe immutari non debebat. Saepe enim fieri ſolet, ut praepoſitio, alteri membro inſerta, vim ſuam in vocabulum prioris enuntiationis exerceat. Vide *Valcken.* in *Callimachi* Fr. p. 178. ſq. *Bentlej.* ad *Horat.* III. Od. XXV. 3. — V. 6. ὠμάρτευν. Simili acumine *Himer.* Or. II. 21. p. 402. Ὁ δὲ τοῖς φεύγουσιν ἐπιδραμὼν εἰς τὴν θάλασσαν, Φοινίσσης νεὼς λαμβάνεται, κρείττονα δεξιὰν ἔχειν τριήρους ὅλης οἰόμενος. Δείσαντες δὲ ὑπὲρ τῆς τριήρους οἱ βάρβαροι, μὴ δεξιᾶς Ἀττικῆς γένηται λάφυρον, πελέκει τὴν χεῖρα μερίζουσιν. Ὁ δὲ πληγεὶς ἔκειτο, τῆς μὲν χειρὸς ἀφαιρεθείς, τῆς δὲ τριήρους ἐχόμενος.

LXI. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. In hortos palatii Juſtinianei ſcriptum videtur, ut et ſq. Epigr. Vide ad *Agath.* Ep. XLVI. — V. 1. ἅπλωτα. Vulgo et in Vat. Cod. Antitheſeos leges prorſus contrarium requirere intellexit *Brodaeus*, cujus emendationem, a *Brunckio* receptam, expreſſit *Grotius:*

Tellurem vada ſalſa lavant, dorſoque madente
Aequoreas ſilvas pervia portat humus.

θαλασσαῖα ἄλσεα, ſilvae inter medias undas ſatae, ex ipſis quaſi fluctibus emergentes. *Nemora alta citatis Incubuere vadis, fallax reſponſat imago Frondibus, et longas eadem fugit umbra per undas. Statius* I. Syly. III. 17. —

V. 4. Νηϊάδων. Naïadum fontibus dulcis aquae. Νηρεΐδων. ipſum mare, quo horti alluebantur. *Agathias* l. c. ἐνθάδε γὰρ Νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐπὶ πόντῳ Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην. Cf. *Leonid. Tar.* Ep. XCIV. 4.

LXII. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 347. St. 486. W. — V. 1. ἔπλετο χ. Vulgo. — V. 2. „Corrupte vulgo „legitur νηϊάδες, ἀδρυάδες, aut, ut in Florentina, ἀδριάδες.“ *Br.* In Vat. membr. νηρεῖς ἀδρυάδες. Quam lect. profert *Dorvill.* ad *Charit.* p. 181. *Brunckius* recepit conjecturam *Huetii* p. 33. cui calculum adjecit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 163. Νύμφας Δρυάδας et Ναΐδας junxit *Alciphron* L. III. Ep. XI. ubi vide *Bergler.* *Statius* I. Sylv. III. 62. *forſan vel lubrica Naïs, Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.*

¶. 91.] *LXIII.* Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 353. St. 492. W. Argumentum indicat lemma. Iisdem plerumque balneis et viros et mulieres uſos fuiſſe, apparet ex *Clem. Alex.* Protr. III. 5. p. 272. κοινὰ δὲ ἀνέῳκται ἀνδράσιν δμοῦ καὶ γυναιξὶν τὰ βαλανεῖα· κἀντεῦθεν ἐπὶ τὴν ἀκράσειαν ἀποδύονται· (*ad intemperantiam ſeſe parant*) ἐκ τοῦ γὰρ εἰσορᾶν γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν. — αἱ δὲ μὴ ἐς τοσοῦτον ἀπερυθριῶσαι, τοὺς μὲν οἰκείους ἀποκλείουσιν, ἰδίοις δὲ οἰκέταις συλλούονται καὶ δούλοις ἀποδύονται γυμναί. Non multum itaque *Hadriani* lex, quae λούεσθαι χωρὶς ἀλλήλων προσέταξεν, (*Dio Caſſ.* LXIX. 8. T. II. p. 1156. ubi vide *Reimarum*) valuiſſe videtur ad tollendam illam conſuetudinem. Cf. *Caſaub.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 174. — V. 2. ἦρξε. Vat. Cod. — τὴν μεγάλην ὀλίγῃ. In talibus ὀλίγος ponitur pro μικρός, ut paſſim obſervatum eſt. Hinc haud ſcio, an ſcribendum ſit ap. *Liban.* Decl. T. IV. p. 203. ed. R. καὶ ἀξιῶ γε κεφαλαίου οὐκ ἀπὸ τῶν μεγάλων (vulgo τῶν ἄλλων) μόνων, ἀλλὰ καὶ ῥόδων ὀλίγων καὶ ἴων καὶ κρίνων — certe ὀλίγων non cum *Reiskio* delendum eſt. — V. 3. παθοβλήτοις ἐπ' ἔργοις. in iis, quae ad amorem ſpectant.

LXIV. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 498. W. Altam fuiſſe domum, quam hoc carmen illuſtrat, lemmatis auctori credere debemus; ex ipſis verſibus hoc tantum emergit, illam domum in ora maris, fortaſſe in procurrente litoris tractu, exſtructam fuiſſe, ita ut a tribus partibus proſpectum in mare haberet. — V. 2. ἠματίῳ. Vat. Cod. — V. 3. Ἠὼς ipſa dies eſſe videtur, quam, illius domus adſpectu captam, diu circa illam morari dicit.

LXV. Vat. Cod. p. 468. Plan. p. 360. St. 499. W. Conf. not. ad *Theaeteti Schol.* Ep. V. T. II. P. III. p. 407. — V. 1. Juſtinus, univerſum terrarum orbem a ſordibus purgans, etiam Juſtitiae templum novo ſplendore illuſtravit. Uſus eſt ad eam rem Domnini opera, qui noctem et tenebras (κατηφέα νύκτα) inde diſpuliſſe dicitur. In v. 3. puſilla menda haerere videtur. Scribendum enim:

σοῖς ἀὲ πόνοις, Δομνῖνε, κατηφέα νύκτα διώκει,

ut haec omnia ad Juſtinum referantur. Levem hanc mutationem ad carminis elegantiam reſtituendam prorſus neceſſariam eſſe cenſeo. — V. 4. In not. ad Ep. LXXV. *Brunckius* dubium non eſſe ſcribit, quin h. l. corrigendum ſit: ἐκ Θεμιδος μεγάρων, ἐκ μεροπων βιοτῆς. Sic certe gratior ſonus. Sed optimis quoque poëtis rhythmicos verſus excidiſſe multis exemplis conſtat, qualia collegit *Caſaub.* ad *Perſii* Sat. I. p. 78. ſq. *Burmann.* ad Anth. L. T. II. p. 250.

LXVI. Vat. Cod. p. 480. Plan. p. 377. St. 515. W. Conf. ad *Agathiae* Ep. LXXIII. — ¶. 92.] V. 3. Homines amplector eosque a muſcarum morſibus defendo. τέχνη. ipſum conopeum. — V. 5. ἀῤῥῶτα. ſine vulneribus. Notanda haec forma. — Sequ. vſ. conopeum cum muro urbem muniente comparatur. Cf. ad *Agath.* Ep. VIII. 3. — V. 8. ἄγω. παρέχω. — De μυιοσόβος vide

not. ad *Ammiani* Ep. XXI. T. II. P. III. p. 144. — Servis muſcarum abigendarum operam adimo. ἀτμενίη h. l. negotium moleſtum, qualia ſervis imponi ſolent. ἀτμεύειν ap. *Nicandr.* Alex. 172. δουλεύειν. ὑποκεῖσθαι, ἀτμένες γὰρ οἱ δοῦλοι. Cf. *Euſtath.* ad Od. p. 531. 1. Noſtrum locum attigit, ubi de discrimine inter δουλείαν, λατρείαν et ἀτμενίαν disputat, *Valckenar.* ad *Ammon.* p. 100. et *Toup.* in Em. ad Heſych. T. III. p. 63.

LXVII. Vat. Cod. p. 480. ſq. Planud. l. c. — V. 1. καλλιγ. λέκτρ. Toro geniali et uſus et ornamenti cauſa conopeum circumdatum eſſe videtur. — V. 2. οὐ Φοίβης. quia non ad feras venandas adhibebatur. Παφίης. quia amantes tegit. Ad platanum *Thallus Mil.* Ep. IV. χλοερὴ δ' ἀπὸ σεῖο Φυλλὰς ἀεὶ κεύθω τοὺς Παφίης ἑτάρους, ſive, ut mihi quidem perſuadeo legendum eſſe, ὁάρους.

LXVIII. Vat. Cod. p. 481. hoc et ſequentia duo carmina refert ad *Agathiam.* In Planud. p. 377. Sa. 516. W. praecedit Epigr. *Agathiae* LXXIII. cum lemmate: ἄδηλον. Tum noſtro praefixa verba: τοῦ αὐτοῦ εἰς τάβλαν. unde apparet, illud ἄδ. (ſic enim ſcribebatur in Codd. pro ἄδηλον) ex ἀγ. (ἀγαθίου) depravatum eſſe. Haec igitur in nova Anthologiae editione ſuo auctori reddentur. Clariſſimum verſionis Grotianae editorem *Brunckius* in errorem induxit, ut his carminibus *Pauli* nomen praefigeret. — V. 3. Hunc aequum animum in Theodorico laudat *Sidon. Apoll.* I. Epiſt. I. p. 6. *in bonis jactibus tacet, in malis ridet, in neutris irafcitur, in utrisque philoſophatur.* — V. 4. βολίδα. teſſeram ne reprehendas, neque ei maledicas. βολίδες. ψῆφοι. βόλια. Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 746. — V. 5. Haec aut ad artem ſpectant, fortunae vitia corrigentem aut favore ejus recte utentem, ſicut eſt in Ep. in Tabulam:

Hîc proprium faciunt ars et fortuna periclum:
Haec caves adverſis caſibus, illa favet.

aut ad tranquillitatem animi bonamque mentem, quae in minimis quoque rebus cernitur.

LXIX. Vat. Cod. l. c. εἰς τὸ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. l. c. Eleganter hoc Epigrammate tabulae luſus cum vita humana comparatur, ut eſt apud *Terentium* IV. Adelph. 7. 20. ubi Micio ſe ea, quae mutari non poſſunt, aequo animo ferre ait: *Ita vita eſt hominum, quaſi ſi ludas teſſeris. Si illud, quod maxime opus eſt jactu, non cadit, Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* quae ſua fecit Auctor Epigr. in Anthol. Lat. L. III. 77. p. 520. — V. 6. μέτρον ἐφημόσατο. Ex *Lucillii* Ep. XXVIII.

¶. 93.] *LXX.* Vat. Cod. p. 481. εἰς αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ. Plan. p. 378. St. 516. W. — V. 1. πεμπώνοις Vat. Cod. quod reponendum. *Julian. Aeg.* Ep. LXXI. πεμπώνου παιδὸς μέγα δεῖγμα. Nam, ut Grammaticus quidam praecipit in Anth. Lat. III. LXXV. p. 518. flectendi ſunt *truces animi, ut vere ludere poſſis.* — λύσσα καὶ ἀμπλακίη. Alius ibidem de Alea p. 524. *Multa viri nequidquam inter ſe vulnera jactant, Et tenues rumpunt tunicas, coecique furore Hic metuunt cupiuntque.* — V. 3. ὕστατος ἕρπων. id quod in praecedente eſt carmine ἀπολειπόμενος, victus. — V. 4. ῥινοβόλῳ πατάγῳ. per parodiam a pugnae deſcriptione traductum, ubi πάταγος ῥινοβόλος ſcutorum eſſe debet ſtrepitus. δοράτων καὶ ξιφέων πάταγος eſt ap. *Archiam* Ep. XVIII. ἐν σακέων πατάγῳ. *Diotim.* Ep. VIII. πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός. *Aeſch.* VII. c. Theb. 99. *Sophocl.* Trach. 517. Vocabulum ῥινοβόλος autem, quo ad formam τοῦ ῥινοτόρος ab ῥινὸς, *pellis*, ficto epicus fortaſſe poëta ad ſtrepitum telorum et ſaxorum in ſcutis coriaceis ſignificandum uſus erat, *Agathias* ludibundus longe diverſa ſignificatione uſurpavit de *ſpiritu coacto et ſtridente*, (*Seneca* de Ira I. 1.) quem irati per nares (ῥῖνας) efflant. Similiter ante eum neſcio quis luſit in eodem vocabulo, qui ῥινοβόλους ἀνέμους de *ventris* uſur-

pavit *crepitu*, teſte *Heſychio* T. II. p. 1115. ubi vide Intrpp. Tumorem orationis auget verbum ἀναβροιβδεῖν, quo *Homerus* de Charybdi utitur Od. μ. 104. ſq. — Vertit *Grotius*, non tota vi graecorum verborum expreſſa: *nec verba profare Impia, nec tortis naribus edè ſonum.* — V. 5. παίζειν ἐν σπουδῇ. *Cato* ap. *Stob.* Tit. VI. p. 82. 20. Κάτων τοὺς σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις ἔλεγε (lege ἔλεγεν ἐν ex *Plutarch.* T. II. p. 199. A.) τοῖς σπουδαίοις γίγνεσθαι καταγελάστους. Mutata formula vulgari *Plutarch.* T. II. p. 16. D. τί παίζουσα τὰς ὀφρῦς συνάγεις; γέλωτα καὶ σπουδὴν junxit *Meleag.* CXXVIII. et *Damippus* Pythagor. ap. *Stob.* T. III. p. 41. 50. in loco, poſt palmariam *Valckenarii* emendationem ad *Herodot.* p. 621. 58. ſic facile reſtituendo: ὁ δὲ αὐτὸς τρόπος τᾶς ἐφ' ὅλω καὶ τᾶς ἐπὶ τῷ οἴκω συναρμογᾶς συντάσσει τε καὶ συντίθησιν σπουδὰς καὶ παιδιὰς εἰς τὸ αὐτὸ συνδραμοίσας. Vulgo συντάσσεται. Similibus vitiis paſſim inquinatus eſt *Stobaei* textus.

LXXI. Vat. Cod. p. 500. *Stobaei* Flor. I. p. 2. 38. Gesn. p. 9. Gr. Plan. p. 12. St. 21. W. Aequum in omni vita animum conſervandum eſſe docet. — V. 1. τύχης ῥοίζῳ. idem quod ῥεμῷ. Ep. LXIX. et ῥιπὴ τύχης ap. *Lucian.* Ep. XXXVIII. Secunda fortunae aura (πνευμάτων ῥοῖζον dixit *Plutarch.* T. II. p. 18. C.) ne te ſuperbum reddat, nec curae animum liberum et ingenuum deprimant. — V. 3. „πελεμίζεται. ſic unus Planud. codd. „et Stob. in Flor. Grot. p. 9.“ *Br.* In Stob. Gesneri ἀγαθέσσει β. πελεμίζεται. Etiam Vat. Cod. πελεμίζεται. In alterum ſponte incidit *Joſ. Scaliger* in not. mſc. *Macedon.* Ep. III. κραδίης βυθὸς πελεμίζεται οἴστῳ. — V. 4. καὶ τῇ καὶ τῇ θαμιναῖς. Vat. Cod. — V. 5. Idem ſententiarum contextus ap. *Horat.* III. Od. XXIX. 53. de Fortuna: *Si celeris quatit pennas*, (hîc habes τὸν ῥοῖζον τύχης,) *reſigno quae dedit, et mea Virtute me involvo — Tum me, biremis praeſidio ſcaphae Tutum, per Aegaeos tumultus Aura ferēs*

geminusque Pollux. Multum huc facit etiam *Cliniae* ap. *Stob.* T. I. p. 8. 23. ἐκ τῶνδε γὰρ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον καὶ βίος ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξει, ἅμ' ὀρθοπλοεῖ. quae sic videntur emendanda: ὅτι πᾶν ἔργον ἀ. αἶκα ὁσιότατός τε καὶ εὐσεβείας μεθέξῃ, ἁμὶν ὀρθοπλοεῖ. Initio ejusdem fragmenti scribendum suspicor: πρῶτον δ' ἐκ τῶ θυμῶ τὰς αἰτίας ἐναιρὲν δεῖ, δι' ἃς ἀδικὲν πέφυκεν ἄνθρωπος.

LXXII. Vat. Cod. p. 426. Plan. p. 84. St. 124. W. Historia passim in Anthol. exornata. Vid. ad *Antip. Sid.* T. II. P. I. p. 59. — V. 2. *συγκίχλη.* Vat. Cod. — V. 4. *ᾠδός.* avis canora. Vide ad Ep. XLVIII. 8. et Ep. *ἀδεσπ.* CLXXV. 11. *ὁ μεσαμβρινὸς οὔρεσιν ᾠδός.* — „*ἐρημοφίλας.* Sic veteres libri tam calamo quam typis expressi, quod consultone an operarum errore in Stephani editione mutatum fuerit, dicere nequeo. *ἐρημοφίλας* est etiam in Ep. incerti auct. CCXXXVI. Sic apud „Theocritum *γυναικοφίλας.* Augendus hac voce Stephani „Thesaurus, in quo non magis comparet altera forma „*ἐρημοφίλος.*" *Br.* Depravata lectio cum plurimis aliis erroribus ex ed. Ascensiana in Stephan. propagata est. — V. 5. Diana in Apollinis fortasse gratiam canoram avem liberavit. — „*εὐμόλπω* genitivus est doricus. Hoc e „vat. membr. repositi." *Br.* At haec forma ab hoc carmine prorsus aliena est, quippe quâ seriores hi poëtae non magis usi sunt, quam *τῷ τῆνος, τίν, γᾶ,* et similibus. Aut *εὐμόλπου* revocandum est, aut *εὐμόλπῳ* scribendum.

LXXIII. Vat. Cod. p. 435. auctoritate ad *Eratosthenem Scholasticum* referri debet. *Paulo* tribuit Planud. p. 20. St. 31. W. et *Stobaeus* Tit. V. p. 64. 28. Gesn. p. 39. Gr. Ad justum matrimonium hortatur poëta. Vide, quomodo idem argumentum exornaverit *Liban.* in Decl. T. IV. p. 1060. ed. R. — V. 2. *ὥλεσ' ἐν πάσῃ,* Vat. Cod. — *φυλασσομένη.* Ibid.

¶ 94.] *LXXIV.* »De hoc carmine videndus Fabri»cius Bibl. Gr. T. II. p. 722. et praeſertim notarum li»bellus, quo illud illuſtravit flos Epiſcoporum Huetius. »Denuo ante tres annos editum eſt a viro politiſſimi in»genii, qui literas patrias praeclare ornat, cl. Leſſing, »in Anecdotorum faſciculo e Bibliotheca Sereniſſimi »Ducis Brunsvicenſis Wolfenbutteliana, cui praefectus »eſt, cum ſcholiis graecis veteribus, melioribusque et »uberioribus ipſius editoris animadverſionibus, prae»miſſa critica carminis et illius editionum hiſtoria, quae »omnia lectu digniſſima doleo iis ſolis eſſe ſcripta, qui »germanice loquuntur. Prodiit autem hoc carmen pri»mum in Appendice, qua Aldus Manutius Anthologiam »auxit, a ſe editam anno 1503. unde in caeteras, quae »ſubſecutae ſunt, receptum eſt. Quid in editione Jun»tina, qua careo, commiſſum fuerit, neſcio. Ridiculi »erroris, quo mirifice perturbatus adeo verſuum ordo, »ut viri doctiſſimi nihil in eo intellexerint, primus »auctor eſt Aſcenſius, in cujus editione anni 1531. »carmen hoc non geminis in eadem pagina columnis »diſtributum eſt, ſed continua ſerie eodem expreſſum »eſt modo, quem poſt imitati ſunt H. Stephanus et »Wechelii heredes. Typographi Itali, qui poſt Aſcen»ſium et Frobenium Anthologiam ediderunt, Aldo me»liorem, quem ſequerentur, ducem non quaeſiverunt; »proinde carmen hoc in Nicolinorum editione Veneta »1550. et ea, quae anno poſt ſubſecuta eſt, filiorum »Aldi, legentibus, res facile procedit.« *Br.* Vide *Leſſingium in den Beyträgen zur Geſch. und Literatur.* 1773. Faſc. I. p. 137. quem excerpſit cl. *Harleſius* in *Fabr.* B. Gr. T. IV. p. 488. ſq. Verſuum ordinem in hoc carmine prima turbavit Edit. Juntina Flor. 1519. quam ſecuta eſt Aſcenſiana; hanc H. Stephanus. Plures poſtea, antiquiores editiones ſecuti, verum ordinem reſtituerunt, qui tamen Wechelianos non impe-

diverunt, quominus veterem errorem propagarent. Tandem inventus eſt *Huetius*, (v. eum in Comment. de Rebus ad ſe pertinentibus. L. III. p. 144.) qui, *Bocharto* inſtigante, omnia in ſuam ſedem revocaret. *Leſſingius* hoc carmen edidit ex Cod. Mſ. olim Gudiano, nunc Guelpherb. ubi inter excerpta Anthol. Planudeae Epigrammata legitur.

Scriptum eſt carmen εἰς τὰ ἐν Πυθίοις θερμά. Has thermas *Claudius Ancantherus* medicus, qui verſionem latinam carminis edidit Venet. 1586. in urbe Pytho Apollini ſacras fuiſſe perperam ſtatuit. Verum earum ſitum indicavit *Brodaeus* ad Anth. L. IV. 26. p. 503. ad Ep. ἀδεσπ. CXCV. *Stephan. Byz.* Θερμά. ἔστι καὶ Βιθυνίας θερμά, τὰ μὲν Πύθια, τὰ δὲ ἐν Προύσῃ βασιλικὰ λεγόμενα. ubi *Berkelius*, poſt *Brodaeum*, excitavit locum *Procopii* de Aedif. Juſtin. V. 3. p. 98. Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὃν ἐπονομάζουσι Πύθια. Ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι, ἄλλως τε ὅσοις νοσώδεσι συμβαίνει εἶναι. Ἔνθα δὲ πολυτέλειαν ἐπιδέδεικται βασιλεῖ πρέπουσαν. Βασίλειά τε γὰρ ᾠκοδομήσατο οὐ πρότερον ὄντα, καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῶν ἐκεῖ φυομένων θερμῶν ὑδάτων πεποίηται. Πηγὰς δὲ ποτίμων ὑδάτων ὡς ἑκάστῳ ἀποβλυζούσας ἐς τόνδε τὸν χῶρον ὀχεταγωγίᾳ διακομίσας, τὸν πρότερον ἐνταῦθα ἐπιχωριάζοντα περιεῖλεν αὐχμόν. Ἀλλὰ δὲ τοῦ ἀρχαγγέλου τὸ τέμενος, καὶ τὸ τῶν νοσούντων ἀναπαυστήριον, μείζω τε καὶ κατακολὺ ἐπιφανέστερον κατεστήσατο. — In Cod. Bibl. Laurent. ap. *Bandinium* T. II. p. 256. hoc carmen extat cum lemmate: Πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Κωνσταντῖνον Πορφυρογέννητον. Deinde ſequuntur hi verſus:

Βούλει μαθεῖν, Αὐγοῦστε,
Κωνσταντῖνε κράτιστε,
Θερμῶν ἄτεχνον ξεῦμα.

quibus nonnulli in errorem inducti exiſtimaverunt, auctorem carminis longe diverſum fuiſſe a *Paulo* illo, qui

qui, Juſtiniano imperante, Silentiariorum primicerius fuit. At hos verſus, quos nullus Cod. praeter Florentinum agnoſcit, ab inepto interpolatore profectos eſſe, ſtatuit *Leſſingius*, qui inter alia argumenta, quae h. l. non repetimus, etiam hoc habet, quod verſus ſecundus in metrum peccet. At in Κωνσταντῖνος Juſtinianei aevi ſcriptores penultimam pro lubitu modo producunt, modo corripiunt. Vide Ep. in Aurig. Stat. LII. 1. LIII. 1. — Ceterum thermas Pythicas *Leſſingius* easdem eſſe ſuſpicatur, quas *Paulus Lucas* deſcripſit in Itiner. T. I. p. 103. Amſtelod. 1714. Eas ultra montem Olympum in Bithynia fuiſſe poſitas, docet *Conſtant. Porphyrogen.* ap. *Bandur.* Imp. Orient. T. I. p. 113. Ibi nunc magnificarum aedium ruinae viſuntur.

V. 1. – 12. Promittit poëta, ſe cauſas et originem thermarum explicaturum, tam ſecundum phyſicorum opiniones, quam ad ipſius naturae et experientiae ductum. In primis verſſ. verba ſic jungenda: βούλει μαθεῖν, πῶς καὶ πόθεν τὸ θερμῶν ῥεῦμα νοσοῦσι φανὲν πρόκειται, — ἄτεχνον, non arte, ſed natura comparatum. Comparat *Hueſius Gregor. Naz.* Od. II. p. 184. ἃ γῆ φίλη δίδωσιν Ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν, et ad proxima eundem: ποτὸν μέθης ἄκοιτον Ἀκλήματον γάνυσμα. — V. 5. αὐτάργυρον. Aldinae tres et Aſc. ἀνάργυρον etiam Cod. Gud. — Hae thermae munus ſunt naturae inemtum. *Claudian.* de aquis Apon. XLIX. 70. *praeſens numen, inemta ſalus.* — V. 6. γάνυσμα. Cod. Gud. — V. 9. σοφοί. phyſicorum ſententias. Collegit veterum de aquarum e terra prorumpentium calore opiniones *Andreas Baccius* de Thermis L. I. c. XVII. — V. 13. Erant qui ſub terra tenues canales eſſe putarent, per quos aqua acta et compreſſa calorem inſolitum contraheret. — Pro σήραγγας *Vulcanius*, qui hoc carmen edidit Lugd. Bat. 1591., σόριγγας dedit; non male. — V. 16. πιλεῖσθαι. *Nemeſius* de H. N. V. p. 118. ὕδωρ πυκνωθὲν καὶ πιληθέν. Cf. *Bernard.* ad *Theoph. Non.*

T. I. p. 58. — V. 19.–25. Alteram hanc cauſam caloris aquarum affert *Seneca* Nat. Qu. III. 24. *Quidam exiſtimant, per loca ſulphure plena exeuntes vel introeuntes aquas calorem beneficio materiae, per quam fluunt, trahere; quod ipſo odore guſtuque teſtantur.* Cf. *Vitruv.* L. VIII. 3. — V. 19. 20. 21. abſunt a Cod. Gud. una ſcil. deficiente linea, quarum unaquaeque tres vſſ. continet. — V. 25. τρίχες. Vulgo. — ¶. 95.] V. 26. Recte *Leſſingius* poſt δίχῃ interrogandi ſignum poſuit. — *Paulus* alteram ſententiam amplectitur, propter odorem aquarum ſulphureum. — V. 31. τρανόν. i. e. σαφῆς. manifeſte huic explicationi patrocinatur. — V. 32. τὸ θερμ. Sic igitur calidi hi fontes originem ceperunt. Hos fontes propter vim medicam *Paulus Hippocratem non ſpirantem, Galenum arte non eruditum* appellat. *Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Alibi tepidae egelidaeque auxilia morborum profitentes.* — V. 36. Novo argumento ſuam ſententiam firmat, flammas terris contineri docens Vulcanis in Sicilia, Media aliisque regionibus. Νῆσος, Sicilia, inſula per excellentiam appellata. — V. 41. Τιτανία Μηδίας. Sic Aldin. tres, Aſcenſ. Cod. Gud. et Regius. Alii Μηδείας. De Medea cogitabat doctiſſimus *Huetius*, Colchidem *Titaniam tellurem* nuncupari ap. *Valer. Flacc.* V. 464. videns. Cf. *Apollon. Rh.* IV. 131. At eum poſtea ab hac ſententia dimovit locus *Pſeudo-Ariſtotelis* de Mir. Auſc. c. 33. ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ καὶ ἐν Ψιττακίνῃ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα — et c. 34. p. 76. ed. *Beckm.* φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν, πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Ἀπολλωνιάτιδος εἶναί τινα κήτεαν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἅλιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτὴν, ἐκφλογοῦται. Hinc emendandum cenſebat:

εἶδον φέρειν τοιοῦτ' Ἀ-
τιτανία, Μηδία —

quod probabile eſt. Nam ſi Τιτανίαν *Brunckius* eandem regionem putavit, quam *Ariſtoteles* et alii (vide *Stephan.*

Byz. in Ἀτιντανία) Atitaniam appellarunt, illa non in Media fuit, ſed in Macedonia. — V. 42. Πιττάκη. *Flagrat in Medis et Sittacene, confinio Perſidis. Plin.* N. H. II. 110. p. 122. ubi *Harduinus Pſittacenen* intelligendam eſſe vidit. Eandem regionem Noſtrum Πιττάκης nomine ſignificare voluiſſe, dubitari nequit. Ψιττακὴ appellatur ap. *Steph. Byz.* V. — V. 43. Λυδία. *Ariſtotel.* Mir. Auſc. c. 39. p. 81. λέγεται δὲ καὶ περὶ Λυδίαν ἀναφέρεσθαι πῦρ πάμπληθες, καὶ καίεσθαι ἐφ' ἡμέρας ἑπτά. ubi *Beckm.* noſtri loci non memor Λυκίαν tentabat. Sic et ap. Noſtrum corrigebat *Leſſingius*, quod montes ignivomi eſſent in Lydia nulli, in Lycia contra frequentes. At primum idem vocabulum ap. utrumque ſcriptorem depravatum eſſe, parum probabile; deinde epitheta πλουτοῦσα et v. ſq. μεταλλόχρυσος nos dubitare non ſinunt, quin Lydiam ſignificare voluerit Noſter. Adde quod veteres eam regionem, quae ἡ κατακεκαυμένη vocatur, modo cum Myſia, modo cum Maeonia, quae Lydiae pars eſt, conjungebant. Cf. *Caſaub.* ad *Strab.* T. II. p. 931. — V. 43. recte diſtinctionem ſuſtulit *Leſſingius* poſt πλουτοῦσα, quod arcte cum γαῖαν jungendum eſt. Solum Lydiae auro abundat, unde Pactolus κατέφερε τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολύ. *Strabo* XIII. p. 928. C. Hîc ſi Cod. offerret νᾶμα pro γαῖαν, id lubens amplecterer. — V. 45. Ἡρακλείων στηλῶν. *Ariſtotel.* l. c. XXXV. p. 77. λέγεται δὲ καὶ τὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων καίεσθαι, τὰ μὲν διὰ παντός, τὰ δὲ νύκτωρ μόνον, ὡς Ἀννωνος περίπλους ἱστορεῖ. Locus *Hannonis* eſt in Geogr. Min. T. I. p. 4. — πλεῖστα, referendum ad τὰ τοιαῦτα v. 40. — V. 47. Πιθηκ. *Ariſtotel.* l. c. XXXVI. p. 79. εἶναι δὲ καὶ ἐν Πιθηκούσαις φασὶ πυρώδεις μὲν καὶ θερμὰν ἐκτόπως, οὐ μὴν καιόμενον. De Lipara v. eundem p. 77. ibique *Beckmannum*. *Theocrit.* Eid. II. 134. Ἕως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίου Πολλάκις Ἀφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει. Ad ſequentia plurimum facit locus *Calliae* de Reb. Agath. ap. *Schol. Apoll. Rh.* III. 41.

quem *Huetius* aptè comparavit: κρατῆρές εἰσι δύο, ὧν ὁ ἕτερός ἐστι τὴν περίμετρον τριστάδιος, ἐξ οὗ πολὺ φέρεται φέγγος· ὥστε ἐπὶ πολὺν τόπον διήκειν τὸν φωτισμόν. ἔπειτα ἐκ τοῦ χάσματος ἀναφέροντα διάκυροι λίθοι ἀπλετομεγέθεις, καὶ τηλικοῦτος βρόμος γίνεται, καθ' ὃν καιρὸν συμβαίνει ἐργάζεσθαι τὸν Ἥφαιστον, ὥστε ἐπὶ πεντακόσια στάδια ἀκούεσθαι τὸν ἦχον — οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἀναφυσήματος ἀναῤῥιπτούμενοι μύδροι διὰ τὴν ἐκπύρωσιν πάντοθεν ἰώδεις εἰσὶ καὶ διακεκαυμένοι τὴν ὄψιν, καὶ τὴν δύναμιν καθ' ἥλιον ἔχουσι. νύκτωρ μὲν οὖν πάντα τὰ περὶ τὴν ἐργασίαν τοῦ θεοῦ γινόμενα καλῶς δηλοῦται, μεθ' ἡμέραν δὲ ἐκ τῆς κορυφῆς, ὅθεν ἡ φλὸξ ἀνίησιν, ὥσπερ νέφος ὑπεγκείμενον ὁρᾶται. — V. 49. ἄεθμα, flammae erumpentes. λάβρον ἐπ' ἄεθμα πυρός. *Antip. Sidon.* Ep. LXIII. — ¶. 96.] V. 56. Ad varia fontium miracula enarranda pergit. Primum commemorat fontem oblivionis, deinde alium ebrietatis cauſam. *Leſſingii* conjectura ad h. l., ἄλλη δὲ ποιεῖ μνήμην, antitheſin efficit ſatis elegantem, et firmari poſſit loco *Plinii* L. XXXI. 2. p. 548. *In Boeotia ad Trophonium Deum juxta flumen Orchomenon duo ſunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert, inde nominibus inventis.* At praeterire non poterat *Paulus* eos fontes, qui inebriare putabantur, quales multi commemorantur ap. veteres. Vide *Huetium* p. 59. Hodie ſatis obſervata plurimorum fontium aquae acidae virtus, potantes vertigine afficiens. Quocum *Plinii* conſpirat narratio L. II. p. 121. *Lynceſtis aqua, quae vocatur acidula, vini modo temulentos facit.* De hoc flumine *Ovid.* XV. Met. 329. *Huic fluit effectu dispar Lynceſtius amnis, Quem quicunque parum moderato gutture traxit, Haud aliter titubat, quam ſi mera vina bibiſſet.* — V. 58. ἔλαιον βλύζει. *Athen.* L. II. p. 42. F. ἐν τῇ Καρχηδονίων δὲ ἐπικρατείᾳ κρήνη ἐστίν, ἧς τὸ ἐφιστάμενον ἐλαίῳ ἐστὶν ὅμοιον. — καὶ παρ' ἄλλοις δ' εἰσὶ λίπος ἔχουσαι τοιοῦτον, ὡς ἡ ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὲρ ἧς Ἀλέξανδρος ἐπέστειλεν, ὡς ἐλαίου κρήνην εὑρηκώς. Alia laudat *Huetius* p. 59. ſq. *Beckm.* ad *Ariſt.*

M. Auſc. c. 123. p. 253. — V. 59. γάλα. Quae *Hueſius* ad h. v. attulit, parum ſunt appoſita. *Pauſan.* L. IX. 34. p. 778. apud Coroneam fontes eſſe dicit, papillis ſimiles, unde ὅμοιον γάλακτι ὕδωρ ἄνιεσιν. — V. 61. πτηνῶν. Cod. Vulcan. πτηνόν, ut ſit ταχεῖα θεραπεία· eadem lectio eſt in Cod. Gud. Vulgatae veritatem arguit metrum et *Ariſtotel.* Mir. Auſc. c. XXVIII. p. 62. περὶ Σικελίαν δέ φασιν εἶναι ὕδατος συστρεμμάτιον, εἰς ὃ τὰ πεπνιγμένα τῶν ὀρνέων καὶ τῶν λοιπῶν ζώων ὅταν ἀποβαφῇ, πάλιν ἀναβιοῖ. — ubi συστρεμμάτιον aut vortex eſt, aut lacus rotundus. Ad utrumque vox τροχάζει accommodata. — V. 62. ποθοῦσιν. Male *Bochartus* ποτοῦσιν tentabat. — V. 63. μισητρόν. τὸ μῖσος ἐμποιοῦν. φίλτρον δὲ τὸ φιλίαν ἐμποιοῦν· κατὰ ταῦτα λέγεται καὶ θέλγητρον τὸ ἐμποιοῦν τέρψιν· καὶ φόβητρον τὸ ἐμποιοῦν φόβον καὶ ἕτερα. *Schol.* in Cod. Gud. *Gruterus* margini adſcripſerat μισγητόν, infeliciter. Spectant haec verba fontem Clitorium, de quo *Athen.* L. II. p. 43. F. Φύλαρχος δέ φησιν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide Ep. ἀδεσπ. CXCVIII. — V. 64. μέσης ſuſpicabatur *Vulcanius*, ſine cauſa idonea. — Hoc miraculum commemorat *Lucret.* L. VI. 891. *Quod genus endo mari Aradio fons dulcis aquaï, Qui ſcatit, et ſalſas circum ſe dimovet undas. Et multeis alieis praebet regionibus aequor Utilitatem opportunam ſitientibu' nauteis, Quod dulceis inter ſalſas intervomit undas. Plin.* L. XXXI. 2. p. 546. *Vaporant* (aquae calidae) *et in mari ipſo, quae Licinii Craſſi fuere; mediosque inter fluctus exſiſtit aliquid valetudini ſalutare.* Anth. Lat. L. III. Ep. XXXI. p. 479.:

Alpheum fama eſt dulcem per Thetidos arva
Currere, nec laedi gurgitibus pelagi.
Dant ſimile exemplum noſtri miracula fontis:
Vicinum patitur, nec ſapit unda ſalum.

— V. 66. Antra et ſpiracula, quae vapores μαντικοὺς exhalabant, plurima commemorat *Hueſius* p. 62. Qui

inter recentiores de antris, unde flatus oriuntur, ſcripſerint, vide ap. *Beckm.* ad *Antig. Caryſt.* c. CXXXIX. p. 189. — V. 68. ἄσφαλτον. Notus lacus Aſphaltites, de quo *Strabo* L. XVI. p. 1107. *Diodor. Sic.* L. XIX. 98. Alia multa vide ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. Cf. *Beckm.* ad *Ariſtot.* Mir. Auſc. c. CXXXIX. p. 282. ſq. — V. 70. Longe majus miraculum, quod fons quidam vituperatus turbabatur, laudatus ſplendebat. Hujusmodi fontis alibi commemorati ſe non meminiſſe fatetur *Huetius*, qui vulgatum δολοῦται cum *Vulcanio* et Codd. reg. in θολοῦται mutavit. Sic habet etiam Cod. Gud. — ψόφῳ *Vulc.* Huc traxeris *Solin.* c. 5. *In Haleſina regione fons alias quietus et tranquillus, cum ſiletur; ſi inſonent tibiae, exultabundus ad cantus elevatur, et, quaſi miretur vocis dulcedinem, ultra margines intumeſcit. Priſcian.* Periegeſ. v. 499. *Hic et Haleſinus fons eſt, mitiſſimus undis: Tibia quem extollit, cantu ſaltare putatur Muſicus, et ripis laetus excurrere plenis.* Alius fons erat, in quo ſimile miraculum celebrat *Claudian.* de VI. Conſ. Honor. 508. *Nec te miracula fontis Praetereunt, tacito paſſu quem ſi quis adiret, Lentus erat; ſi voce gradum majore citaſſet, Commiſtis fervebat aquis.* — V. 74. κρυπτοὺς δόλους. Reſpexit fortaſſe fontem Siciliae, quem perjuria prodere narrat *Ariſtot.* M. Auſc. c. LVIII. p. 115. Simile quid de Sardiniae fonte *Priſcian.* Perieg. v. 468. et *Solinus* c. IV. Prope oppidum Tyana Jovis ὄρκιον aqua erat, cui eandem vim tribuebat ſuperſtitioſa antiquitas: τοῦτο (τὸ ὕδωρ) εὐόρκοις μὲν ἡδύ τε καὶ ἥλεων, ἐπιόρκοις δὲ παρὰ πόδας ἡ δίκη· ἀποσκήπτει γὰρ καὶ εἰς ὀφθαλμοὺς καὶ εἰς χεῖρας καὶ εἰς πόδας. — quae ducta ſunt ex *Philoſtr.* Vit. Apoll. L. I. 6. p. 7. De alio fonte, qui pudicitiam arguebat, vide *Solin.* c. V. *Priſcian.* Perieg. 489. ſq. — V. 75. Virtus acidarum aquarum in purgandis humoribus ſatis ſpectata. — V. 77. Duos hos verſus primus in Cod. invenit *Vulcanius*, neque tamen

eos in textum recepit. Id primus fecit *Leſſingius*, qui eosdem in Mſc. Gudiana reperit. — χαῦνον. παρελελυμένον ἤτοι ἐκλελυμένον, ἐναντίον τῷ συνεστηκότι καὶ συνεσφιγμένῳ. *Schol. Vulc.* Vocem χαῦνος illuſtratam dedit *Foeſius* in Oec. Hippocr. V. — V. 79. Quosdam fontes ſolis aeſtus amaros reddit, qui noctis frigore dulces redduntur. — Contrarium quendam effectum tradit *Plin.* H. N. II. 106. p. 120. *In Troglodytis fons Solis appellatur dulcis, circa diem maxime frigidus, mox paulatim tepeſcens ad noctis media, fervore et amaritudine infeſtatur.* — V. 83. ὅλβος πηγῆς per periphraſin de fonte mirabili quadam facultate praedito. Non de uno autem, ſed de diverſis fontibus agi, monuit *Huetius.* In aliis vult nihil mergi, nihil fluitare in aliis, ſed omnia deorſum ferri. ὡς ἄχνην *Leſſingius* recepit ex emendat. *Huetii.* *Senec.* N. Qu. III. 25. *Eſt adhuc in Syria ſtagnum, in quo natant lateres, et mergi projecta non poſſunt, etſi gravia ſunt. Plin.* H. N. XXXI. 18. p. 549. *Cteſias tradit, Siden vocari ſtagnum in Indis, in quo nihil innatet, omnia mergantur. Caelius apud nos in Averno ait etiam folia ſubſidere. — Contra in Africae lacu Apuſcidamo omnia fluitant, nihil mergitur. Item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni.* Fontem in Aethiopia, cui ne leviſſimae quidem res innatent, commemorat *Herodot.* L. III. 23. p. 205. Plura dedit *Huetius.* Cf. *Beckm.* ad *Ariſtot.* M. Auſc. p. 219. — Pro κοίφην Cod. Gud. κρύφην exhibet. — ¶. 97.] V. 87. Ducta ſunt haec ex *Ariſtotel.* c. CXXVII. p. 261. Ἐν δὲ Σκοτούσαις τῆς Θετταλίας φασὶν εἶναι κρηνίδιόν τι μικρόν, ἐξ οὗ καὶ βεῖ (fort. καταῤῥεῖ) τοιοῦτον ὕδωρ, ὃ τὰ μὲν ἕλκη καὶ θλάσματα ταχέως ὑγιεινὰ ποιεῖ καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑποζυγίων. Idem et alii tradiderunt, quos laudat *Beckmann.* Haereo in voce στρέφει, quod contrarium ejus ſignificare videtur, quod *Paulus* dicere voluit. Vide *Foeſii* Oecon. Hipp. v. στρέμμα.

Cod. Gud. habet τρέφει· in quo cum vulgatis edd. conſpirat. Hoc ſenſum efficit ſatis idoneum. Aqua illa fracta oſſa conglutinat, et praeterea corpus nutrit ac pingue reddit. — V. 93. Haec iterum ex *Ariſtotele* traducta ſunt, c. CL. p. 310. de fonte in Illyriis Ardiaeis: ὃ ὕδωρ λαμβάνοντες, τὰς μὲν ἡμέρας ἐν τῷ στεγνῷ φυλάττουσι, τὰς δὲ νύκτας εἰς τὴν αἰθρίαν τιθέασι· καὶ πέντε ἢ ἓξ ἡμέρας τοῦτο ποιησάντων αὐτῶν, πήγνυται τὸ ὕδωρ καὶ γίνεται κάλλιστον ἅλας. — Pro εἰ νυξίν, *Vulcanius* in Schol. ἐν νυξὶν legit, quod explicat ἐν ἀσκέπτῳ τόπῳ. Eum ἀσκέπτῳ ſcribere voluiſſe, eamque gloſſam ad αἰθριάζοις pertinere, recte exiſtimat *Leſſingius*. — V. 96. Eſt alius fons, qui potaturos et verſus eum ſeſe inclinantes fugere videtur. Vulgatum βλέπει *Leſſingius* cum *Huetio* mutavit in βλέπεις. Alii aliter. Doctiſſimus hujus carminis interpres comparavit *Sotionem*: ἐν δὲ Ἀλιφάνῃ τῆς Ἰταλίας φρεάτιόν ἐστι βαθύ, οὗ τὸ μὲν ὕδωρ βλέπεται, ἡλίκον δ' ἂν τις χαλάσῃ σχοινίον, οὐκ ἐφάπτεται τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἀπό θείου τινὸς κωλύεται. — V. 100. De fontibus res injectas cruſta lapidea inducentibus *Seneca* Qu. N. III. 20. laudato *Ovidio* Met. XV. 314. *Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit Viſcera, quod tactis inducit marmora rebus.* De Silaro, Campaniae fluvio, *Sil. Ital.* L. VIII. 583.:

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite trahunt
Durities lapidum merſis inoleſcere ramis.

Cf. *Harduin.* ad *Plin.* L. II. p. 120. *Beckm.* ad *Ariſtot.* c. 98. p. 200. ad *Antig. Caryſt.* c. 151. p. 198. — V. 104. Derivata ſunt haec ex *Ariſtot.* c. LVII. p. 114. ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Συρακούσας κρήνη ἐστὶν ἐν λειμῶνι οὔτε μεγάλη, οὔτε ὕδωρ ἔχουσα πολύ· συναπαντήσαντος δὲ εἰς τὸν τόπον ὄχλου πολλοῦ, παρέσχεν ὕδωρ ἄφθονον. — V. 108. *In agro Pitinate trans Apenninum fluvius Novanus omnibus ſolſtitiis torrens, bruma ſiccatur. Plin.* L. II. p. 121. Idem de fontibus circa Aſcanium lacum tradit *Ariſtot.* c. 55. p. 112. τοῦ χειμῶνος ἀναξηραίνεται πάντα τὰ φρέατα, ὥστε

μὴ ἐνδέχεσθαι βάψαι τὸ ἀγγεῖον· τοῦ δὲ θέρους πληροῦται ἕως τοῦ στόματος. Cf. *Antig. Caryſt.* c. 178. p. 220. Ad utrumque locum conſ. *Beckmannus.* — V. 112. De lacu Aſcanio haec tradit *Plin.* L. XXXI. 46. p. 564. *Mirum in lacu Aſcanio et quibusdam circa Chalcida fontibus, ſummas aquas dulces eſſe potarique, inferiores niſroſas.* *Ariſtotel.* l. c. c. LIV. p. 110. Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ οὕτω νιτρώδες ἐστι τὸ ὕδωρ, ὥστε τὰ ἱμάτια οὐδενὸς ἑτέρου ῥύμματος προσδεῖσθαι. Comparavit cl. editor *Strabon.* L. XI. p. 801. — ¶. 98.] V. 116. *Ariſtotel.* c. LXXXII. p. 161. ἔτι δὲ λίμνη ἔοικε πλησίον τοῦ ποταμοῦ, ὕδωρ ἔχουσα θερμόν· ὁσμὴ δ' ἀπ' αὐτῆς βαρεῖα, καὶ χαλεπὸν ἀποπνεῖ· καὶ οὔτε ζῶον οὐδὲν πίνει ἐξ αὐτῆς, οὔτε ὄρνεον ὑπερίπτατται, ἀλλὰ πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. Cf. *Apoll. Rhod.* L. IV. 597. ſqq. 621. ſq. *Cluver.* Ital. L. III. p. 148. — V. 121. In eadem regione populi dicuntur naſci, unde electrum deſtillat. Hoc quoque derivatum ex *Ariſtotel.* p. 161. εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλάς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. οἱ δὲ λέγουσιν ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον, καὶ συλλεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων διαφέρεσθαι εἰς τοὺς Ἕλληνας. *Apoll. Rhod.* L. IV. 603.

— ἀμφὶ δὲ κοῦραι
Ἠλιάδες, ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισι,
μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόον· ἐκ δὲ φαεινὰς
ἠλέκτρου λιβάδας βλεφάρων προχέουσιν ἔραζε.
αἱ μέν τ' ἠελίῳ ψαμάθοις ἔπι τερσαίνονται·
εὖτ' ἂν δὲ κλύζῃσι κελαινῆς οἴδματι λίμνης
ἠϊόνας πνοιὴ πολυηχέος ἐξ ἀνέμοιο,
δὴ τότ' ἐς Ἠριδανὸν προκυλίνδεται ἀθρόα πάντα
κυμαίνοντι βόῃ.

φυτῶν jungendum cum ἐξαγούσας. Exſpectaſſes κλάδων vel φλόων, vel ſimile quid. φυτῶν tamen a *Paulo* ſcriptum eſſe puto. — V. 124. πίπτει eſt ex emend. *Huetii*, pro πίκτει, quod non habet, quo referatur; πίπτειν confirmat locus *Ariſtotelis* modo commemoratus. — V. 127.

ὦ τοῦ. *Gruterus* margini adſcripſerat ὠχροῦ. inepte. — V. 128. Sequentibus lucem accendit *Ariſtoteles* c. CXXII. p. 249. qui ex *Polycrito*, rerum Sicularum ſcriptore, haec narrat: εἶναι — λίμνιόν τι ἔχον ὅσον ἀσπίδος τὸ περίμετρον· τοῦτο δ' ἔχειν ὕδωρ διαυγὲς μέν, μικρῷ δὲ θολερώτερον. εἰς τοῦτ' οὖν ἐάν τις εἰσβῇ, λούσασθαι χρείαν ἔχων, ἀὔξεσθαι εἰς εὖρος· ἐὰν δὲ καὶ δεύτερος, μᾶλλον πλατύνεσθαι· τὸ δὲ πέρας ἕως εἰς πεντήκοντα ἀνδρῶν ὑποδοχὴν μεῖζον γενόμενον διευρύνεσθαι· ἐπειδὰν δὲ τοῦτον τὸν ἀριθμὸν λάβῃ, ἐκ βάθους πάλιν ἀνοιδοῦν, ἐκβάλλειν μετέωρα τὰ σώματα τῶν λουομένων ἕξω ἐπὶ τὸ ἔδαφος. Similes fabulas comparaverunt *Beckm.* et *Huetius.* — V. 140. κρύπτων τὸ καῖον. edd. Aldin. verſu mutilo. κρυπτὸν ἔχων τὸ κ. *Stephan.* et ſic *Vulc.* in Schol. τὸ καῖον· τὴν καυστικὴν δύναμιν. *Leſſing.* ex Cod. Gud. κρύπτον ἔσω τὸ κ. edidit, in notis autem κρύπτων praefert. Quod ad rem ipſam attinet, *Paulus* ſequitur auctorem *Ariſtotelem* c. XXXIV. p. 76. φασὶ δὲ καὶ περὶ Ἀτιτανίαν — εἶναί τινα πέτραν, ἐξ ἧς τὸ μὲν ἀνιὸν πῦρ οὐ φανερόν ἐστιν· ἐπειδὰν δὲ ἔλαιον ἐπιχυθῇ ἐπ' αὐτήν, ἐκφλογοῦται. De cauſis hujus miraculi vide *Beckm.* ad cap. 139. p. 283. — V. 143. Alius eſt lapis ardens, cujus flamma oleo reſtinguitur. De gagate lapide *Plinius* L. XXXVI. 34. p. 749. *Cum uritur, odorem ſulphureum reddit; mirumque, accenditur aqua, oleo reſtinguitur.* ubi vid. *Harduin.* et *Beckm.* ad *Ariſtot.* p. 259. — V. 142. στάζεις. Cod. Gud. *Vulcan.* in Scholiis: γρ. ἐκ παλαιοῦ ἀντιγράφου· ἔλαιον ὑπερστάξας, quod metrum jugulat. — ¶. 99.] V. 147. δέλτοι. Phyſicorum ſive Geographorum libri. Habet et hoc ex *Ariſtotele* c. CXXIV. p. 254. qui poſtquam quaedam tradidit de fonte oleum fundente in agro Carthaginienſium, addit haec: φασὶν καὶ ταύτης τῆς κρήνης πλησίον εἶναί τινα πέτραν, αὐτοφυᾶ, μεγάλην τῷ μεγέθει. ταύτης οὖν λέγουσιν, ἐπειδὰν μὲν ᾖ θέρος, φλόγα ἀνάπτειν πυρός· χειμῶνος δὲ γενομένου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου κρουνὸν ὕδατος ἀναβαίνειν, οὕτω ψυχροῦ, ὥστε χιόνι συμβαλλόμενον, μηδὲν

διαφέρειν. Plura ejusmodi fontium, naphthâ, aquae innatante, ardentium, exempla profert ad illum locum *Beckm.* — V. 151. Fons quidam deſcribitur, cui lapides inſint ardentes. Rem narrat *Ariſtotel.* c. 125. p. 257. qui in Thracia fluvium eſſe ait, Ponti nomine, ἐν ᾧ καταφέρεσθαί τινας λίθους, οἳ καίονται, καὶ τοὐναντίον πάσχουσι τοῖς ἐκ τῶν ξύλων ἄνθρακι. βιπιζόμενοι γὰρ σβέννυνται ταχέως, ὕδασι δὲ βαινόμενοι, ἀναλάμπουσι καὶ ἀνάπτουσι κάλλιον. Cf. *Antig. Caryſt.* c. 151. p. 198. Haec exſcribentem *Paulum* pro ὕδατι legiſſe αἵματι cenſebat *Huetius.* — V. 151. In Aldin. legitur ἅπτοντας αἰείδαμας. Vitioſius etiam *B. Vulcanius:* ἅπτοντες ἀείδαμας. In Schol. autem profert lectionem, ut ex Msto derivatam, ὡσεὶ δᾷδας. *Leſſingius* αἰεὶ δᾷδας exhibuit, probante Viro D. in Bibl. Philol. T. II. 2. p. 167. qui v. 155. ſuſpicatur *Paulum* dediſſe: εἰ νᾶμα βαίνων σπείσεις, quo hic locus cum *Ariſtotele* conciliatur. — V. 157. Fontem, in quo aqua cum igne commiſta ſit, commemorat *Achilles Tat.* L. II. p. 95.: τὸ γοῦν τῆς Σικελικῆς πηγῆς ὕδωρ κεκερασμένον ἔχει πῦρ, καὶ φλόγα μὲν ὄψει κάτωθεν ἀπ' αὐτῆς ἀλλομένην ἄνωθεν· δίγοντι δέ σοι τὸ ὕδωρ ψυχρόν ἐστιν οἷόν περ χιών. quem locum comparavit *Huetius.* — V. 158. μίγδην. ex Cod. Gud. Vulgo σμίγδην, quod recentioris eſt graecitatis. Vide *Ducange* Gloſſ. p. 1404. et *Bernardum* ad *Theoph. Nan.* T. I. p. 223. — V. 160. τετρακτύος πιστοῦται. „Optime Scholiaſtes: τουτέστι, τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων „μίξιν βεβαιοῖ. Notanda τετρακτὺς et τετρὰς Pythagoreo„rum, quam et Gnoſtici deliriis ſuis inſeruerunt: radix, „principium, cauſa, vinculum rerum omnium. Prae„cipue vero quatuor elementorum connexionem ſigni„ficabat. Haec autem φίλεχθρος μίξις elementorum ſex „notat Empedoclis principia: paſſiva quatuor, ipſa ni„mirum elementa; duo activa, amicitiam et diſſidium.“ *Huet.* Notus locus in Aureis Carm. v. 47. καὶ μὰ τὰν ἀμετέραν ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, πηγὰν ἀενάου φύσεως.

de quo differit *Cudworth* in Syſt. Intell. T. I. p. 575. ſqq. ubi *Mosheim.* not. *q.* p. 578. Vid. eundem de quatuor Empedoclis principiis p. 23. ſqq. Loca veterum de ejusdem opinione de φιλία et ἔχθρα elementorum collegit *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* VIII. 76. p. 384. et *Meiners* Hiſt. de Vero Deo p. 354. — V. 164. *Aldus* κρυπῶν. *Vulcan.* κρίνων. In marg. exempli Gruteri quidam notaverat κυρυπῶν ἢ κρυπῶν. Vera lectio eſt ap. *Stephan.* et in Cod. Gud. — V. 168. Hortatur poëta homines, ut deum ſibi mente fingant, nulla ejus imagine facta. Imaginum cultus Juſtiniani aevo paſſim introductus videtur, quia eum ad inflammandum pietate animum vim quandam habere exiſtimabant. Vide *Agathiae* Ep. XXXVIII. Dei tamen ſimulacrum fieri Nicenum quoque concilium, quod imaginum venerationem ſanciebat, vetuit. — V. 174. »ἀναρχοφωτόμυστον. Luce lucens »aeterna et arcana. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὃν εἶδεν οὐδεὶς »ἀνθρώπων, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται, ait Paulus I. ad Timoth. »VI. 16. Gregor. Naz. Od. III. Χριστέ μου, λόγε Θεοῦ, φῶς »ἐκ φωτὸς ἀνάρχου. Joannes Damaſc. Or. de Transf. Dom. »οὕτω καὶ ὁ Χριστός, φῶς ἐκ φωτὸς ἄναρχον καὶ ἀπρόσιτον,« *Huetius.* — ¶. 100.] V. 175. ἀῤῥητολεπτοπνευστον. Ad ſpiritum dei omnia mirabili et ineffabili modo permeantem hoc referendum eſt. — V. 176. φέρον pro *regens* et *moderans* poſitum illuſtrat doctiſſimus Praeſul. τὸ φέρον pro τὸ περιέχον dixit *Pallad.* Ep. CI^{b}. ubi vid. not. T. II. P. III. p. 247. — V. 177. τὸ πάνσοφον χωρίον eſt mundus ipſe ſumma cum ſapientia deſcriptus et ſervatus. — V. 179. οὕτως. Cod. Gud. Idem v. 181. ξυνῆξε. — V. 182. πίστις. rebus obſcuris res manifeſtae fidem faciunt, magnis parvae. i. e. ex rebus oculis noſtris ſubjectis deus cognoſcitur, quo nihil majus nec fieri nec cogitari poteſt. Harum igitur rerum adſpectu commotus, triplicem illam lucem etiam magis cupies intelligere. ἡ τρισσόφωτος φαῦσις eſt Trinitas. — V. 189. θεὸ-

σεις. Cod. Gud. — τὸ κρεῖττον, mentem, meliorem tui partem, ad divinae naturae perfectionem attolles. μετουσίᾳ *Leſſingius* interpretatur τῇ μεταλήψει τῆς εὐχαριστίας argutius, ni fallor, quam verius. Appoſite laudavit *Hueſius Agapetum* in Paraen. c. 3. ὁ γὰρ ἑαυτὸν γνούς, γνώσεται θεόν· θεὸν δ' ὁ γνοὺς ὁμοιωθήσεται θεῷ· ὁμοιωθήσεται δὲ θεῷ, ἄξιος γενόμενος θεοῦ. et *Nicolaum Methon.* τῆς τελετῆς τέλος μετουσία Χριστοῦ καὶ ζωὴ αἰώνιος· ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν, τῶν μετεχόντων ἐκθέωσις.

LXXV. Vat. Cod. p. 501. *Stobaei* Flor. III. p. 51, 34. Gesn. 25. Gr. Plan. p. 108, St. 158. W. Ab una ſapientia omnem vitae beatae ſpem pendere docet. — V. 1. Non vita per ſe, ſed vita ſine moleſtiis et aerumnis jucunda eſt. — V. 2. τὰς πολιοκροτάφους. γήρας πολιοκρότα φον *Bacchyl.* Fr. XVIII. Curae canitiem ante tempus adducunt. — V. 3. ἡ περισσή, nimia divitiarum cupiditas. Comparavit haec *Mitſcherl.* ad *Horat.* III. Od. XVI. 17. *Creſcentem ſequitur cura pecuniam, Majorumque fames. Ovid.* Faſt. I. 211. *Creverunt et opes, et opum furioſa cupido: Et cum poſſideant plurima, plura volunt.* Nota avari comparatio cum hydropico, cujus auctor fuiſſe videtur Diogenes. Vide *Stob.* Flor. X. p. 131. — V. 6. „καὶ βιότου θάνατον. elegantius quam vulgo καὶ θά„νατον βιότου. Sic Vat. membr. et Planud. ut e codd. ma„nifeſtum eſt.“ *Br.* In Vat. Cod. tamen vitioſe καὶ βίοτον θανάτου. — V. 8. μίαν ὀρῶν. Vat. Cod.

LXXVI. Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 220. St. 320. W. „Lemma in Vatic. ineptiſſimum εἰς ζωγράφον τινὰ καλού„μενον Χρυσόμαλλον. Erat autem homo ille pantomimus, „qui, ut videtur, tragicam ſaltabat, cujus argumenta „erant priſcorum heroum caſus, ἀρχεγόνων μερόπων.“ *Br.* — V. 1. Χρυσόμαλε. Vulgo. — τὸ χάλκεον, ſecundum Homericum τὸν χάλκεον ὕπνον ἰαύειν. Ludere videtur poëta in verbis Χρυσόμαλε et χάλκεον. — ¶. 101.] V. 3.

νεύμασιν ἀφῆ. Nutibus et digitis, non lingua, loquebantur pantomimi. Vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — σιωπή. Illud ſilentium, quo nos oblectabas olim, nunc, cum tibi a morte ſit impoſitum, triſte et odioſum videtur.

LXXVII. Bis legitur in Vat. Cod. poſt titulum, et p. 252. ubi *Paulo* tribuitur. In Plan. p. 206. St. 300. W. ἄδηλον eſt. Hunc luſum, quo niſil poſt mortem ad nos pertinere et ne famam quidem rerum in vita actarum noſtram eſſe docet, comparavit *Gataker.* ad haec *M. Antonini* L. IV. 19. p. 104. ὑπόθου δ', ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνημένοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη. τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα· ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα τί ὁ ἔπαινος; *Boëthius* de Conſol. II. 7. *Quid eſt quod ad praecipuos etiam viros, qui virtute gloriam petunt, de fama poſt reſolutum morte ſuprema corpus attineat? nam ſi, quod noſtrae rationes credi vetant, toti moriuntur, nulla eſt omnino gloria: cum is, cujus ea eſſe dicitur, non exſtet omnino.* — V. 1. τί δὲ τοῦτο. Vulgo et in Vat. Cod. utroque loco. — εἴς τι. Vat. Cod. — V. 4. τινί. Vat. Cod.

LXXVIII. Vat. Cod. p. 303. Edidit *Valeſius* in not. ad Socratem p. 375. ed. Cantabr. p. 70. ed. Pariſ. *Jenſius* nr. 91. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 77. *Reisk.* Anthol. nr. 742. p. 152. *Toup.* in Epiſt. de Syrac. p. 335. In Cod. lemma eſt: εἰς τάφον Ἀττικοῦ τινος ζῶντος ἑαυτοῦ κατασκευάσαντος. Atticum Epiſcopum ex Sozomeno commemorat *Suidas* v. Ἀττικός· eumque vitae ſuae finem praeſenſiſſe narrat *Socrat.* L. VII. 26. Sed quoniam Atticus ille ſub Honorio et Theodoſio juniore vixit, et ſatis diu ante *Paulum* noſtrum, a. p. Chr. 425. obiit, de auctore carminis dubitarunt *Valeſius* et *Reiskius.* Et hic quidem ſuſpicatus eſt, illud ſcriptum eſſe a Calliopio, Attici amico, apud Nicaeam presbytero. Haec con-

jectura admodum infirmo nititur tibicine. Primum nihil est, quod evincat, Atticum illum, cujus sapientiam Noster celebrat, et Atticum Epicopum, quem illi commemorant, eundem fuisse hominem; deinde, licet hoc certum sit, non tamen propterea de auctore Epigrammatis dubitandum aut incertissimis cum *Reiskio* indulgendum suspicionibus. Passim enim Epigrammatarii stilum exercuerunt in laudibus hominum, qui diu ante eos obierant. — V. 1. Sepulcrum loquitur, ut Ep. ἀδεσπ. DCXXXIV. — παναγρέοις Vat. Cod. quod *Salm.* emendasse videtur. A corruptelae suspicione, quam *Jensius* movit, verba παναγρεὺς μοῖρα vindicat *Dorvillius*. Parcam sibi poëta finxit venatricem et omnia retibus suis includentem. πάναγρα, πανάγρια. (λίνα) ἐν οἷς τὰ λεπτὰ καὶ ἀδρὰ θηρεύεται. et παναγρεύ· τοῦ πάντα θηρεύοντος. *Hesych.* Ap. *Aeschyl.* Agam. 358. nemo Trojanorum dicitur effugisse μέγα δουλείας γάγγαμον, ἄτης παναλώτου. Ibid. 1040. μόρσιμα ἀγρεύματα, retia fatalia, i. e. fati, mortis, occurrunt. Neque in παναγρεὺς quisquam haerere debet, cum poëtae saepenumero adjectiva masculae terminationis, a substantivis derivata, cum femininis conjungere soleant. Hujus generis sunt Ἐριννύες λωβητῆρες in *Soph. Antig.* 1087. ubi vid. Schol. Multa similia collegit *Abresch.* ad *Aesch.* T. I. p. 93. — V. 3. παίζων. Virtute mortis timorem pellens et contemnens. — V. 4. ἥλιος. Metaphorica significatione de iis, qui pulchritudine, gloria, virtute splendent, passim obvium. Vid. not. ad *Meleagr.* Ep. XXXV. T. I. P. I. p. 55. *Horat.* I. Serm. VII. 24. *Solem Asiae Brutum appellat stellasque salubres Appellat comites. Himer.* Ecl. XIII. 35. p. 236. ver nobis adducet αὐτὸν τὸν ταῖς χρυσαῖς ἀκτῖσι καταυγάζειν μέλλοντα τὴν Ἰωνίαν ἥλιον.

LXXIX. Vat. Cod. p. 302. sq. Planud. p. 193. St. 281. W. In servum haec scripta esse, temere sibi persuadebat *Brodaeus* ex verbis ἐλευθερίην ἐπιπρέπεις, quibus

libertas indicatur, quam mens, vinculis rerum terrenarum ſoluta, morte nanciſcitur. — ἐπειμένος dictum ad *Homeri* imitationem Il. α. 149. ὥ μοι ἀναιδείην ἐπειμένη. Il. η. 164. ἐπειμένοι ἀλκήν. — V. 3. κρέασσον. Vat. Cod.

LXXX. Vat. Cod. p. 208. Plan. p. 269. St. 387. W. Expreſſum ex *Antip. Sidonii* Ep. LXIX. — V. 1, 2. laudat *Suid.* in ἐγχιάλεια T. I. p. 43. — V. 3. ὀλίγη. *Ovid.* III. Amor. XV. 11. *Atque aliquis ſpectans hoſpes Sulmonis aquoſi Moenia, quae campi jugera pauca tenent; Quae tantum, dicet, potuiſtis ferre poetam, Quantulacunque eſtis, vos ego magna voco.* — V. 6. ὠδίων. Vat. Cod. ἐπ' Plan. — Delus Apollinem a matris ſinu accepit.

¶. 102.] *LXXXI.* Vat. Cod. p. 300. Bis extat in Planud. p. 213. 281. St. 310. 407. W. „Lemma in „Vat. Cod. εἰς Δαμέχαριν τὸν γραμματικὸν τὸν Κώϊον τὸν „φίλον καὶ μαθητὴν Ἀγαθίου. Hinc cognoſcitur hujus poë„tae patria.[a] *Br.* — V. 1. ὑπεδύσατο γαῖαν. Plan. altero loco. — V. 3. laudat *Suidas* in ἀμφιρύτη T. I. p. 154. ubi pravam diſtinctionem emendavit *Toup.* Em. in Suid. T. I. p. 28. — In hoc verſu tentabat *Caſaub.* in not. miſc. χρουματικῆς i. β. citra neceſſitatem. Grammatici epitheto ornatur *Damocharis* in membr. Multos hanc profeſſionem cum poëſi conjunxiſſe neminem fugit. — V. 4. Similis color in Moſchi Eid. III. 71.

LXXXII. Vat. Cod. p. 295. Plan. p. 262. St. 378. W. ubi integrum legitur. Iterum, ſed omiſſo primo diſtricho, p. 258. St. 373. W. cum not. marg. περιττόν· ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς ὁλοσχερέως γέγραπται. Scriptum in Leontium, juvenem, qui in peregrina terra procul a parentibus obierat. — V. 1. ξείνοις. Vulgo. — V. 3. φλεφάρων. Vat. Cod. — χύθη. ed. Flor. pr. — V. 5. ἔπλεο. Vat. Cod. Ald. 2. ex Lect. Aldi et Steph. Aliae ἔπλετο. — Priore loco in Plan. ſine varietate ἔπλετο legitur.

LXXXIII. Vat. Cod. p. 302. Plan. p. 259. St. 375. W. „Lemma in Vat. Cod. *εἰς κόρην τινα, Μακεδονίαν, δωδεκέτιν τελευτήσασαν, ἣν δὲ θυγάτηρ αὐτοῦ τοῦ Παύλου ἡ Μακεδονία.* Sic enim legendum videbatur Salmaſio. „Equidem in Cod. ſcriptum *ἡ Μακεδονίου*, unde ſuſpicari „quis poſſit, ſcribi debuiſſe *ἡ Μακεδονίου*, quo ſignificare„tur, puellam illam filiam fuiſſe ipſius Pauli aut Mace„donii. Hujus filiam hoc nomine vocatam fuiſſe veriſi„milius eſt. Praeterea hoc carmen, quod ceteroqui „non invenuſtum eſt, nil habet paterni affectus.“ *Br.* In Apogr. Goth. *ἡ Μακεδονίου* legitur. — V. 3. *ἀμπλακίας.* Vat. Cod. male. — *γόων νέφος.* Triſtitia cum caligine et tenebris comparari ſolet. Cf. *Aeſchyl.* Agam. 132. Perſ. 535. 667. Notum *νέφος ὀφρύων* de fronte triſti et turbida. Vide *Valck.* ad Hippol. p. 183. — V. 5. „Ridiculum in modum corruperunt librarii aut ipſe „Planudes.“ *Br.* Vulgo enim habetur: *δωδεκέτιν γὰρ ἄρουρα μακηδονικὴ σε καλύπτει.*

LEONTII SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 103.] *I.* Vat. Cod. p. 138. Plan. p. 467. St. 607. W. Ad poculum dulciſſimo amicae ori admotum. — V. 1. *ἅμελγε, τὸ μέλι τοῦ στόματος* ſcil. *Apollonid.* Ep. VI. *κηρῶν μέλι πολλὸν ἀμέλξας. Schol. Ariſt.* Aves 498. *ἀπέβλισε. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κηρίων ἢ ἀπὸ τῶν γάλα ἀμελγόντων.* — *οὐ φθονέω.* Solemnis formula, cum aliorum bona et fortunam laudamus. Huc referendus *Theocrit.* Eid. I. 62. *κοὔτοι τι φθονέω.* Vide not. ad *Straton.* Ep. L. T. II. Vol. III. p. 94. — V. 2. laudat *Suidas* in *αἶσα* T. I. p. 658. ubi *δ'* omittitur. In fine Vat. Cod. *τύχειν* (ſic); correctum *ἔχειν.*

II. Planud. p. 291. St. 430. W. ubi in lemmate ὑπάρχου habetur. Saepe haec vocabula permutantur. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 407. ſq. ἔπαρχος h. l. idem, qui πτολίαρχος, *praefectus Urbis.* Cf. *Valeſius* ad *Euſeb.* Hiſt. Eccl. IV. p. 239. Hunc noſtrum *Gabrielem* tamen ὕπαρχον dicit *Suidas* in Ἰωάννης Φιλαδελφεύς, Λυδός. — πρόσωμιλεῖ δὲ ταῦτα Γαβριὴλῳ τινι ὑπάρχῳ. quem locum Epigrammati noſtro admovit *J. Rutgerſius* in Var. Lect. L. III. p. 290. probante *Pearſono* ad *Suidam.* — V. 1. Quemadmodum pictores, ait, cum Solis imaginem repraeſentare inſtituunt, radios ejus et ſplendorem non exprimunt; ſic qui Gabrielem pinxit, ejus virtutes glorioſosque labores exprimere non potuit. *Martial.* X. Ep. 32. *Ars utinam mores, animumque effingere poſſet, Pulchrior in terris nulla tabella foret.*

III. Plan. p. 291. St. 430. W. Scriptum in imaginem Callinici, ſacri cubiculi cuſtodis. Ludit poëta in nomine hominis, quem non ſolum corporis, ſed mentis quoque pulchritudine illo nomine dignum eſſe ait. — V. 4. μειλιχίην. jucundo ſermone. Imperatorem oblectas.

IV. Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: Λεοντίου Σχολ. τοῦ Μινωταύρου εἰς στήλην. Minotauri nomen unde *Leontio* adhaeſerit, non conſtat. Scriptum Epigr., ut videtur, in Petrum Syrum, cui cognomen Barſames, de cujus ap. Juſtinianum auctoritate turpique avaritia multa ſunt ap. *Procopium* Hiſt. Arc. c. XXII. p. 63. ſqq. unde ſua derivavit *Suidas* in Δεξιὸς Tom. I. p. 523. et in πέτρος T. III. p. 104. Cf. *Banduri.* Antiqq. CP. I. 56. p. 590. — V. 2. ἀρχαί. Regiones, quibus praefuerat Petrus, in illa imagine expreſſae fuiſſe videntur, tanquam teſtes laborum ipſi adſtantes. — ἀμοιβαίων πόνων. dignitates ſeſe invicem excipientes: bis enim fuerat Praefectus Praetorio Orientis; bis Comes ſacrarum largitionum. — V. 3. πάντολμης. i. e.

„τῆς ἐπαρχίας τῶν ἱερῶν τῆς ἐν πραιτωρίῳ.“ *Br.* Cf. *Zosimi* Hiſtor. II. 33. p. 156. quaeque ibi ex *Pancirolli* Notit. Imperii attulit *Reitemeier* p. 555. ſq. — V. 4. „Κόλχου πορφυρέου. i. e. conſulatus, qui jus purpurae dabat, „cujus inſigne erat purpura. Ridiculus eſt in his explicandis Brodaeus. Male eum habuit corrupta lectio „Κάλχου πορφυρέης, quae ex Ald. edit. in alias derivata „eſt; nam in Florent., ut in ſcriptis libris, recte legitur „κόχλου. πορφυρέης eſt in tribus Codd. πορφυρέου recepi „ex cod. Jan. Laſcaris.“ *Br.* Κόχλου ſcripſit *Huetius* p. 29. ſed bonam lectionem male interpretatur.

¶. 104.] *V.* Plan. p. 362. St. 501. W. Muſis et Gratiis Rhodocleam aequat, imo anteponit. — V. 1. „Ῥοδόκλεια. ſic Vat. membr. Planudes Καράμαλλε. Vide „Orvillium in Vann. crit. p. 204.“ *Br.* Illuſtris fuit Caramallus pantomimus, quem laudat *Ariſtaenet.* I. Ep. XXVI. p. 63. et *Apollinaris Sidonius* c. XXIII. v. 267. Floruit ſub Zenone imperatore, ut apparet ex *Malalae* Chron. T. II. p. 98. ubi vide *Hodium.* Verum cum vix tolerabile ſit, virum vocari quartam Gratiarum, decimam Muſarum, praeferenda videtur membr. lectio Ῥοδόκλεια. Minime enim audiendus *Corn. de Pauw*, qui ſaltatricem laudari eamque figurate *Caramallum* appellari cenſebat, quod, quaſi alter Caramallus, praeſtantiſſimi hujus pantomimi artem accurate referret. — V. 2. ἄστεος. Conſtantinopolis. — V. 3. ὄμματά σοι eſt in Plan. ὄμμα δέ σοι. Vat. βήματά σοι tentabat *Pauw* ad *Ariſtaen.* p. 174. ὄμματά σοι λάλα, ταρσὰ π. *Toup.* Emend. in Heſych. P. III. p. 5. *oculos argutos* interpretatus. Vide *Bentlej.* ad Tuſc. Quaeſt. III. 9. Sic vero auctor potius, non lectio emendatur. — σοφὰ χειρῶν δ. *Lucian.* de Salt. 69. T. V. p. 161. Λεσβώναξ ὁ Μιτυληναῖος, ὠνὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει. Vide not. ad *Antip. Theſſ.* Ep. XXVII. T. II. P. I. p. 309. — καὶ Μουσῶν. ſic Plan. et Vat. Li-

banius T. IV. p. 1071. 2. ed. R. ἐκείνη γὰρ ὑπερενίκα τὰς Χάριτας, καὶ Μοῦσα μᾶλλον ἦν τῶν Μουσῶν.

VI. Plan. p. 362. St. 501. W. In Helladiae saltatricis imaginem, in *Sosthenio* positam. Sosthenium recentiores appellant sinum Leosthenium in Bosporo. Conf. *P. Gyllium* de Bosp. Thrac. LII. 15. et *Harduin.* ad *Plin.* T. I. p. 205. 28. ubi nostrum quoque Epigramma excitatur. Templum ibi Sosthenium ab Argonautis exstructum et a Constantino M. instauratum narrat *Malala* in Chron. T. I. p. 96. — V. 2. Hic, ubi populus choreas agit verno tempore. In Imperatorum honorem choreae agebantur, (*Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 427.) factionibus non in circo tantum, sed in aliis quoque locis publicis saltantibus. Vide *Reisk.* ad *Constant.* de Cerem. p. 95. — V. 3. ὅππόθι πορθμῷ γαῖα μερίζεται. ad Bosporum. De CPoli *Himerius* in Ecl. XIII. 25. p. 226. τὴν πόλιν ἐκείνην, ἣν ἀπὸ Γαδείρων Εὐρώπη λήγουσα πορθμῷ θαλάσσης πρὸς τὴν Ἀσίαν μερίζεται. — ἀμφοτέραι ἄντυγες. uterque coeli axis, i. e. et Asia et Europa. ἄντυξ de coelo passim obvium. Ep. ἀδεσπ. Byz. XXXIII. ἄντυγος οὐρανίης ἀειδίνητον ἀνάγκην. Ep. ἀδεσπ. DCLXXXIV. εἰς οὐρανοῦ ἄντυγας ἦλθε. *Eustath.* ad *Homer.* Il. γ. p. 483. 12. ἡ μεταφορὰ καὶ οὐρανοῦ ἄντυγα ἐγύρωσεν, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ, ἐξ ἀντύγων οὐρανίων.

VII. Plan. p. 362. St. 502. W. Jejunum Epigramma in eandem Helladiam, quae saltationis artem ad summum fastigium adduxisse dicitur. — V. 2. Μοῦσα. Polyhymniam interpretatur *Mercerus* ad *Aristaen.* I. 26. p. 169. Haec enim Musa *clamosum* orchestarum *silentium*, ut *Cassiodorus* ait, invenisse traditur. In Musar. Imag. T. II. p. 521. *Polyhymnia*: Σιγῶ· φθεγγομένη παλάμης θελξίφρονι παλμῷ, Νεύματι φωνήεσσαν ἀπαγγέλλουσα σιωπήν. ubi vide not. T. II. P. III. p. 417.

VIII. Plan. p. 363. St. 502. W. In eandem Helladiam, quae Hectorem saltabat. — V. 1. Ἕκτορα. car-

men de Hectore. Vide *Valcken.* ad Adon. p. 389. A. B. Alius igitur canebat carmen, quod Helladia saltando exprimebat. Hectorem inter argumenta pantomimorum fuisse, apparet ex facete dicto Antiochensium ap. *Lucian.* T. V. p. 166. μικροῦ μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου, μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, ὡς Ἀστυάναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; — V. 2. χλαῖνα, vestis militaris, *sagum.* *Salmas.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 385. et passim cum *chlamyde* confunditur, ut ap. *Anton. Liber.* c. XXIII. ubi utrumque vocabulum promiscue ponitur. Cf. *Markland.* Epist. ad *Fr. Hare* p. 87. — πρὸς μέλος ἠντίασεν. cum carmine certabat, aemulabatur, verba gestibus accurate exprimere studens. *Alc. Mess.* Ep. X. οὕνεκα Φοίβῳ, Θνατὸς ἐών, θείαν εἰς ἔριν ἠντίασας. — V. 3. Simul desiderio et amore, simul terrore implebantur spectatores. — ὀρχηθμοὶ Ἐνυοῦς. Incessus pugnantium cum saltatione passim comparatur. Hinc Mars ap. *Lycophr.* v. 249. vocatur ὀρχηστής. et Meriones in Il. π. 616. Simile est Euripideum in Phoen. 797. Ἄρης — κῶμον ἀναυλότατον προχορεύεις.

¶. 105.] *IX.* Plan. p. 362. St. 502. W. In membr. lemma: Εἰς εἰκόνα κιθαριστρίας διάχρυσον. Hoc quoque Epigramma vehementer est frigidum. Non homines, ait, Anthusam inauraverunt, sed Jupiter ipse, aurea pluvia descendens, ipsam auro circumdedit. Noluit tamen ipsius puellae corpus tangere, veritus, ne forte Musam, (filiam itaque suam ac virginem) comprimeret. — V. 4. In marg. Wech. εὑρίσκεται καὶ γεγραμμένον· μίσγετ' ἄλ' οὐκ ἐθέλων. Sic habet Ed. Flor. pr.

X. In Vat. in primis foliis. Plan. p. 363. St. 502. W. Libaniam pantomimam cum venustissimis diis comparat. — V. 1. Nomen ipsum venustum quid indicat. Respicitur ad montem Libanon, ubi Venus colebatur *Libanitis*, cujus mentionem facit *Lucian.* adv. Indoct. §. 3.

T. VIII. p. 3. ed. Bip. ubi vide *Gesner*. Unice huc facit locus Anonymi, quem *Godofredus* edidit in Exegesi totius Mundi §. 10. Ἡλιόπολις, ἡ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας εὐμόρφους βόσκει, αἳ παρὰ πάντων ὀνομάζονται Λιβανήτιδες, ὅπου τὴν Κύπριν μεγαλύνως σέβουσι· φασὶ γὰρ αὐτὴν ἐκεῖ οἰκεῖν καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν χάριτα τῆς εὐμορφίας διδόναι. Vide ad Ep. ἀδέσμ. CCLIII. — V. 3. ἄτε κοῦφος vulgo. In membr. obscurum est, utrum κοῦρος an κοῦφος scriptum sit. Equidem posterius hoc non spreverim. — V. 4. Comparavit haec *Mercerus* ad *Aristaenet.* I. 26. p. 175. ubi etiam de saltatrice: Εὐδαίμονες οὖν οἱ Παναρέτην εὑτυχοῦντες, οὕτως ὑπερφέρουσαν καὶ τέχνῃ καὶ κάλλει.

XI. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. In domum inter Zeuxippum et circum sitam. — V. 1. De Zeuxippo, balneo magnificentissimo, vide ad *Christodori* Ecphr. T. II. P. III. p. 302. Hujus balnei et hippodromi prima aedificia exstruxit Severus Imperator, secundum *Cedrenum* p. 252. Haec admodum vicina fuisse, apparet ex *Hesychio Milesio*: καὶ τὸν τῷ Ζευξίππῳ πλησιάζοντα χῶρον τῆς Ἱπποδρομίας, τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακαίμενον κούροις. *Suidas* in v. Σεβῆρος T. III. p. 297. καὶ Ἱπποδρόμιον ᾠκοδόμησεν — συζεύξας αὐτῷ καὶ λουτρὸν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, ὅπερ ἐκαλεῖτο Ζεύξιππον. Cf. *Ducang.* CPol. Chr. L. I. 27. p. 89. — V. 3. Curruum decursionibus matutinis spectatis, post balneum, huc veni coenatum. Hinc justo tempore ad hippodromum redire poteris. Ludorum celebratio a mane usque ad vesperam produci solebat, ita ut plerumque mane quaterni utriusque factionis decursus fierent, totidem vespera. Vide *Onuphr. Panv.* de Circ. L. II. 14. p. 113. Diversus tamen diversis temporibus decursionum numerus. Cf. *Petav.* ad *Julian.* Misop. p. 340. A. et *Reisk.* ad *Constant.* de Cerem. p. 98.

XII. Plan. p. 403. St. 539. W. Expressum est ex Ep. III. in Statuas Athletarum, nisi forte utrumque carmen ejusdem auctoris est.

¶. 106.] *XIII.* Planud. p. 340. St. 479. W. In Satyri graviter dolentis ſtatuam. „Qua de cauſa doleat, „non addit. Suſpicor, ſpinâ pedi infixâ eum doluiſſe, „qua ſpecie Faunum in gemmis videmus, et Fauno ſpi„nam evellentem Satyrum Muſeum Pio-Clementinum „ſervat. T. I. Tab. XLIX.“ Verba ſunt *Heynii* in Comm. Soc. Reg. T. X. p. 89. — V. 1. expreſſus ex *Bionis* Fragm. in Hyacinthum: ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα. — V. 3. Ne ſic quidem ejus dolor ceſſare videtur. Similis color in Ep. *Glauci* V. T. II. p. 348. in Philocteten: ζωογράφων ὦ λῷστε, σὺ μὲν σοφός, ἀλλ' ἀναπαῦσαι Ἄνδρα πόνων ἤδη τὸν πολύμοχθον ἔδει. — καὶ λίθος ὤν. Cf. ad *Antip. Sidon.* Ep. XXXI. T. II. P. I. p. 39.

XIV. Plan. p. 346. St. 485. W. Jamblichi, medici et philoſophi, abstinentia a Venere et lucro laudatur. Diverſus hic Jamblichus ab illo, quem Vita Pythagorae illuſtravit, ſecundum *Jonſium* Script. Hiſt. Phil. III. c. 16. p. 90. et *Fabric.* Bibl. Gr. T. V. p. 773. ed. Harl. et T. XIII. p. 252. — V. 2. Κυπριδίων ὀάρων. Vide ad *Thall. Mileſ.* Ep. IV. T. II. P. II. p. 30. — V. 4. Ne juſto quidem lucro manus ſuppoſuit. Socratis igitur exemplum ſecutus gratis docebat.

XV. Vat. Cod. p. 461. Plan. p. 352. St. 491. W. Hoc et ſequ. Ep. in idem balneum videtur ſcriptum *Ducangio* in CP. Chr. T. I. p. 91. qui hujus diſtichi vellem interpretationem dediſſet. Parvum balneum, prope Zeuxippum exſtructum, iram hujus magnificentiſſimi balnei deprecatur. Hoc perſpicuum; at in altero verſu haeremus, cui nec *Grotii* verſio lucem accendit: *Sic et parvus Amor magnum decet aſſecla currum;* nec *Brodaei* commentarius. ἐρωτύλος ap. *Theocrit.* Eid. III. 7. τὸν ἐραστὴν ſignificat ὑποκοριστικῶς· apud Noſtrum ipſum Amorem ſignificari, vix eſt quod dubites. Sed ubi,

quaeso, Amor apparebat juxta magnum currum? An cogitandum de illo curru, quem Constantinus in hippodromo collocavit? Cf. *Suidam* in Μίλιον. et *Codin.* Or. CPol. p. 20. Juxta hunc forte Amoris statua fuit posita. Commemoratur etiam Ἔρως, tanquam cubiculi nomen, quod initio armarium fuisse apparet ex *Contia Theoph.* p. 88. Cf. *Reisk.* ad *Constant.* p. 81. Jam alius fuit CPoli locus Ἅρμα appellatus, ubi arma aurigarum circensium fuisse videntur. *Reisk.* Ibid. p. 104. Haec fortasse inter se comparantur. Cf. Ep. ἀδεσπ. CCCXXXIII.

XVI. Vat. Cod. p. 462. Plan. p. 354. St. 493. W. In idem balneum. — V. 1. ξυνοῖο λοετροῦ. Zeuxippi, λουτροῦ δημοσίου. Vide *Ducange* CP. Chr. I. p. 89. — V. 2. „εἵνεκεν. Sic e Vat. membr. cujus nisi suasisset „auctoritas, vulgatum οὕνεκα non mutassem, quum id „pro ἕνεκα apud scriptores atticos saepe occurrat. Ma„tron in Coen. v. 54. κεχολωμένη οὕνεκα τευχέων αἰρομέ„νων." *Br.* οὐκ ἔριδος, non ut cum incomparabili Zeuxippo contenderet, sed officii et amicitiae causa. Male *Brodaeus* verbum ἔριδος interpretatur: *lavantium turbae.* — V. 4. προχοαί. aqua ex fistulis prorumpens. μύρα. Lavantes etiam ungebantur. In Hippiae balneo ap. *Lucian.* T. VII. p. 299. erat οἶκος, εὖ μάλα φαιδρός, ἀλείψασθαι προσηνῶς παρεχόμενος. Ap. *Plin.* II. Epist. XVII. 11. *Inde balinei cella frigidaria — Adjacet unctorium. Plaut.* in Poen. III. 3. 89. *faciam, ubi tu laveris, Ibi ut balneator faciat unguentariam.* — χάριτας intelligo de omnibus iis rebus, quae ad luxum faciebant. In descriptione balnei Hippiae commemorantur ἐς τρυφὴν παρεσκευασμένα οἰκήματα — χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις, ap. *Lucian.* T. VII. p. 298.

¶. 107.] *XVII.* Vat. Cod. p. 463. Plan. p. 355. St. 495. W. De thermis Basilicis *Ducangio* nihil aliunde innotuit, CP. Christ. L. I. p. 94. Eas hoc nomen

magnificentia acceepiſſe, fere ut ſplendidas illas porticus, quae Baſilicae appellabantur, ex hoc Epigrammate apparet. Reliqua aenigmatice elata. Naturali calore aqua in hoc balineo tepebat, et quidem ita temperata, ut frigidam affundere neceſſe non eſſet. — V. 5. ποτιδεύεται. Vulgo et in Vat. Cod. In quibusdam libris etiam ψυχρὸν legi notavit Schol. Wech. In Ed. Flor. eſt ψυχράν.

XVIII. Vat. Cod. p. 298. Planud. p. 285². St. 412. W. Scriptum eſt in Petrum rhetorem, qui Dionyſia ſpectans cum pluribus de tecto decidit. Commemoratur Petrus rhetor ap. *Suidam* T. III. p. 103. legati munere ap. Chosroën regem functus. Hujus olim hiſtoria extitit, ex qua Excerpta ſervata leguntur in *Hoeſchelii* Eclog. Legat. p. 23. ſqq. ed. *Labbe.* Ejusdem mentio injicitur ap. *Procopium* L. I. Gothic. p. 170. et in aliis locis, quos diligenter commemorat *Valeſius* ad Excerpt. de Legg. p. 204. ſq. Ejusdem meminit *Stephan. Byz.* in Ἀχόνη. unde apparet, *Stephanum* ante exitum ſeculi VI. non vixiſſe. Poſt multa enim inter Juſtinianum et Chosroën transacta, pax convenit a. Chr. 561. — V. 5. ὅσον ἤρκεσε. quantum ſatis erat ad res ſuas ordinandas, ut equidem h. l. intelligo. — τοῦτον. ejusmodi mortem qui ſaevam vocaverint, falluntur; naturalis potius mors prae eâ ſaeva putanda eſt. *Tacitus* Annal. IV. 62. in deſcriptione ruinae amphitheatri, quod Fidenae exſtructum erat: *immenſam vim mortalium — praeceps trahit atque operit. Et illi quidem, quos principium ſtragis in mortem affixerat, ut tali ſorte, cruciatum effugere.*

XIX. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 284². St. 412. W. Chiredius rhetor ob inſignem eloquentiam et probitatem laudatur. — V. 2. τῆς πρωτέρης δικάδος. Eadem laude oratorem ornat *Lucianus* in Scytha §. 10. Tom. I.

p. 870. ed. R. παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν. Antiquiſſimorum igitur oratorum laudem aemulatus eſſe dicitur Chiredius; nam ἡ πρώτη δεκὰς comprehendit eos, quos Ariſtarchus et Ariſtophanes Grammatici, reliquis excluſis, in ordinem redegerant. Vide *Rubnken.* in Hiſt. Crit. Orat. Gr. p. XCV. ſqq. Inſequenti tempore inter recentiores oratores denuo dilectus eſt factus et novus canon inſtitutus, in quem iterum, ut in priorem illum, decem redacti ſunt. Hujus alterius δεκάδος mentionem fecit *Suid.* in Νικόστρατος· ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι. Eodem ſenſu, quo *Leontius* Chiredium inter oratores τῆς πρώτης δεκάδος refert, Herodem Atticum quoque aequales ejus ἕνα τῶν δέκα appellabant. *Philoſtrat.* Vit. Soph. L. II. 1. 14. p. 564. cujus laudis praeſtantiam vehementer imminues, ſi, quod *Brodaeus* feciſſe videtur, de altera ſeriorum ſophiſtarum δεκάδι cogitaveris. — V. 3. Cum cauſae patronus eſſet, facile judici, quidquid vellet, perſuadebat; ubi ipſe judicis munere fungebatur, ne minimum quidem a recta decedebat via.

XX. Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In Ajacem Telamonium, ſua ipſius manu peremtum. — V. 1. 2. laudantur a *Suida* in ὀκάσας T. II. p. 703. — V. 3. 4. ibid. in αὐτοφόνῳ T. I. p. 389. Ductum eſt acumen ex Ep. *Archiae* XVIII. in eundem Ajacem: Μοιρέων βουλῇσι τάδ' ἥμπλακεν, ὡς ἂν ὑπ' ἐχθρῶν Μή τινος, ἀλλὰ σὺ σῇ πότμον ἔλυς παλάμῃ. Cf. Ep. ἀδεσπ. DCXVIII.

¶. 108.] *XXI.* Vat. Cod. p. 228. Plan. p. 238. St. 345. W. In eundem Ajacem, non hoſtibus, ſed belli ſociis et amicis mortem ſuam exprobrantem.

XXII. Vat. Cod. p. 297. Plan. p. 241. St. 351. W. In Platonem citharoedum, aliunde vix notum. — V. 1. Orpheo defuncto, aliqua ſaltem Muſarum ſuperſtes

fuit; te mortuo, omnis muſica periit. *Moſch.* in Bion. Epit. 66. πάντα τοι, ὦ βώτα, ξυγκάτθανε ὕδωρ τὰ Μοισᾶν. — V. 3. ὀλίγη τις ἀποῤῥώξ. Fortaſſe ductum ex *Meleagri* I. 38. Ἀρχιλόχου μικρὰς στρόγγυας ἀπ' ὠκεανοῦ. Similiter *Julian.* Epiſt. XXXIV. p. 406. D. τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος, ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γονίμου παιδεύσεως, ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται. quod cum ſimilibus ductum ex *Platon.* III. Legg. p. 585. C. Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 189. — V. 4. παλάμαις. De tibicine *Hedylus* ap. *Athen.* IV. p. 176. C. τοῦτο δ' ἔθηκε τὴν παλαμῶν ἀρετὴν τοὔνομα σημαινέων. Si recte h. l. emendavimus T. I. P. II. p. 342.

XXIII. Vat. Cod. p. 298. Plan. p. 230. St. 334. W. Lemma in Analectis ductum eſt ex Vat. membr. unde apparet, erraſſe *Huetium* p. 22. qui v. 2. πόλιν de Beryto interpretatur, ubi leges floruiſſe conſtat. At Byzantii quoque idem ſtudium floruit. Vid. *Menag.* Amoen. c. 24. p. 133. — V. 3. Gemellus Juris Romani Profeſſor fuiſſe videtur. Certe verba, ὃς νόμοις ἤθμονα θῆκε πόλιν, vix aliter quam de Anteceſſore accipi poſſunt. — V. 6. ζώην. Edit. Flor. pr.

ARABII SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 109.] *I.* Plan. p. 292. St. 431. W. cum lemmate: εἰς εἰκόνα Λογγίνου ὑπάρχου ἐν Βυζαντίῳ. Longinus, quem hoc Epigr. celebrat, is eſſe videtur, qui poſt Narſem a Juſtino juniore Ravennam miſſus eſt. Eum plurimis legationibus functum eſſe, ex hoc carmine appareret. — V. 1. Ἴβηρ. Accipiendum de Iberia, quae inter Pontum Euxinum et mare Caſpium jacet. Vide *Strabon.*

XI. p. 500. — V. 3. *ζώοντα.* Edd. Aldinae. *ζείοντα* reſtituit *Brod.* — *Ἀγαρηνῶν.* Quem populum ſignificaverit, obſcurum. Fuit urbs *Ἄγρα* (ſive *Ἀγαρα*) in Arabia Felici, quam ab Aelio Gallo oppugnatam tradit *Strabo* XVI. p. 781. Hinc fortaſſe Agareni pro Arabibus poſiti. Agareni etiam commemorantur ap. *Dion. Caſſ.* LXVIII. 31. p. 1145. *μετὰ δὲ ταῦτα ἐς τὴν Ἀραβίαν ἦλθε καὶ τοῖς Ἀγαρηνοῖς — ἐπεχείρησεν.* At hoc loco *Reimarus* *Ἀτηνοῖς* in textu poſuit. Numeroſum populum eſſe, intelligitur ex epitheto *πολυσπερέων.* Cf. *Homer.* Il. β. 804. *Heſiod.* Theog. 365. *Ὠκεανῖνας πολυσπερέας.* Eundem populum in calidiſſimis regionibus habitaſſe, apparet ex verbis *πεδία ζείοντα*, quae maxime Arabiae conveniunt. — V. 6. *εἰρήνην κευθομένην.* inter belli tumultum quaſi latentem pacem. Ad quam potiſſimum hiſtoriam haec referri debeant, non conſtat.

II. Plan. p. 376. St. 514. W. In ſtatuam ejusdem Longini ex aere, ut videtur. Quod urbs aeneam potius quam auream ſtatuam ei poſuerit, ita interpretatur poëta, ut Longinum, hominem incorruptiſſimum, auri munera reſpuiſſe dicat. Reſpondet ad haec *Macedon.* Epigr. XXXVIII.

III. Plan. p. 319. St. 458. W. Utrum picta tabula deſcribatur, an ſtatua, non apparet ex hoc carmine; nec magis, utrum Hippomenes ſolus, an Atalanta ſimul cum eo efficta fuerit. — V. 3. *ὀρμὴς εἶργεν.* impedivit Atalantam, quominus Hippomenem curſu anteverteret. — *σύμβολον Παφίης.* ut omnino mala amorem ſignificare putabantur, (vide ad *Platon.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 339. ſq.) ita Hippomenis malis, quae a Venere acceperat, etiam vis quaedam animi deliniendi indita fuiſſe traditur. *Theocrit.* Eid. III. 41. *μᾶλ' ἐνὶ χερσὶν ἐλὼν δρόμον ἔνυσεν· ἃ δ' Ἀταλάντα Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἄλλετ' ἔρωτα. Scholiaſt.* ad Eid. II. 118. *τὰ ὑπὸ Ἀφροδίτης διδό-*

μένα τῷ Ἱππομένει μῆλα ἐκ Διονύσου — εἰς ἔρωτα τὴν Ἀταλάντην ἐκίνησεν, ὥς φησι Φιλητᾶς. *Philetae* versus huc pertinentes vide T. I. P. I. p. 394. — Quod autem Noster illa mala ἔδνα γάμων appellat, in eo consentientem habet *Nonn.* Dionys. XLVIII. p. 1258.

Καὶ πέλε τοῖος ἄεθλος ὁμοίϊος, ὡς ὅτε κούρην
Χρυσοφαῆ προπάροιθε γαμήλια δῶρα κυλίνδων
Ἱππομένης νίκησεν ἐπειγομένην Ἀταλάντην.

¶. 110.] *IV.* Plan. p. 319. St. 459. W. In imaginem Andromedae rupibus affixae, prope quas bellua marina conspiciebatur. Aliud ejusdem historiae momentum expressit is, cujus opus commemorat *Antiphilus* Ep. XIII. ubi vide not. — Picta fuit tabula, ut ex v. ζωγράφος intelligitur; nec audiendus *Bandur* in Antiq. CP. T. II. p. 846. qui statuam illam Andromedae describi existimat, quae, Constantino M. imperante, unâ cum Perseo CPolin advecta est. — V. 3. γναμπτῇσι χαρ. Vulgo. γναμπταὶ σπιλάδες rupes esse videntur acutae et fluctibus imminentes. Conspiciebatur cetos, ut haec verba declarare videntur, in ipso litore, sive quod ex undis escenderat, (κῆτος πεζεῦον ἐπὶ τὰς ἀγέλας καὶ τοὺς ἐν τῇ γῇ ἀνθρώπους, verba sunt *Philostrati* I. Imag. XXIX. p. 806. Andromedam periculo ereptam describentis) sive quod, certamine finito, in litus projectum jacebat. *Philostrat.* l. c. τετέλεσται ἤδη ὁ ἆθλος, καὶ τὸ μὲν κῆτος ἔῤῥιπται πρὸ τῆς ἠϊόνος. — V. 6. καὶ βλεφαρ. praeclarum artificem fuisse oportet eum, qui hac imagine et oculos et mentem fefellerit.

V. Plan. p. 320. St. 459. W. Jejunum Epigramma.

VI. Plan. p. 335. St. 474. W. In Panis statuam, fistulam ori admotam tenentis. — V. 2. ἐγκατέμιξε. *Christodor.* in Ecphr. v. 48. de Simonide: ὤφελεν ὃ πλάσσας σε — χαλκῷ συγκεράσαι μέλος ἡδύ. *Callistr.* Stat. VIII. p. 900. ὥσπερ, οἶμαι, τοῦ Πραξιτέλους καὶ τὸ Βάκχειον

ἐγκαταμίξαι δυνηθέντος. Idem IX. p. 901. πέτραν ἀνέμιξεν ἀλγεινῷ. *Tullius Gem.* Ep. IV. Lysippus χαλκῷ ἐγκατέμιξ' ὀδύνην. *Paul. Silent.* Ep. LVIII. ἡ τέχνη — μανίην ἐγκατέμιξε λίθῳ. — V. 3. Fistulam inflare recusat, quod Echo, quam deperit, aufugientem videt. Amabat ille Nympham, dum ipsa Satyri amore flagrabat. *Mosch.* Eid. VI. ἤρα Πὰν Ἀχοῦς τᾶς γείτονος· ἤρατο δ' Ἀχὼ Σκιρτητᾶ Σατύρω. *Nonn.* Dion. XVI. p. 457. Fuerunt tamen, qui ex his amoribus Iynga natam traderent. Cf. *Tzetza* ad Lycophr. 316. — ἀμήχανος. nescius, quomodo voti compos fiat. idem fere, quod δυσέρως, quod junxit *Theocr.* Eid. I. 85. ἆ δυσέρως τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. — ἄστατος. Idem Echus epitheton apud *Nonnum* Dion. XXXII. p. 816. ubi de Pane e pugna fugiente, σιγαλέοις, ait, πόδεσσιν ἐδύσατο δάσκιον ὕλην, Μή μιν ἴδῃ φεύγοντα δι' οὔρεος ἄστατος Ἠχώ, Καί οἱ ἐπεγγελάσειε καὶ ἀδρανέοντα καλέσσῃ. — V. 4. πηκτὶς fistula h. l. ut passim. Cf. ad *Comet.* Epigr. III. p. 15.

VII. Vat. Cod. p. 469. Plan. p. 374. St. 513. W. Fortasse hoc quoque carmen scriptum est in Heraei hortos, de quibus vid. not. ad *Agath.* Ep. XLVI. et *Paul. Silent.* LXI. et LXII.

MACEDONII CONSULIS EPIGRAMMATA.

¶. 111.] *I.* Vat. Cod. p. 122. Primus edidit *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 227. *Reisk.* in Misc. Lips. T. IX. p. 475. nr. 367. Comparat auctor puellam, quam deperit, cum vite, se ipsum cum vindemiatore. — V. 2. τοὺς ἕλικας. sarmenta sunt sive palmites aridi. De palmitibus simpliciter *Simonid.* Ep. LIV. 2. *Nonn.* Dion. XVI. p. 454. ἡμερίδων γὰρ Αὐτοφυὴς μίτρωσεν ἕλιξ εὐάμπελον

σύνήν. Ad hederae palmites translatum ap. *Theocrit.* Eid. I. 31. quem locum, male vulgo intellectum, explicuit operum antiquitatis elegantissimus spectator in *Vasengemählden* T. I. P. I. p. 82. — V. 3. „In cod. „scriptum ἰμᾶς ἀνάθημα μερίμνης. Salmasii emendationem „recepi.“ *Br.* Sic *Meleag.* Ep. CXII. ἀκρὶς ἐμῶν ἀπάτημα πόθων. Cod. scripturam servavit *Reiskius*, ad quam illustrandam *Schneiderus* in Peric. crit. p. 55. attulit *Polemon. Soph.* Epit. in Callimachum p. 27. ὦ σεμνὸν ἀνάθημα πολέμου, ὦ καλὸν Ἄρεος ἄγαλμα. Pro ornamento usurpavit *Euripides* in Meleagro Fr. XIII. παῖδες δὲ χρυσοῦ — δώμασι κάλλιστον θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε ἀνάθημα βίοτον. *Hesych.* ἀνάθημα· κόσμημα. Hinc apparet, ἀνάθημα parum diversum esse ab ἄγαλμα, cum quo jungitur ap. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1088. βάρβιτα χειρὶ λιγαινε τεῆς ἀναθήματα Ῥείης, Κύπριδος ἄβρὸν ἄγαλμα παροίνιον. Quare si quis Cod. lectioni inhaerere velit, μερίμνης ἀνάθημα explicari possit per *oblectamentum amoris* i. e. amantis, voluptas mea. Sic haec lectio accepta haud scio an magis etiam conveniat calamistrato *Macedonii* scribendi generi. — V. 4. ἐν πλέξας. Vat. Cod. quod verum videtur, modo ἐμπλέξας scribas. Pro ἄμματι *Reiskius* σώματι dedit, citra necessitatem. Idem est ἄμμα et δεσμός, sed utrumque junctum copiae ostentandae causa, fere ut ap. *Aeschyl.* Prom. 6. ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις. Ad sensum comp. *Paulus Silent.* Ep. VII. 15. ὑπ' ἀντιπόροισιν ἀγαστοῖς Τυγὸς περιπλέγδην ἄψεα δησαμένους. — V. 5. τρυγόω τὸν ἔρ. Vat. Cod. Sic emendavit etiam *Wolfius*, cum in Apogr. esset τρυγόωσιν. τρυγᾶν pro *decerpere* politum illustravimus ad *Meleagr.* Ep. II. p. 15. Ad rem amatoriam hoc verbum transtulit *Aristaenet.* L. II. 1. p. 72. οὐ δεῖ τηρεῖν ὀπώραν. δίδου τοῖς σοῖς ἐπωμόναις τὴν ὥραν τρυγᾶν· μετ' ὀλίγον ἄδυ γεμόνδρυον. *Eustath.* de Amor. Ism. IX. p. 418. ἐν σοῖς τούτοις χείλεσι καὶ ὅσοις ἄλλοις τρυγᾶτοι βότρυς ἐρωτικός. *Nonn.* Dion. XLII. p. 1096. παρθένε, σύγγονες ἦλθε ποτε,

τρυγόωμεν ὀπώρην, ὡς στάχυς ἠέξητο. — V. 6. „Cod. οἶδα „μένειν. Recte Salmaſ. οὐκ οἶδα νέμειν. *habere, poſſidere* „*neſcio*, i. e. *nolo*. Tum cod. ἔτι μοι. Quod etiam a „Salmaſio emendatum.“ *Br.* νέμειν θέρος, ἔαρ, idem fere h. l. quod τρυγῶν. nulla eſt puella neque vernantibus annis, neque paulo proveſtior aetate, quam habere malim. οἶδα periphraſi inſervit. Cf. *Abreſch.* ad *Ariſtaen.* p. 336. — V. 7. „In membranis, et perſpicue in ap. „Buheriano ἡβήσιας, quod conjecerat Reiskius, ſed „quum verſus modulo congruum eſſet, recipere noluit „et praetulit ἀκμάσιας, ne ſemel metricis legibus pa„ruiſſe videretur. Tum Cod. εἰ δέ τις ἔλθῃ. In margine „cod. Lipſ. emendatum ἔλθοι, judice Reiskio, *absque* „*neceſſitate*. At ἔλθῃ cum εἰ ſoloecum eſt, quod ignoraſſe „mirum, qui tot graecos auctores edidit. Scribendum „erat ἢν δέ τις ἔλθῃ, aut εἰ δέ τις ἔλθοι.“ *Br.* At ſecundum *Reiskium* judicabat vir doctiſſimus *Locella*, qui εἰ cum conj. aor. 2. jungi poſſe cenſet ad *Xenoph. Epheſ.* p. 186. — Pro ἡβήσιας quaedam Apogr. ἡμάσιας. — V. 8. λαξὸς ἔλιξ. reſpicitur v. 2. — Pro πλήσομαι, quod *Reisk.* dedit, in Ap. Lipſ. eſt πλήσομαι, ap. *Wolf.* λήσομαι. Totum hoc diſtichon Vir Doct. in marg. Apogr. Guy. et Ruhnk. addititium eſſe putabat. Temere. Nihil his verſ. magis genuinum.

II. Cod. Vat. p. 123. Edidit *Reisk.* Miſc. Lipſ. IX. p. 476. nr. 368. Hinc protulit *Toup.* in Cur. Nov. p. 168. Eſt colloquium viri cum muliere, amantes promiſſis lactante. Antiquiorem quendam poëtam expreſſiſſe noſtrum, ſatis veriſimile eſt. — V. 2. laudat *Suid.* v. ἀμβολία T. I. p. 136. — V. 3. ταῦτα. Vana haec promiſſa, nihil amplius mihi gratificaris. — V. 5. „Diſtinctis perſonis, quae interloquuntur, facile intel„ligitur carmen, et palam eſt, v. 5. ἐσπερίη, non ἑσπερίην, „ut in Cod. perperam ſcriptum eſt, legendum eſſe.“ *Br.* In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἑσπερίην. i. e. *veſulam*, *tarde*

tarde te videbo. Hesych. ἑσπέριον ξένον· τὸν ἑσπέρας ἥκοντα. Nec *Dorvillius*, qui hoc distichon profert ad *Charit.* p. 156. vitium intellexit, quod sublatum debemus *Toupio* l. c. Est ambiguitas in his verbis, quae alio sensu a muliere dicuntur, alio ab amante accipiuntur. Dixit illa: Ad vesperam te visum ibo. Jam cum ἑσπερίη translata significatione etiam de aetate ad senectutem vergente usurpetur, ille respondit: Quid, quaeso, vespera est mulierum, nisi rugarum plena senectus? — Huc facit *Aristotel.* Poët. c. XXI. ὁμοίως ἔχει ἑσπέρα πρὸς ἡμέραν καὶ γῆρας πρὸς βίον. ἐρεῖ τοίνυν τὴν ἑσπέραν γῆρας ἡμέρας, καὶ τὸ γῆρας ἑσπέραν· ἢ ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, δυσμὰς βίου. — V. 6. ἀμετρήτῳ ῥυτίδι. Sic Vat. Cod. et *Dorv.* ἀμετρήτων ῥυτίδων. *Reiske* et *Toup.* Verbum πλήθεσθαι utrumque casum adscisit. Vide, qui multa collegit, *Abresch.* ad Aesch. II. p. 187. sq.

¶. 112.] *III.* Vat. Cod. p. 124. *Reisk.* Misc. Lipс. IX. p. 477. nr. 389. Animum ob inopinatum puellae adventum vehementi gaudio perculsum significat auctor. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in ἐξεσάλαξας T. I. p. 767. ὅλην φαντασίην, *omnem imaginandi vim excussisti*, vertit *Reiskius.* Dubito an recte. Sunt potius ea, quae menti obversabantur poëtae, sive cogitationes, quibus tum occupatus tenebatur, cum puella intraret. — ἐξεσάλαξας. ut *Paul. Silent.* XXXIV. ἔκχυτον ἐκ στέρνων ἐξεσόβησα νόον. — V. 3. „Scriptum in cod. κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴστρου, „quod partim a Salmasio emendatum. At v. sq. pro κινυμένης reponenda est codicis lectio πνιγομένης, quam „temere immutavi.“ *Br. Reiskius* servavit lect. Cod. vertens: *cor profunda oestri voragine aestuat;* quod sensum non habet. κραδίης βυθός, ut *Paul. Sil.* Ep. XXVII. ἡμετέρης θερμῷ βένθεϊ σῆς κραδίης. — οἴστρῳ πελεμίζεται. Haud aliter *Nonn.* Dion. XV. p. 424. νομῆα οἴστρῳ λαβροτέρῳ δεδονημένον. XLII. p. 1084. πόθου δεδονημένον οἴστρῳ. — V. 4. πνίγεσθαι de iis, qui in undis laborant, pro-

prium illustravit *Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 75. qui vs. seq. φθάνοντα corrigit pro φανέντα. sine necessitate. — κῦμα Κυπρίδιον ductum ex *Meleagr.* Ep. XIX. 7. — V. 5. ναυηγόν. Vide notata ad *Posidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. ubi v. 1. legendum: σήν, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ᾐόνι εἶδε —, non παρ' ἠϊόν' εἶδε, quod minus elegans. — V. 6. λιμένων. Dum in allegoria pergit et otium sibi a tempestatibus precari videtur, rem obscoenam tecte significat. Hac imagine usus in re perquam gravi *Sophocl.* Oedip. Tyr. 1208. ᾧ μέγας λιμὴν ὡὐτὸς ἤρκεσε Παιδὶ καὶ πατρὶ θαλαμηπόλῳ πεσεῖν. Allegoriae auctor fuisse videtur *Empedocles* secundum *Schol.* Eurip. Phoen. v. 18. Ἐμπεδοκλῆς ὁ φυσικὸς ἀλληγορῶν φησί· σχιστοὺς λιμένας Ἀφροδίτης, ἐν οἷς ἡ τῶν παίδων γένεσίς ἐστιν. ubi vide *Valcken.* p. 600.

IV. Vat. Cod. p. 125. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 324. *Reisk.* Misc. Lips. IX. p. 479. nr. 371. Quum sibi per quietem puellam amplecti videretur, invidiosus Amor omnem illam felicitatem, somno excusso, turbavit. — V. 1. ὄνειρον. *Reisk.* contra Cod. fidem. — V. 3. πείθετό μοι. Cod. Vat. et Dorv. Ad rem confer Ep. ἀδεσπ. LVI. — οὐκ ἀλέγιζεν. facile patiebatur, me varia Venere corpus ejus tractare. — V. 5. „Male Dorvillius „καὶ νύκτα pro κατὰ νύκτα. quod perspicue in Cod. scri„ptum est.“ *Br.* Hoc quoque loco Apographa cl. editori fraudi fuerunt. In membr. est καὶ νύκτα, idque verius et gravius puto quam emendationem *Salmasii*, in marg. apogr. Ruhnk. notatam. Amor non contentus interdiu me ludere, noctem *quoque* observans voluptate me privavit. Talem Amorem sibi finxit *Crinagoras* Ep. III. in dormientem Cupidinem: ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα — μὴ κὴν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς. et hinc *Statyll. Flacc.* Ep. VII. ἐγὼ δ', ἀγέρωχε, δέδοικα Μή μοι καὶ κνώσσων πικρὸν ὄνειρον ἴδῃς. — V. 6. ἐξέχεεν. Vat. Cod. — V. 7. ὧδέ μοι. Sic mihi Amor vel in somniis voluptatem ex fur-

tivis amoribus percipiendam invidet. γάμος, *concubitus*, hoc ſenſu paſſim obvium. *Dorvillius* comparat *Ovid.* L. VIII. Metam. 850. *qui raptae praemia* (κέρδεα) *nobis Virginitatis habes.*

V. Vat. Cod. p. 132. Edidit *Salmaſ.* ad Solin. p. 539. C. D. *Reiske* Miſc. Lipſ. IX. p. 680. nr. 384. In meretriculam, olim formoſam et ſuperbam, nunc, annorum flore deperdito, ab amantibus relictam. Expreſſum ex *Rufini* Ep. XXXVII. — V. 1. βακχεύουσαν. Eodem ſenſu *Agath.* Ep. XIII. ἡ πάρος ἀγλαΐῃσι μετάρσιος — καὶ σοβαρευομένη. De quovis vehementiore impetu βακχεύειν uſurpatur; ut ap. *Agath.* Ep. XXVII. Κύπριδι βακχεύειν μᾶλλον ἐπειγομένη. Cf. *Cuperi* Obſſ. L. III. p. 310. Hinc βακχεύουσα ἐν εἴδεϊ mulier eſſe poſſit pulchritudine ſua inſigniter ferociens. Sed ſic ϑηλυτερέων nimis otioſum videtur. Emendando ſuccurrere conati ſunt Viri doctiſſimi, quorum unus in marg. apogr. Ruhnk.: *Leg.:* ἐν' ἤθεα. *Homer.:* ἐν' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων. *placet. Vel ex lectione Gaulminii Cod.* ἐν εἴδεσι ϑ. ἐν ἤθεσι. ἐν εἴδεσι praebent Schedae Tryll. *Cornel. de Pauw* in Apogr. ſuo ἐν εἴδεσι ϑηλυτερέων pro periphraſi habet: ἐν ϑηλυτέραις. Nihil horum eximie placet. Fortaſſe legendum:

ἐν εἴαρι ϑηλυτερέων

in vere mulierum, i. e. in aetatis et pulchritudinis flore. Vide not. ad *Rufin.* Ep. VIII. T. II. P. III. p. 159. — V. 2. χρυσοκροτάλῳ et σπατάλην Vat. Cod. Poſterius vocabulum initiali majore ſcriptum pro nomine proprio habebat *Reiskius*, qui initio verſus χρυσέῳ κροτάλῳ exhibuit. Neutrum horum admitti poteſt. *Rufinus*, quem Noſter expreſſit: σοβαρῶν ταρσῶν χρυσοφόρος σπατάλη. ubi vide not. σπατάλῃ autem ob praecedentem accuſativum in σπατάλην depravatum eſſe, noli dubitare. Nihil enim hoc erroris genere in Vat. Cod. frequentius. χρυσοκρότταλος dicitur ornatus aureus ob inanem, quem efficit,

ſtrepitum, ita ut de *crotalis* ne cogitandum ſit quidem. κρόταλον ad res ſtreperas translatum illuſtravit *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Nub. 259. — σειομένην. de inceſſu ſuperbiore accipio, eodem fere ſenſu, quo σοβεῖν, de quo *Bergl.* ad *Alciphr.* p. 142. et *Pierſ.* ad *Moer.* p. 341. Haec mihi interpretatio contextui aptiſſima videtur. Quae ſi cui non ſatis placeat, is haec verba de ſaltatrice accipiat, *corpus movente* (σειομένῃ) *ad* σπατάλην χρυσέων κροτάλων, *ad aureorum crotalorum delicias.* Sic adjectiva pro genitivis paſſim uſurpantur, ap. Tragicos praeſertim. *Cornel. de Pauw* cogitabat de πατάγῃ. — V. 3. *Suidas* T. III. p. 600. φιληταί. — οἱ φιλοῦντες· οἱ δὲ φιληταί, οἵ ποτε θρυλλήστως ἐναντίον ἐ. ν. μ. π. Amantes, qui olim cum precibus et ſupplicationibus ad eam accedebant. — τὸ αὐξοσέληνον. *luna plena.* *Salmaſius* l. c. bonam et plenam puellae habitudinem (*l'embonpoint*) interpretatur. Mihi omnino opulentior puellae conditio indicari videtur, quam poëta initio carminis deſcripſit. In σύνοδος iterum eſt luſus ex ambiguitate. Significatur primum *interlunium*, ubi luna vetus non amplius conſpicitur, nec nova apparet; deinde concubitus, congreſſus, frequentia amantium. Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 739. Hoc igitur *Macedonius* voluit: Ille priſtinus puellae ſplendor, illae divitiae et munditiae ceſſarunt, cum amantes ei obviam fieri et ſumtus porrigere nolint. — V. 6. ἐξέλιπεν et μὴ κέτι. Vat. Cod.

¶. 113.] *VI.* Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. De vulneribus ab Amore ſibi inflictis ſatis inepte conqueritur. — V. 3. κακότητος. Dolor vulneris me tam graviter afficit, ut conſilium reperire nequeam. De ἀμήχανος vide ad *Arabii* Ep. VI. 3. — V. 3. „πάσ„σαι. Vulgo πάσσει. Legendum credo ἤπιά κεν πάσσαι, et „ſic excudi volebam.“ *Br.* Vulgatam πάσσει confirmat Vat. Cod. nec emendatione opus eſſe videtur. Reſpicitur locus Il. δ. 218. ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς Πάσσε, τά οἱ

ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων. — V. 5. Τήλεφος. Cf. not. ad *Paul. Sil.* Ep. XV.

VII. Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 598. W. Ad puellam, quae, priſtina ſeveritate depoſita, blanditiis eum fruſtra allicere et irretire conabatur. — V. 1. κιχλίζεις. laſcivo riſu me ad furtivam voluptatem invitas. Κιχλίζειν. τὸ γελᾶν ἀτάκτως. *Suid.* T. II. p. 320. ubi noſtrum vſ. excitat. Multa de hoc vocabulo dedit *Brodaeus* ad h. l. Plurimum huc facit *Clem. Alex.* II. Paed. p. 196. 25. riſus immodicus, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γένοιτο, κιχλισμὸς προσαγορεύεται, γέλως δέ ἐστι πορνικός· εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγχασμός· γέλως δέ ἐστιν οὗτος μνηστηριώδης. — Eodem redit χρεμέτισμα, quod equis proprium, praecipue ubi coitum deſiderant. *Claudian.* de Nupt. Hon. et Mar. v. 289. *Sonipes – quem primus amoris Sollicitavit odor – Pharſalia rura Pervolat, et notos hinnitu flagitat ignes.* — προκέλευθον. *Nonn.* Dion. L. III. p. 106. ἑσσομένων προκέλευθον ὑπέρτερον ἐλπίδα βόσκω. — V. 3. τρισὶν ὤμοσα πέτρις. Jusjurandum ſanctiſſimum indicari ſponte apparet; in cauſa locutionis inveſtiganda laboramus. *Brodaeus* quidem haud pauca aliena attulit; ut quae de ſaxo (μόλῃ) fluctibus immiſſo profert. (Vide *Interpp. Herodoti* L. I. 165. p. 78. et ad *Horat.* XVI. Epod. 25.) Unice huc facit *Harpocration* v. λίθος· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος· τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῶν οὕτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες· ἐοίκασιν οὖν Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Φιλόχορος ὑποδηλοῦσι. Similem conſuetudinem, ſed in imprecationibus, usque ad ſua tempora duraſſe notavit *Scholiaſt.* ed. Wechel. Quum tamen et hic ritus, et ille, quem *Harpocration* commemorat, nonnihil diverſus ſit ab eo, cujus *Macedonius* mentionem injecit, Vir ingenioſus in Specim. Quaeſt. Philol. p. 75. legendum propoſuit:

ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρισὶν ὤμοσ' ἀδελφαῖς,
μήποτε μειλιχίοις σ' ὀμμασιν εἰσιδέειν.

Proserpinam in amore infelicem et Parcas juravi. τρεῖς κασίγνηται Parcae appellantur ap. *Homer.* H. in Mercur. 549. nec non apud Latinos poëtas *tres sorores* passim obviae. *Propert.* II. X. 44. *quaevis de tribus una soror. Ovid.* XV. Metam. 807. *Sola insuperabile fatum, Nata, movere paras? intres licet ipsa sororum Tecta trium. Horat.* II. Od. III. 15. *Dum res et aetas et Sororum Fila trium patiuntur atra;* ubi vide *Mitscherl.* et *Wakker* Amoen. litt. c. XII. p. 111. — Nolim tamen ingeniosae huic conjecturae nimium tribui. Ne enim diversos casus eidem verbo additos urgeam, certe δυσέρως de Proserpina otiosum videri debet; nec causam video satis gravem, cur δυσέρως κόρη non de ipsa meretrice (*in libidinem nimis effusa*, et vere δυσέρωτι) accipiatur; praesertim cum sic elegantissima sit verborum collocatio. Etiam hoc, quod poëta a secunda persona ad tertiam delabitur, elegantiam suam habet et scenicum ἦθος. Ipse cl. *Eichstaedt* in literis ad me datis aliam tentavit emendandi viam:

> ὤμοσα τὴν δυσέρωτα Κόρην, τρὶς ἐπώμοσ', ἑταίρην
> μήποτε μειλιχίοις ὄμμασιν εἰσιδέειν.

Equidem vulgatae inhaerere malim, ritum ex amantium religione, nobis, ut multa hujus generis, non satis cognitum significari existimans. Hoc quoque *Grotio* visum esse, ex ipsius versione apparet:

> *Juravi, manibus capiens tria saxa, procacem*
> *Luminibus placidis nec semel adspicere.*

— V. 5. πόππυζε σεαυτῇ. tibi ipsi illis ποππύσμασι blandire. *Suidas*, hunc versum laudans, T. III. p. 155. πόππυζε. — ἀντὶ τοῦ κολακεύει, κήλει. ποππύσματα· κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους. Illustravit h. v. de blandientibus aliosque allicere studentibus *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. I. p. 93. 64. Hoc loco simul ad sonum compressorum labiorum respicitur. — V. 6. χείλεσι

γυμνοτάτοις. ſequentibus illuſtratur. Cl. *Eichſtaedt* malit ὑγροτάτοις. — V. 7. 8. a Planude omiſſos *Brunckius* ex Vat. Cod. addidit. — ἐργάτιδες. Vide not. ad *Philippi* Ep. XXVIII. T. II. P. II. p. 168. ſq. *Paul. Silent.* XII. 12.

VIII. Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 454. St. 590. W. Cf. *Archiae* Ep. II. — ἥπατος. ubi amoris et cupiditatum ſedes. ἔρωτος ὁ πυρσὸς καὶ μέχρι τοῦ ἥπατος διελήλυθεν εἰσρυείς. *Ariſtaen.* L. II. Ep. V. p. 79. Hoc expertus erat Polyphemus ille Theocriteus, cui Κύπρις ἥπατι πᾶξε βέλεμνον. Eid. XI. 16. et Hercules ap. eundem Eid. XIII. 71. χαλεπὰ γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἄμυσσεν. Illuſtravit hunc *morbum hepatarium Plauti* in Curcul. II. Sc. I. *Toupius* ad Longin. Π. Ὑ. p. 302. — V. 2. „κατάβα. Sic cod. „Ja. Laſcaris. Vulgo μετάβα.“ *Br.* Vulgatum exhibet etiam Vat. Cod.

IX. Vat. Cod. p. 121. Plan. p. 454. St. 590. W. Poëta, diu exoptatam noctem denique nactus, Luciferum rogat, ut aliquamdiu morari noctemque extendere velit. Cf. *Meleagr.* Ep. LXXXI. ſq. — V. 2. Ἄρεϊ γειτονέων. Martis ſidus triſtia minari et omnino ſaevioris indolis eſſe putabatur; hinc poëta veretur, ne vicinitate ſua aliquid hujus indolis cum Lucifero communicet. — V. 3. Κλυμένης. Nota fabula de Solis et Clymenes amoribus vel ex *Ovid.* I. Metam. 756. Fuiſſe, qui noctem tum a Sole protractam eſſe fingerent, ex hoc loco apparet; an alibi idem occurrat, ignoro. *Nonnus* Dion. XXXVIII. p. 972. ubi Clymenes cum Sole nuptias deſcribit, Luciferum carmen nuptiale cantaſſe, Lunam face praeluxiſſe narrat. — V. 6. Κιμμερίοις. Ex *Pauli Sil.* Ep. XIII. εἴ τις Ἐρώτων Λάτρις, νύκτας ἔχειν ὤφελε Κιμμερίων.

¶. 114.] X. Vat. Cod. p. 122. Plan. p. 455. St. 591. W. De duro puellae animo conqueſtus ſe ipſum

et puellam cum Niobe comparat. Hoc carmen, quod *Opſopoeus* feſtivum eſſe dicit, mihi quidem ineptiſſimum eſſe videtur. — V. 1. τὴν Νιόβην. Putabatur lacrymas fundere Niobe in ſaxum mutata, ſecundum *Homer.* Il. ω. 617. ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει. unde *Antip. Sid.* Ep. XLIII. πέτρος ἔσω, Νιόβα, κάδεϊ τειρομένα. *Ovid.* Met. VI. 309. *inane quoque viſcera ſaxum eſt. Flet tamen, et validi circumdata turbine venti In patriam rapta eſt; ubi fixa cacumine montis Liquitur, et lacrymas etiamnum marmora manant.* Cf. *Senec.* Agam. 371. *Callimach.* H. in Apoll. 22. et *Ruhnk.* Epiſt. cr. II. p. 131. — βουκόλος ἀνήρ. Niſi dixeris, *Macedonium* ruſticum hunc hominem, Niobes lacrymas mirantem, ſine ulla cauſa adduxiſſe, veriſimile eſt, veteris cujusdam poëtae locum ei obverſatum eſſe. Fuit is fortaſſe *Philemon* Comicus, cujus verſus ſervavit Schol. ad *Homeri* Il. ω. 617.:

Ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεούς,
Οὐδέποτ' ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πεισθήσομαι,
Ὡς τοῦτ' ἐγένετο, καὶ κήδεα πέσσει [λίθος].

Sic legendi videntur hi verſus, quos in *Philemonis* Comoedia ruſticum quendam pronuntiaſſe ſuſpicor. — V. 3. τόσην. Vulgo et in Vat. Cod. τόσης, quod Bruncktanae lectioni praefero. — V. 4. ἔμπνους λίθος. quamvis viva, quovis tamen ſaxo durior.

XI. Vat. Cod. p. 123. Plan. p. 460. St. 598. W. Multiplices puellae illecebras enumerat; fere ut *Liban.* in Ecphr. Pulchrit. T. IV. p. 1070. ed. R. ἐπ' ἐκεῖνο τὸ πρόσωπον περιεχόρευον αἱ Χάριτες — αἱ Μοῦσαι περὶ τὴν κόμην ὠμίλουν, καί τι λέγειν τοῦ κάλλους ἐπάξιον οὐκ εἶχεν. Ἔρως εὐτύχει (fort. εἰστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τεῖνων καὶ πικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τέξευσιν. — V. 1. πρόσωπα τὰ δ' Vat. Cod. De forma πρόσωπατον vide *Rittershuſ.* ad *Op-*

pian. Cyneg. I. 418. III. 91. — In fine verſus membr. *βάλλει.* „*θάλλεις.* Sic omnino legendum, non, ut vulgo, „*βάλλεις*: membr. *βάλλει*, e quibus v. 3. *συλεύεις* recepi.“ *Br.* Illud fortaſſe in mente habebat magnus *Grotius*, cum verteret: *Ora lepor, frontem florum tibi circulus ornat*; qui de florum corona cogitaſſe videtur; ſed coloris florem, lilia cum roſis in puellae ore commixta, intelligi voluit. — V. 3. *σκυλεύεις.* Vulgo. *Ariſtaen.* I. II. 1. p. 71. *σὺ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις καὶ ἀκουσθεῖσα* (ſic *Toup.* Ep. crit. p. 110.) *τιτρώσκεις.*

XII. Vat. Cod. p. 124. Plan. p. 460. St. 598. W. Quare nudum enſem gerat, poëta docet hoc Epigrammate, quod omnibus *Macedonii* carminibus facile praetulerim. — V. 1. *τὸ ξίφος. Apollon. Rh.* I. III. 1381. *γυμνὸν δ' ἐκ κολεοῖο φέρε ξίφος.* — In fine vſ. *κούρα* Vat. — V. 3. *ἀζαλέον. ἄγαν ζέον. θερμόν. Heſych.* Hujus ſignificationis nullum in Lexicis exemplum proſtat. Notandus igitur *Macedonii* locus. — V. 5. In his color fortaſſe ductus ex Scolio *Hybriae Cretenſis* XXII. T. I. p. 159. — In fin. vſ. *κάτοπτρον* Vat. C. — Verba *οὗτος ἐμοὶ ποθέοντι* male vertit *Opſopoeus: Hic mihi amanti eſt conſcius*; pro: *hic, me amantem comitatur.* — V. 7. *καὶ καλός.* Idem interpres haec verba ad enſem refert, parum apte. Melius *Grotius: In hoc videor pulcher et ipſe mihi, Quantum ſivit amor.* Amor enim pulchritudini nocet, pallorem genis obducens. — *ἀπ' ἐμεῖο λαθύνει.* Vat. Cod. in qua lectione fortaſſe aliud quid latet, quam quod Planudes ſubſtituit.

XIII. Vat. Cod. p. 126. Plan. p. 461. St. 599. W. De inconſtanti puellae Parmenidis animo conqueritur. — V. 1. *Παρμενίς.* luſus in nomine ex *παρὰ* et *μένειν* compoſito. — V. 3. Ducta ſunt haec ex *Theocrit.* Eid. VIII. 17. unde eadem ad Nicaeam transtulit *Nonnus* Dion. XVI. p. 297. Iis, quae notavimus ad *Callim.* Ep.

XI. T. I. P. II. p. 264. adde *Ovid.* I. A. A. 717. *Quod refugit, multae fugiunt: odere, quod instat.* — ¶. 115.] V. 5. „Ultimum distichon omisit Planu„des, quod ita a me emendatum e membranis addidi, „in quibus depravata scriptura. Nam in hexametro κεν„τρομανὲς et in pentam. fine χείλους ἐκρέμεθα exhibent.“ *Br.* De prioris vocabuli sinceritate non dubitabat *Grotius*, qui hoc distichon, quod ex Cod. Vat. cognitum habebat, sic vertit:

Hamus sed furians os est tibi; morsus ab illo
Attamen a labris pendeo purpureis.

Et sane κεντρομανὲς huic loco unice aptum. Est hamus, cujus aculeus, ceu oestrus quidam, furore animum percellit; proprie, *qui aculeo furit*, ut δοριμανής, *hasta furens*, θηλυμανὴς πόθος, Cupido ad muliebrem amorem incitans, ap. *Meleagr.* Ep. LIV. et similia. Ad rem cf. *Plaut.* in Truc. I. Sc. I. 21. *interim ille hamum vorat, Si semel Amoris poculum accepit mere.* — Ceterum dubitare possis, an hoc distichon ad nostrum carmen pertineat. Nexus certe tenuissimus; nisi forte haec fuit auctoris sententia: Levissima quidem es et me inconstantia tua excrucias; nec tamen me ex laqueis, quibus me irretitum tenes, expedire possum.

XIV. Vat. Cod. p. 125. Plan. p. 461. St. 598. W. Non scorti avari verba, ut *Brodaeus* existimabat, sed amantis, qui se veram ad amorem viam invenisse affirmat. Cf. *Antipatr. Thessal.* Ep. II. III. — V. 1. οὐ γὰρ ἀρότρῳ. Sensus est: Ut aliis instrumentis opus est ad agriculturam, aliis ad mellificandum, ita amor quoque propria sibi et peculiaria instrumenta habet. In antithesi verborum ἀρότρῳ et ἔαρι δροσερῷ poëtae judicium desideras; expectabatur ἀλλὰ ἄνθεσιν ἐαρινοῖς. — V. 2. σκαπάνη. Vat. Cod.

XV. Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 141. St. 205. W. Ad mulierem facie fucata. — V. 1. Recepit *Br.* lectionem a *Stephano* metri cauſa in textum invectam, ἐγὼ δὲ πάλιν σευ ἐλ. cum in omnibus edd. et in membr. quoque legatur, ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐ. in quibus verbis latens ulcus aut ſanandum aut certe non celandum erat. *Joſ. Scaliger* in not. mſc. tentabat: ἐγὼ δέ σ' ἔπηλυν ἐλέγξω — pulchritudinem tuam non nativam, ſed alienam *et quaſi advenam* monſtrabo. Elegans conjectura, ſed ingenioſior fortaſſe quam verior. Num fuit

ἐγὼ δέ σ' ἐπαυτὶκ' ἐλέγξω —

quod a vulgatae ductibus proxime abeſſe fatebuntur, qui codd. perluſtrarunt. — V. 2. νοθοκαλλοσύνη, *facies interpolata*, καπηλικῶς ἔχουσα. *Ariſtoph.* in Plut. 1664. νῦν καπηλικῶς ἔχει. (νόθον ἔχουσα χρῶμα *Schol.*) Εἰ δ' ἐκπλυνεῖτε τοῦτο τὸ ψιμύθιον, Ὄψει κατάδηλα τοῦ προσώπου τὰ βάκη. *Claudian.* II. p. 447. ψευδόμενον δ' ἐρύθημα κατέγραφεν ἄχρους αἰδώς, Ἀγλαΐῃ στέψασα νόθῃ κεκαλυμμένα μήλα. Facit huc *Alciphr.* III. Ep. XI. φύκει γὰρ καὶ ψιμυθίῳ καὶ παιδέρωτι δευσασιοῦσι τὰς παρειὰς ὑπὲρ τοὺς δεινοὺς τῶν ζωγράφων. Σὺ δὲ ἦν ὑγιαίνῃς, ὁποίαν σε τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ῥύμμα τὸ πρῖν ἐκάθηρεν, τοιαύτη διαμενεῖς. — V. 3. τοῦτο καὶ ἡ. δέ ποτε Πίνδαρος ἐλέγχων. Ed. Flor. pr. Aldin. pr. Aſcenſ. Reliquae Aldinae exhibent, quod in Aldinae pr. lectionibus reperitur: τ. κ. ἡ. ποτε Π. αὐτὸς ἐλ. idque *Stephan.* recepit. In Vat. Cod. verſus non integrior, quam in antiquis edd. quippe ubi nec δέ, nec αὐτὸς legitur. — αἶσχος ἐλέγχων *Brunckius* aſſumſit ex marg. Edit. Wechel. quid in regiis Planudeae codd. repererit, non indicans.

XVI. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 135. St. 195. W. Hoc quoque ſcriptum in mulierem ex illis, *quae ſe unguentis unctitant, interpolibus, vetulis, edentulis, quae vitia corporis fuco occulant*; ut *Plautus* loquitur Moſtell. I. 3. 117. — V. 1. τῷ abeſt a membr. — τεῖνε παρ.

Antiphilus in Epigr. quod edidimus ad *Luciani* Ep. VI. T. II. P. II. p. 412. κὴν τείνῃς ῥακόεντα πολυτμήτοιο παρειῆς χρῶτα. — V. 2. Λαοδίκη. lusus in puellae nomine, quam τοῖς λαοῖς, populo et juvenibus inprimis, qui eam olim amaverant, poenas dare ait. Temere haec lectio suspecta fuit Viro Doct. in Sched. Bibl. Bodl. qui in λαοῖς haerebat. — V. 3. μήποτε. ne os tamen aperias cave. Comparandus *Horat.* IV. Od. XIII. 9. ad Lycen vetulam: *Amor — transvolat aridas* (αὐχμηρῶ καφομένας θέρει) *quercus, et refugit Te, quia luridi Dentes, te quia rugae turpant et capitis nives.* — ὀδόντων ὄρχατον. διστοιχος ὄγμος ὀδόντων. Epigr. ἀδεσπ. CCLXXII. — φαρμακόεντα δόλον fucum appellat, quia homines fallit et decipit. Jam hoc dicit: Faciem licet fuco interpoles; quis autem reperietur fucus, qui dentium tuorum ordinem tibi reparet? Non tamen ignorabant veteres artem dentium inferendorum. *Lucian.* in Rhet. Pr. 24. T. II. p. 245. γυναικὸς ἑβδομηκοντούτιδος, τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. Cf. *Boettiger in den Vasengem.* T. I. Fasc. I. p. 63. — V. 5. ἐξέῤῥευσας. omnis tibi effluxit venustas, qua olim fuisti conspicua. Verbum ἐκρεῖν transitiva potestate gaudet, ut προῤῥεῖν. Vide *Ruhnk.* Ep. crit. p. 264. et not. ad *Archilochi* fr. XVIII. T. I. P. I. p. 163. — In fine vs. οὐκ ἀπὸ γαίης vulgo legitur et in Vat. Cod. in qua lectione explicanda trepidant interpretes. *Huetius* p. 14. vitium non eo, quo latet, loco quaerens ἀέναος legit; quod ipsum jam *Brodaeo* in mentem venerat. Suam emendationem, οὐκ ἀπὸ πηγῆς, unde acceperit, non indicavit clariss. editor. Sed sic emendavit *Jos. Scaliger* in not. msc.: *Pulchritudo non hauritur ex fonte perenni.* Notus est ille *Juventutis fons*, (*La fontaine de Jouvence*) cujus apud Romanenses poëtas medii aevi crebra fit mentio. — V. 7. Conf. *Straton.* Ep. XXXVII. 5. — γήραος καφομένη θέρει. Ductum ex *Archilochi* fr. XXVII. De senili aetate *Aeschyl.* in Agam. 79.

τὸ δ' ὑπερηγμένων φυλλάδος ἤδη καταπαρφομένης τρίποδας μὲν ἑδοὺς στείχει. quem locum commode admovit *Mitſcherl.* ad *Horat.* I. Carm. XV. 15. *Laeta quod pubes hedera virenti Gaudeat pulla magis atque myrto: Aridas frondes Hiemis ſodali Dedicet Euro.*

XVII. Vat. Cod. p. 513. »In Planud. p. 180. St. »264. W. diſtichon hoc adeſpoton eſt; in membran. »praefixum habet nomen Μακηδονίου Θεσσαλονικέως. Cujas »Macedonius fuerit, ignoro: forte eſt librarii error, »et pro Μακηδονίου ſcribere debebat Ἀντιπάτρου. Pro»fecto Epigramma hoc argutum eſt et lepidum, et me»liori aevo dignum.« *Br.* Senſum Schol. ſic explicant: poëtam, compotatores excitantem, ut majoribus ſeſe poculis invitent, mulierem dicere heſternae compotationi interfuiſſe, parum pudicam eamque ſagam, quae his minoribus poculis uſa ſit. Jam cum periculum eſſet, ne haec pocula incantaverit, eum hortari pueros, ut illa frangant. Eadem fere *Brodaeus* attulit. Verum quidem eſt, veteres, incantationis avertendae cauſa, ova ſorpta, cochleas, aliaque his ſimilia fregiſſe; ſed vereor, ut haec conſuetudo noſtro loco magnopere congruat. Verba, περὶ ἧς λόγος ἔρρει οὐχ ὑγιής, eo ſpectare videntur, ut puellam impuri oris fuiſſe ſignificent. Hanc impuritatem cum averſetur poëta, pueros pocula frangere jubet. Unice huc facit *Martial.* XII. 75. vitreos calices amico commendans:

Hoc quoque non nihil eſt, quod propinabis in iſtis,
Frangendus fuerit ſi tibi, Flacce, calix.

Ad quem locum *Heraldus Macedonii* diſtichon admovit p. 234. hac explicatione addita: »His ſcyphis poteris »propinare et eosdem absque magno damno frangere, »ſi impuri oris homini propinaveris. Sic enim ſolebant.«

¶. 116.] *XVIII.* Vat. Cod. p. 515. ſq. Planud. p. 176. St. 257. W. Elegans Epigramma ſtrenui pota-

toris, nec divitias, nec honores petentis, dum ipsi in amicorum coetu bibere liceat. Color fortasse ductus ex *Anacr.* Od. XV. — V. 2. οὐδ' ὅσα. Ducta sunt haec ex oratione Achillis Il. ι. 381. ubi se Agamemnonis conditiones accepturum esse negat, quamvis ipsi dederit, ὅσα Θήβας Αἰγυπτίας (προτινίσσεται), ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται, Αἵ θ' ἑκατόμπυλοί εἰσιν. — V. 3. βλύσσειε. Poculum mihi nunquam non spumante vino scaturiat. *Dioscorid.* Ep. XXIV. κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον. In his βλύζειν parum distat ab ἀφρίζειν et ὑπεραφρίζειν, quod legendum videtur in *Alexidis* versu ap. *Athen.* L. XI. p. 471. F. μεστὴν ἀκράτου Θηρίκλειον ἔσπασε Κοίλην, ὑπεραφρίζουσαν. (vulgo ὕπαρ θύουσαν.) ut ap. *Eubulum* ibid. ἄρτι μὲν μάλ' ἀνδρικὴν Τῶν Θηρικλείδων ὑπεραφρίζουσαν. *Aristophan.* in Philon. p. 472. D. εὐκύκλωτον ἀσπίδα Ὑπεραφρίζοντα. — V. 4. χείλεος. De calicis ora accepit *Brodaeus;* aptius *Grotius* de potatoris labiis: *Et mea perpetuus proluat ora liquor.* — V. 5. λάλος χορός. Vat. Cod. quod revocandum. — οἱ δὲ περισσοί. Nonnunquam in malam partem accipitur περισσός. Hoc loco sunt homines, quos in hilari convivio esse nolis, severi et superciliosi. Hos poëta ad vineae culturam amandat, ut ibi operam dent vitibus, dum hilariores vitium latice fruantur. Hoc displicuisse videtur summo *Grotio*, qui longe diversam expressit lectionem: *Qui volet in crassa sudet ephemeride.* Legit itaque junctim ἐφημερίσιν. Ingeniose sane! *Dum nos bibimus, tristiores expensorum rationes ducant et calculis insudent.* Ἐφημερὶς non solum est, ut *Suidas* interpretatur, τῶν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή, sed etiam impensarum recensio. *Propert.* L. III. El. XXII. 19. *Me miserum, his aliquis rationem scribit avarus, Et ponit duras inter ephemeridas.* Fieri tamen possit, ut ad astrologicas rationes haec referri voluerit Vir summus; nam de his quoque *ephemerides* usurpantur. Jam apud veteres fuisse constat, qui

ne coenare quidem auderent, nisi stellas consuluissent. *Ammian. Marcell.* L. XXVIII. 1. *nec in publico prodeunt, nec prandent, nec lavari arbitrantur se cautius posse, antequam ephemeride scrupulose scisciteta didicerint, ubi sit v. g. signum Mercurii.* Cf. *Salmas.* de Ann. Clim. p. 837. — V. 8. τῶν χρυσέων ὑπάτων. Dubitabat *Brodaeus*, num ὑπάτων de consulibus, an de *magnis poculis* accipiendum sit. *Consulatum* intelligi debere, nullus equidem dubito. Anonym. Bibl. Bodlej. κυάθων adscripsit margini.

XIX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 176. St. 257. W. Ad vinum bibendum, Cereris muneribus neglectis, hortatur compotatores. Conf. *Paul. Silent.* Ep. XL. — V. 1. χανδοπότᾳ. χανδὸν πιεῖν. κεχηνότως καὶ ἀθρόως πιεῖν ὅλῳ στόματι. *Hesych.* Hinc χανδὴ κύλιξ, majoris mensurae scyphus, in Epigr. ap. *Athen.* X. p. 436. C. χανδοχάρυβδιν, eodem sensu, quo χανδοπότης, positum, emendavit in *Hipponacte* (ap. *Athen.* XV. p. 698.) *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. XXVII. p. 258. Significatione translata *Philostratus* II. Icon. XXIII. p. 847. de Hercule somno oppresso, χανδὸν ἐμπιμπλάμενος τοῦ ὕπνου. — V. 2. ἔργα ἐλαφίνης dictum, ut ἔργα μάχης et similia, de quibus v. *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 44. — Intelliguntur certamina de poculorum multitudine, ad certas leges (*insanas* appellat *Horat.* II. Serm. VI. 68.) ficandorum. — V. 3. σπεύδοντες. Vat. Cod. — Ἰκαρίου Λυαίου. epitheton aut ab Icaro, cui Bacchum utrem vini dedisse constat, ductum, aut vinum Icarium sive Pramnium intelligitur, de quo vid. *Athen.* L. I. p. 30. D. — V. 5. ἦχι. Cereris munera cum multis laboribus conjuncta esse declarantur, eademque tristium rerum, ut Proserpinae raptus, memoriam injicere animis. — καὶ ante ἐχέτλῃ omittit Vat. Cod. — De ἐχέτλῃ vide ad *Agath.* Ep. XXX.

XX. Vat. Cod. p. 516. Plan. p. 177. St. 258. W. Poëta medicum, qui eum vino abstinere jubet, Homeri

auctoritate refutat. Profert hoc carmen *Bandin.* in Catal. Bibl. Laur. T. II. p. 382. ubi v. 2. ἀπειπόμενος et v. 3. οὐδὲ διδάχθη habetur. — Respicitur *Homer.* Il. ζ. 261. ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. et Il. ι. 702. τεταρπόμενοι φίλον ἦτορ Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή. *Horat.* III. Carm. 21. 15. *Tu spem reducis mentibus anxiis Viresque.*

XXI. Vat. Cod. p. 516. sq. Plan. p. 177. St. 259. W. Vini vires laudat, quippe quod pauperibus divitias, timidis fortitudinem addat. — V. 2. τὴν πενίην. Appositè ad h. l. *Horatius* III. Carm. XXI. 24. in vini laudibus: *addis cornua pauperi, Post te neque iratos trementi Regum apices neque militum arma.* Cf. I. Epist. V. 20. et not. ad *Bacchyl.* fr. XI. T. I. P. I. p. 285. — ¶. 117.] V. 3. Ecce tibi strenuum potatorem, qui cratere pro poculo utitur, nec cadum vini, sed totum torculare prope appositum habet! Optime Vat. Cod. ἄγχι δὲ ληνὸς Ἀντὶ πίθου — quod futurus Anthologiae editor in textum revocabit. — Torculare, in quo vinum, laetitiae quasi sedes, ἔνδιον εὐφροσύνης. Excitavit h. l. clar. *Mitscherl.* ad *Horat.* l. c. ubi Lyricus de amphora: *Seu tu querelas, sive geris jocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia testa, somnum.* — V. 6. „μαρνάμενον pro μάρνασθαι. „Male vulgo μαρναμένειν. In optimo Planudeae codice „μαρναμένην.“ *Br.* Hoc notavit etiam Aldus in Lectt. μαρνάμενον emendavit *Jos. Scalig.* in not. msc. In membr. Vat. Καναστρέοις μαρναμένην ἐθέλῃς. Canastraei Thraces sunt aut Macedones, de quibus inprimis cf. *Wasse* ad *Thucyd.* IV. p. 465. ed. Bip. Suspiceris, hoc carmen scriptum esse eo tempore, quo Thraces cum Belisario bellum gerebant. Vide *Procop.* de Bell. p. 134. B. p. 138. D. Sed verisimilius est, poëtam doctius vocabulum posuisse pro Gigantibus. Sic enim *Lycophr.* v. 526. καίπερ πρὸ πύργων τὸν Καναστραῖον μέγαν Γίγαντα. ubi Schol.: Κάναστρα, ἀκρωτήριον μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλη-

σίον

εἶον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες. Aliter *Huetius* p. 14. „Canaſtraei „ſunt Thraces, quorum eſſe queritur Horatius pugnare „natis in uſum laetitiae ſcyphis.“ Hoc vix probaverim.

XXII. Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 439. St. 572. W. Hoc et ſq. carmine Crantus Neptuno navem dedicat. „In hoc et ſq. Epigr. in membr. dedicantis nomen eſt „Κράντας, quod doricum eſt pro Κράντης. Hocne an Κράν„τος verum ſit, parum intereſt.“ *Br.* — V. 2. πέζα. τὸ ὄκρον ἢ τὸ ἀπολῆγον τοῦ χιτῶνος, ὃ ἡμεῖς ὤαν λέγεμεν· — καὶ ἐν Ἐπιγρ. ἔμπεδον εἰς κείνου πέζαν ἐρεισάμενος. etc. *Suid.* T. III. p. 70. Neptuni templum in monte poſitum ſibi fingit *Toup.* ad *Suid.* p. 333. ita ut Crantus naviculam ſuam ad montis radices ſubduxerit. — V. 4. εὐρὺς ἀναπλινθείς. humi ſtratus, quam fieri poteſt commodiſſime. ἄτρομον ὕπνον. ſecurum ſomnum, non, ut in navi, ſollicitudinis plenum.

XXIII. Vat. Cod. p. 154. Plan. l. c. — V. 1. 2. laudat *Suid.* in τέγγειν Tom. III. p. 440. — V. 3. Comparavit *Doeringius* Vir clariſſ. haec ad *Catull.* IV. 4. ubi phaſelus ſe omnes naves celeritate ſuperaſſe gloriatur, *Sive palmulis opus foret volare ſive linteo.* Navibus paſſim tribuuntur alae a poëtis, qui modo vela, modo remos intelligunt. Vide *Drakenb.* ad *Silium* L. XII. 98. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 104. Sed diverſa ratione *Macedonius* navem ipſam ἀνέμων πτερὸν, *ventorum alam*, appellat, ſive potius *avem* et *volucrem*, ventis impulſam. πτερὸν propter celeritatem, ut eſt ap. *Homer.* Od. H. 36. τῶν νέες ὠκείαι, ὥστε πτερόν, ἠὲ νόημα. Quum *Heſych.* πτερὸν per σκηνὴν explicet, *Brodaeus* hoc loco navem *ventorum manſionem*, *tabernaculum* interpretatur, quod nemo facile probabit. — V. 4. εἰς ἁλὰν Ἀΐδῃ. Vat. Cod. — In navigatione ὀλίγον διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει ſecundum *Aratum* v. 300. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 3. p. 17. *Victor.* in Var. Lect. XXIX. 18. et *Rittershuſ.* ad *Oppian.* I. Hal. 41. 354. Ad illum *Arati* locum reſpicere videtur etiam *Liban.*

T. IV. p. 992. ed. R. οἱ πλωτῆρες δέ, ἐπειδὴ λύσαντες παραμείψωσι τῶν λιμένων τὰ στόματα, πλησίον ἔχοντες τὸν θάνατον πλέουσι, λεπτὴν ἔχοντες εἰς σωτηρίαν ἐλπίδα, τὰ ξύλα ἐφ' ὧν φέρονται. — V. 5. πόρον, ἀέλλης. Vat. Cod. — V. 6. ἱδρασάμην. Ibid. ἥδρασα. ἐθεμελίωσα. ἐστήριξα. ἔπηξα. *Hesych.*

XXIV. Vat. Cod. p. 156. Plan. p. 437. St. 570. W. Eumolpus citharoedus Apollini citharam dedicat, quam ipse trepidis manibus non amplius impellere valet. Fortasse *Macedonius* intelligi voluit Eumolpum illum, Musaei filium, quem Πυθιονίκην in musico certamine antiquitas tradidit. Vide *Suid.* v. Εὔμολπος. — V. 4. φέρων Vat. Cod. a pr. man. ἐμμελέτημα idem quod μελέτημα. Meditationum et exercitationum laborem, quem musica postulat, non amplius suscipiam. — V. 6. ἐρεισάμεθα. Vat. Cod. quod vulgatae fortasse praeferendum. Vulgatam tamen tuetur *Suid.* qui v. 5. 6. laudat in βάκτρος T. I. p. 411.

¶. 118.] *XXV.* Vat. Cod. p. 154. Plan. p. 441. St. 574. W. „Foede in Planudea corruptum est hoc Epigr. „quod e Vat. membr. emendatum dedi, prolatum etiam „a Dorvillio in Siculis p. 32.“ *Br.* Daphnis, senectute confectus, Pani clavam dedicat. Celeberrimum inter Siculos pastores nomen eligens *Macedonius*, vix tamen illum Daphnidem intelligi voluit, quem primum *Theocriti* Eidyllion celebrat. Ille enim flore aetatis periit. — V. 1. τρομερῷ περ γ. Vulgo vitiose. In Edd. ante Stephan. περὶ habetur; ἐπὶ emendavit V. D. ap. *Huetium* p. 42. περὶ praebet etiam *Suidas*, qui tres priores versus profert T. I. p. 59. sq. in ἀεργηλή. ἀργή. ἄπρακτος. — συρικτάς, non συριγκτάς, ut Lexicographus dedit. Cf. *Theocrit.* Eid. VII. 28. VIII. 9. 34. In uno horum locorum tamen Codd. nonnulli etiam συριγκτὰς offerunt, cujus formae patrocinium suscepit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 660. — V. 2. τᾶσδε βαρυνομέναν. Vulgo. τάνδε Ed. pr. Flor.

Suid. Vir D. ap. *Huet.* l. c. Hi omnes non offenderunt in βαφυνομένην, cujus emendationem membr. obtulerunt; qua admissa non opus est cum *Kustero* χεῖρας ἀεργηλὰς legere. — V. 3. ἀνέδηκε. Sic editi et Vat. Cod. etiam *Suid.* Nec mutatione opus esse videtur, quamvis ex v. 5. sqq. ipsum Daphnidem loqui apparet. Sic enim tertiam personam prima sequitur in *Agath.* Ep. XXX. *Julian. Aeg.* Ep. IV. et alibi. — κορύνη. Mediam modo corripit, modo producit. Utriusque usus exempla collegit *Arnald.* Lectt. Gr. p. 194. — V. 5. μελίσδομαι ex Vat. Cod. Vulgo μελίσδεται. — V. 7. σύκοις. Ed. Flor. — Laudat h. v. cum sequ. *Suidas* in σίντης T. III. p. 318. — ἀδρανίη. Vide ad *Leonid. Tar.* XII. T. I. P. II. p. 75.

XXVI. Vat. Cod. p. 151. Plan. p. 417. St. 552. W. Satyri imago, Baccho a vindemiatore posita, describitur. — V. 1. „In membr. κισσοκόμαν. Satyrus capite hedera „redimito fictus erat, ut e v. 3. patet. Nulla ratio est, „cur antiqua haec lectio non restituatur.“ *Br.* Cf. *Callistrat.* Stat. I. p. 891. σισαλαγμένον οἶνῳ. Ductum ex *Leonid. Tar.* Ep. XXXVII. 1. — V. 2. λιναγρας. Vat. Cod. — V. 3. Tam egregie ebrietas in Satyro expressa erat, ut non ipse tantum, sed pellis quoque, qua indutus erat, hedera, quae tempora cingebat, crines denique et uva (ὀπώρη), quam manu tenuisse videtur, ebrietatis et temulentiae participes esse viderentur. — V. 5. φύσιν. *Callistr.* Stat. VI. p. 897. καιρὸς ἦν ἐς ἄγαλμα τετυπωμένος ἐκ χαλκοῦ, πρὸς τὴν φύσιν ἀμιλλώμενης τῆς τέχνης. — V. 6. Materiae natura arti cedebat; quod de Daedalo dicit idem scriptor Stat. IX. p. 901. ὅτι δύναμιν εἶχεν ἡ ἐκείνου τέχνη ἐξιστάνειν — τὰς ὕλας.

XXVII. Vat. Cod. p. 171. Plan. p. 411. St. 546. W. In canis imaginem, tanta arte elaboratam, ut latrare videretur. — V. 3. ὡς ὀ ἴδ'. Ab his inde verbis usque ad finem *Macedonii* versus laudat *Suidas* in κλοιὸς

T. II. p. 332. — V. 4. κλοιός. Vide ad *Antip. Sid.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 25. — V. 6. »πεῖθε. *Latrantis* »*enim ſimulacrum canis perſuadebat illi, ſe etiam incedere* »*poſſe.* Graecorum verborum, qualia leguntur, hic mihi »videtur eſſe ſenſus, quem non exprimit Grotii verſio: »*Jam dic age, Leucon, Currat, ait: latrans nam tua* »*juſſa manet.*« *Br.* Male vertitur ap. *Suidam: jubéret etiam canem ingredi et latrare.* — Pro Λεύκωνι, quod ex membr. et *Suid.* receptum eſt, vulgo Λεύκωνα legitur.

XXVIII. Vat. Cod. p. 146. Plan. p. 414. St. 549. W. ubi plura hujus argumenti carmina leguntur. — V. 1. ἀκροκόλυβδον. Vat. Cod. paſſim hanc ſcripturae diverſitatem notavimus. — ἀμφὶ τριαίνῃ δῆσε. Dubitari poteſt, utrum circa ipſius tridentem, (nam piſcatores quoque τριαίνῃ utebantur,) an Neptuni. Hoc potius exiſtimaſſe videtur is, qui margini Vat. Cod. adſcripſit γρ. θῆκε. — ¶. 119.] V. 4. ἀπὸ στ. et φλεφάρων. V. C. — κακοῦ. Cum ſenectute, malo jam per ſe ſatis gravi, conjunctum eſt aliud, quod non magis depellere poſſum, paupertas. ἠβάσκει propter antitheſin poſuit. ἠβάσκει. ἀκμάζει. *Suid.* Vocabuli poteſtatem explicuit *Pierſon.* ad *Moer.* p. 181. Male igitur *Brodaeus: ἡ βάσκει, quae accedit, properat.* — ἄλυτος *Suidas*, qui hos vſſ. laudat T. I. p. 128. idque *Huetio* quoque verum videbatur. — V. 7. 8. *Suid.* in παίζει T. III. p. 362. ſenem aliquid adhuc ſpiritus et vitae habentem. — »Vulgo ὡς ἐθέλεις. Recta ſcribendi »norma verbum requirit in ſubjunctivo; ſubauditur »enim ἄν. At necdum ſic placet. Jubente ſenſu ſcri»bendum videtur, ὡς δύνασαι, *ut facile potes*, ſiquidem »et terrae et maris potens es, in terra et in mari im»perium exerces. Nam ut Homerus ait: γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ »πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.« *Br.* ἐθέλεις habent etiam membr. Mihi in mentem venit:

ὡς θέμις, ὦ μελέων καὶ χθονὶ καὶ πελάγει.

ex terra me nutrias, ut te facere fas eſt, qui terra mari-

que imperas. Verba ὡς θέμις ſic paſſim interponunt Epigrammatarii. *Leonid. Tar.* XXV. ὁ γριπεὺς Διόφαντος ἀνέκτησε θύκατο τέχνας, Ὡς θέμις, ἀρχαίας λείψανα τεχνοσύνας. Idem XVIII. 5. *Meleager* Ep. XIV. 9.

¶. 332.] *XXVIII*[b]. Var. Cod. p. 147. ſq. „Hoc „Epigramma, quod a nemine, quod ſciam, fuit editum, „non eſt in cod. Buheriano: deſcripſit illud Salmaſius „in calce exemplaris ed. Wechel. quod ad membranas „contulit. Ultimum diſtichon habet Suidas in Κερνθι„κόν.“ *Br.* Agricola Cereri binos boves ex farina dedicat. Ejusmodi hoſtias Pythagorei ſolebant afferre diis. Vide *Menag.* ad *Diogen. Laërt.* L. VIII. 53. p. 379. et *Olearium* ad *Philoſtr.* V. Apoll. I. 1. p. 3. not. 19. Idem pauperiores nonnunquam feciſſe conſtat. Cyziceni, cum taurus niger ipſis aliquando deeſſet, σταιτίνην πλάσαντες τῷ βωμῷ παρέστησαν, ap. *Plutarch.* Vit. Lucull. p. 498. quem excitat *Weſſeling.* ad *Herodot.* II. 47. p. 127. οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίου σταιτίνας πλάσαντες ὗς καὶ ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. — V. 1. οἱ τόνδε τετ. Sic membr. Sed ſupra ſcriptum εἶτον, unde *Gravius* (in Mantiſſa tertia, T. III. p. 434.) εἶτον fecit, vertitque: *Ecce boves factos de frugibus: accipe quos non Dat ſtabulum, ſed dat noſtra polenta, Ceres.* Sed ſincera eſt Cod. lectio:

εἶτον δὲ τετεύχατον

in quibus δὲ cauſam reddit, cur boves ad Cereris aram afferat, nec tamen veros, ſed fictos. Boves enim immolare, qui agrum coluiſſent, nefas putabatur. Vide not. ad *Addaei* Ep. III. T. II. P. II. p. 232. Codicis lectioni patrocinatur etiam Vir doctiſſ. *Chardon de la R.* in libro menſtruo *Magaz. Encycl.* an VI. T. I. nr. 3. — V. 3. ἐτύμῳ βόε. fictis opponuntur. πλῆσαν ἀρούρας. Vide not. ad *Moſchi* Ep. T. I. P. II. p. 210. — V. 5. ὀκτάδος. octoginta quatuor annos natus. — V. 6. laudat haec

Suidas T. II. p. 350. nulla tamen interpretatione addita, quam *Kuſterus* adjecit: nec divitem fuiſſe hunc hominem, nec pauperem, ſed mediocri ſorte contentum vixiſſe. Nam τὸ ἀμῆσαι Κορινθικὸν de larga meſſe accipiendum eſſe, ſecundum proverbium: εἴη μοι τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος, quod ſic interpretatur *Zenobius* III. Cent. 57. p. 66. ἐπὶ τῶν κάλλιστα καὶ λυσιτελέστατα ἑαυτοῖς εὐχομένων· ἐπεὶ γάρ ἐστι τὰ μεταξὺ τούτων τῶν πόλεων εὐφορώτατα χωρία. ad h. l. vide *Schottum*. — V. 8. ἀφιλοστοργίαν. De hac forma vide *Br.* ad *Crinag.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381.

¶. 119.] *XXIX.* Planud. p. 295. St. 434. W. In ſtatuam Thyonichi, athletae, qui in certamine pueros, juvenes et viros ſuperaverat. — V. 1. τὸν παῖδα. juvenis adhuc erat Thyonichus, cum ſtatua ornaretur; quod notandum, ne *Brodaeus* nos in errorem abripiat. — Junge οὐχ ἵνα λεύσσῃς ἐν ἀγλαΐῃ τῇδε μνάματος, non, ut hoc tam pulchrum monimentum ipſius pueri pulchritudinem vobis oſtendat. — V. 4. μανίας. bono ſenſu, nobile gloriae ſtudium. — τὰς αὐτάς. Ed. Flor. pr. ἴσα edd. antiquae plures. — V. 5. οὗτος ὁ. *Ecce illum, qui* —. Sic *Pindar.* Ol. IV. 37. οὗτος ἐγώ. *ecce me.* Multa hujus generis collegit *Abreſch.* ad *Aeſchyl.* T. II. p. 195. — μὴ κλίνας πόδα. nunquam viribus deficientibus concidit. — ἄλικα. ephebos puta vicerat is, qui vix ipſe ex ephebis egreſſus fuerat, ita ut etiam pueris annumerari poſſet; hinc factum, ut et cum pueris, qui per ὑπλότερον ſignificantur, et cum athletis ipſo vetuſtioribus, πρεσβύτεροις, certamine aemularetur.

XXX. Vat. Cod. p. 462. ſq. Plan. p. 354. St. 493. W. Lemma vulgo: εἰς ἕτερον (δημόσιον) ἐν λυκίῳ. unde *Brodaeus* ἐν Λυκείῳ (gymnaſio.) In membr. ἐν Λυκῖ. — Amoenum hoc balneum ubi ſitum fuerit, parum refert. Ita ejus moenitatem poëta laudat, ut Naïades, Gratias et Ve-

nerem in eo lavare dicat. — V. 1. πυλωρός. Vat. Cod. — V. 2. κρίνων, qui lavaturis opportunum intrandi tempus diligenter indicet. — V. 3. ἐπὶ χ. Vulgo. — V. 4. ἤδη. Ed. Flor. ἴδοι Vat. Cod. — V. 5. οὐκ ἐθέλων. Expreſſa ſunt haec ex *Callim.* H. in Lavacr. Pall. 78. ubi Tireſias ad fontem accedens, quo Minerva lavabat: ποτὶ βόον ἦλυθε κράνας Σχέτλιος· οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμιτ' ἴς. (vide *G. Koen.* ad *Gregor.* p. 118.) — Quae ſequuntur verba ſunt *Homeri* ex Il. v. 131. quem *Pauſan.* reſpexit L. X. 32. p. 881. τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τοῦ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς δεῖσθαι. Hinc ap. *Lucan.* III. 424. in deſcriptione horrendi luci: *pavet ipſe ſacerdos Acceſſus, dominumque timet deprendere luci;* et fontium ſacerdos ad Herculem in loco *Propertii*, qui plurimum huc facit, L. IV. El. XI. 53. *Parce oculis, hoſpes, lucoque abscede verendo, Cede, agedum, et tuta limina linque fuga — Magno Tireſias adſpexit Pallada vates, Fortia dum poſita Gorgone membra lavat. Dî tibi dent alios fontes: haec lympha puellis Avia ſecreti limitis una fluit.*

XXXI. Vat. Cod. p. 466. Plan. p. 358. St. 497. W. *Macedonius* in domum ſuam Cibyrae, quae urbs Aſiae haud procul ab Antiochia minore. Vide *Conſtant. Porph.* de Themat. Imper. Or. I. 44. *Banduri* T. II. p. 15. ſq. In eandem domum ſcriptum eſt Epigr. inter ἀδέσπ. CCCLVII. — V. 1. θεμιστίλου. Vat. Cod. — ¶. 120.] V. 3. λῃστορι χαλκῷ. vi et rapina belli divitias ſibi comparans. — V. 5. λιτερνήτης, ſive λιπερνής, *pauper.* Vide *Interpp. Heſych.* v. p. 386. — λιπερνίτης et vſ. ſq. μισθλοῦ. Ed. Flor. pr. — V. 7. Deos rogat, ut hanc ſibi conſervent domum, in qua poſt laborioſae vitae moleſtias requiem inveniat. ἄμπαυμα πόνων. ipſe quietis locus, ut ap. *Pindar.* Nem. I. 1. ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ — Ὀρτυγία. niſi pro recreatione a laboribus accipere velis, ut ap. eundem poëtam Olymp. VIII. 9. τῶν μόχθων ἀμπνοάν.

XXXII. Vat. Cod. p. 465. Plan. p. 373. St. 511. W. Sardium laudes. — V. 1. *ὑπ' ἠνεμόεντι.* Vulgo. At in membr. eſt *ἀνθεμόεντι*, quod egregie convenit cum *Euripid.* Bacch. 462. *τὸν ἀνθεμώδη Τμῶλον οἰσθά που κλύων.* Cf. *Virgilii* Georg. I. 56. ibique Intrpp. *ἠνεμόεντα Τμῶλον* occurrit ap. *Nonn.* Dion. XXVII. p. 712. *νιφόεντι Τμώλῳ* in verſu Homeri, quem nonnulli Il. β. poſt vſ. 866. inferendum cenſebant. Altum, hoc enim eſt *ἠνεμόεις*, deſcribit *Ovid.* Metam. XI. 150. *freta proſpiciens, late riget arduus alto Tmolus in adſcenſu, clivoque extentus utroque Sardibus hinc, illinc parvis finitur Hypaepis.* — *Μαίονος Ἑρμοῦ. Nonn.* Dion. XII. 334. *Λυδοῖο βόος δονακώδεος Ἑρμοῦ.* Lydos Homerus appellat *Μῄονας*, recentiores *Μαίονας. Strabo* L. XIII. p. 928. B. — V. 2. *Σαρδαλέῃ.* Vulgo. *Θερσαλέῃ.* Ed. pr. Flor. Noſtrum eſt in membr. — V. 3. Matrem deûm, quam et Cybelen et Rheam appellatam eſſe conſtat, Sardium incolae indigenam ſibi eſſe autumabant, tradente *Herodoto* V. 102. p. 429. ubi *Weſſelingius* apte comparat *Sophocl.* Philoct. 390. *θεοστέρα παμβῶτι Γᾷ, Μᾶτερ αὐτοῦ Διός, Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις.* ubi *Schol.* Πακτωλὸς ποταμὸς Λυδίας, *ἔνθα ἡ Ῥέα τιμᾶται.* Numus Sardianorum cum Cybeles capite profertur a *Begero* in Theſ. Brand. p. 502. Jam ex noſtro carmine apparet, fuiſſe, qui Jovem Sardibus, fortaſſe in ipſo Tmolo, natum eſſe traderent, haud ſecus ac Bacchum, eumque ibi celatum fuiſſe. *οὐ γὰρ ἐλέγχειν.* nolebam enim prodere furtivum Rheae noſtrae filium. — V. 5. *Βρομίῃ.* Cf. *Eurip.* Bacch. 462. *Arrian.* Exped. Alex. V. 1. 2. *οὐ γὰρ ἔχω συμβαλεῖν, εἰ ὁ Θηβαῖος Διόνυσος (ὁ ἐκ Θηβῶν ἢ καὶ ἐκ Τμώλου τοῦ Λυδίου ὁρμηθεὶς) ἐπ' Ἰνδοὺς ἦκε στρατιὰν ἄγων.* — *ἐν δὲ κεραυνῷ.* Haec ad Bacchi natales referenda ſunt, quem Semele peperit *λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρί. Eurip.* Bacch. v. 3. Hinc eum *οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα κελευμένον* dicit *Nonn.* Dion. VIII. p. 248. — V. 6. *εὐρυτέρῳ τὶ φ.* Vat. Cod. ſyllaba *φω* a

praecedente ϱω absorpta. — V. 7. In montibus (ὀϱγάσιν) circa Sardes primas vites natas esse, tumidis verbis poëta dicit. οἰνὰς ὀπώϱη est ἄμπελος. At quam insolenter vites dicuntur *mulxisse mustum ex uvarum uberibus!* Putabam, *Macedonium* fortasse scripsisse:

πϱώταις δ' ἡμετέϱῃσιν ἐν ὀϱγάσιν ΟΙΝΙΑC ὍΡΗ
οὔθατος ἐκ βοτϱύων ξανθὸν ἄμελξε γάνος.

Horae hoc musti exprimendi negotium tribui poterat, quod certo anni tempore debebat peragi. οἰνιὰς idem quod οἰνάς, secundum *Polluc.* VI. 22. Nam licet *Pollux* huic vocabulo significationem ab nostro loco alienam tribuat, intelligitur tamen, formam οἰνιὰς in usu fuisse. Ceterum *Macedonio* obversabatur *Ion Chi.* fr. I. 4. 9. ubi vid. not. T. I. P. I. p. 313. — V. 10. πολὺς αἰών. In longo temporis lapsu opulentissimae mihi urbes felicitatem inviderunt. Saepius enim Sardes expugnatae sunt. Antiquissimis temporibus, Ardye regnante, Cimmerii expugnaverunt, *Herodot.* I. 15. p. 8. deinde Cyrus; ibid. I. 84. p. 42. denique ab Ionibus capta et concremata est urbs; ibid. V. 101. p. 428. Cf. *Strabon.* L. XIII. p. 930. C.

XXXIII. Vat. Cod. p. 511. „Edidit in notis ad „Stephanum Holstenius p. 308. ubi mendose legitur. „Duo prima districha emendatiora exhibet Harduinus „ad Plin. T. II. p. 722. Vasa fictilia alia sunt vilissima, „quae pauperioris plebeculae in usum cedunt; alia pre„tiosiora divitum luxui reservata. Hic est ultimi distichi „sensus, cujus versionem a Grotio concinnatam lectori „suo non invidisset Harduinus, si a summo viro conver„sum etiam hoc fuisset. Sed probabile est, illi duo prima „tantum nota fuisse districha, quae profert Salmasius „in Plinian. p. 58. tanquam integrum Epigr.“ *Br.* Vide Mantiss. Quart. Anthol. Grot. T. III. p. 430. ubi nonnisi duo districha leguntur; totidem profert *Bur-*

mann. ad Anth. Lat. T. II. p. 702. — V. 1. Συρέντου. Vat. Cod. Agitur de vasis fictilibus, quorum fabrica fuit inprimis celebris Surrenti et Pollentiae. *Plin.* H. Nat. L. XXXV. 12. 46. *Major pars hominum terrenis utitur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem et Arretium in Italia; et calicum tantum Surrentum, Asta, Pollentia, in Hispania Saguntum, in Asia Pergamum. Martial.* XIV. Ep. 98. vasa Aretina celebrat; et de calicibus Surrentinis idem Ep. CII.:

Accipe non vili calices de pulvere natos,
Sed Surrentinae leve toreuma rotae.

non vili de pulvere, sed pretioso, Συῤῥέντου μυριπνόῳ κονίῃ. Idem poëta Surrentinum vinum ex Surrentinis calicibus bibendum commendat L. XIII. Ep. CX.:

Surrentina bibis, nec myrrhina picta, nec aurum
Sume, dabunt calices haec tibi vina suos.

τρηχεῖα κονίη non peculiare pulveris Surrentini epitheton esse videtur, sed solemne, pulveri in universum conveniens; idem αὐχμηρός. — μυρίπνοε. *unguentum redolens.* quod Surrentinae terrae aut naturale erat, aut arte comparatum. *Terram, quae unguenta sapiat,* optimam esse dicit Plin. H. N. XVII. 5. Solebat etiam terra, fictilibus adhibenda, aromatibus misceri, ut apparet ex *Athen.* L. XI. p. 464. B. qui vasa fictilia ἐκ τῆς Κόπτου καταγόμενα commemorat, ἃ μετὰ ἀρωμάτων συμφυραθείσης τῆς γῆς ὀπτᾶται. — V. 2. Πολλεντίνων. *Martial.* L. XIV. Ep. CLVII. *Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed solet et calices haec dare terra suos.* — V. 3. *Br.* hunc vs. edidit ex emendat. *Salmasii.* In membr. enim corrupte legitur αἷς τὰ δ' αἱ τρ. ἀφῆς. quod etiam *L. Holstenius* exhibuit, cujus conjectura Ἆσταί δ' αἱ — minime spernenda. Agitur enim de *Asta* sive *Astis*, urbe Italiae, supra inter eas commemorata, quas calicum fabrica nobilitavit. Sic igitur in posterum hic locus exhibebitur:

Ἆσταί δ' αἱ τριπόθητοι, ἀφ' ἧς — —

Matthaeus Sladus Ἄστης θ' ἡ τριπόθητος tentabat, monente *Cornelio de Pauw*, qui mſtas illius notas habebat, ipſe Apographi ſui lectionem ἐστὲ γὰρ αἱ unice probans. — βρομιώδης πηλός, propter calicum uſum in compotationibus; iidem a Gratiis dicuntur ficti propter elegantiam. Cf. not. ad *Meleagr.* I. 9. T. I. p. 5. — V. 5. τρυφῆς χρῆσι. elegantior et ad luxum comparata ſuppellex. περισσὸς de re eximia, pulchra, illuſtravit *Valcken.* ad Hippol. p. 266. B. *Tyrwhitt.* ad *Ariſtot.* Poët. p. 194.

¶. 121.] *XXXIV.* Vat. Cod. p. 558. Plan. p. 185. St. 269. W. et ap. *Stob.* Tit. X. p. 126. 44. Gesn. 73. Grot. „Opſopoeus: *de quodam Euclione, qui ſtertens conſpecto* „*theſauro mori voluit. Plana ſunt omnia.* At mi bone, „nihil minus planum, imo hîc aſpera ſalebra eſt. Nam „avarus, ſi quando theſaurum ſuum amiſit, vitam odit „et mori vult; at invento theſauro gaudet, et vitam, „ſine qua theſauro ſuo invigilare non poteſt, amat. „Hoc epigrammate nihil ineptius legi poteſt, ſervata „corrupta lectione, quam v. 2. invexit ſocors quidam „librarius, ἤθελ' ἀποθνήσκειν. Miror hîc Grotio nihil „ſuboluiſſe, cujus verſionem vide in Stobaei Flor. p. 72. „Scripſi ἀποθρώσκειν, qua emendatione nihil certius. In „cod. Jani Laſcaris orae adſcripta haec nota: τοῦτ' οὐχ „ὑγιὲς ἴσως τὸ ἀποθνήσκειν." *Br.* Etiam hac emendatione admiſſa, quae mihi non tam certa videtur, quam cl. ejus auctori, multum obſcuritatis in hoc Epigrammate remanet. Certe exitus hiſtoriae minime reſpondet exſpectationi, quam prius diſtichon excitavit. Quod enim poëta dicit, illum hominem, quum ſpem ſuam deluſam vidiſſet, iterum obdormiviſſe, id non tam avari eſt, quam tranquilli et probi hominis, qui paupertate ſua contentus vivit, nec majora deſiderat. Haec igitur bene inter ſe cohaererent, ſi de homine ageretur, qui, ut Cynicus ille ap. *Horatium* (I. Epiſt. XVII. 30.) Mi-

leti textam chlamydem, ſic *aurum cane pejus et angue timeret*, ita ut *divite ſomnio* conſpecto *aufugere* (ἀποφώσκειν) aut etiam *mori* (ἀποθνήσκειν) mallet, quam divitias illas contrectare, neque antea tranquillum animi ſtatum recuperaret, quam apertis oculis et bene vigil ſe pauperem eſſe intellexiſſet. At de *avaro* agitur! Hic ſi per quietem ſibi viſus eſt impenſam facere, non mirum, ſi ſibi ipſe infeſtus mori voluit. Nec dubito, quin *Macedonius* hunc ipſum ſenſum efficere voluerit. ἀφῶν θησαυρὸν non eſt *theſaurum inveniens*, ſed *divitias ſuas tangens, contrectans*, ut inde ſumeret aliquid eoque uteretur. Verbum ἀφᾶν igitur eo fere ſenſu uſurpatum h. l. quo ἅπτεσθαί τινος, *guſtare*; vid. *Dorvill.* ad *Charit.* p. 134. ſq. Hinc apparet, ἀποθνήσκειν non ſollicitandum eſſe. Sic enim *Lucill.* Ep. CIII. ποιήσας δαπάνην ἐν ὕπνοις ὁ φιλάργυρος Ἑρμων Ἐκ περιωδυνίας αὐτὸν ἀπηγχόνισεν. — V. 3. κέρδος ὀνείρου. ſomnium, unde nonnihil commodi ad ipſum avarum redundare videbatur. — Hoc ſatis ridiculum, illum mori voluiſſe, cum ſibi bene eſſet; contra, cum vigilans priſtinam illam vitae miſeriam circa ſe videret, turbas illas animi ſubſediſſe, eumque beatiorem ſibi viſum eſſe in ſordibus, quam in lautitiis. — V. 4. ἀντικάθευδε. Vulgo.

XXXV. Vat. Cod. p. 499. cum lemmate: Μακηδ. ὑπάτου ἐν ὀνείρῳ. quod quid ſibi velit, non video. Plan. p. 70. St. 102. W. Hoc quoque diſtichon male accepit *Opſopoeus*. Tantum enim abeſt, ut Memoriae et Oblivionis bona extenuet auctor, ut potius illam laudet, quod bona vitae quodammodo perpetua reddat, hanc, quod malis quaſi umbram inducat. Similiter Oreſtes ap. *Euripid.* v. 213. ὦ πότνια λήθη τῶν κακῶν, ὡς εἶ σοφός, Καὶ τοῖσι δυστυχοῦσιν εὐκταία θεός.

XXXVI. Vat. Cod. p. 402. Μακεδονίου. Planud. p. 96. St. 141. W. Μακέδονος. In Codrum venatorem,

qui aprum in terra, cervum in fluctibus ceperat. — V. 1. ἔκτανεν. Vat. Cod. — V. 3. „οὐδ' ἂν ἐν αἴθρῃ. sic „e Vat. membr. in qua perperam scriptum αἴθρι. Cum „veteribus editionibus variant hic multum Planudeae „codices, in quorum nullo vera lectio reperitur. In hoc „consentiunt omnes, quod αἰθέρα in fine versus pro „αἴθρην habeant. Similis fere error Oppiani versum „Cyn. II. 414. insidebat, ubi recte hodie legitur: ἤλυ„θες εἰς αἴθρην, οἷδεν δέ σε μακρὸς Ὄλυμπος." *Br.* οὐδ' ἂν αἰθέρα. Ed. Flor. Ald. 1. Ascens. οὐδ' ἂν ἀν' αἰθέρα. Lectt. Ald. αἴθρην exhibet Steph. ex emend. *Brodaei.* ἐν αἴθρῃ emendavit *Jos. Scalig.* in not. msc.

XXXVII. Vat. Cod. p. 559. Plan. p. 24. St. 38. W. Stabat ad tumulum poëta, de conjugis morte cogitans, eamque tacitis precibus exoptans; ubi cum sternutasset, se voti damnatum iri speravit. Jam illa spe se delusum esse conqueritur. — V. 1. ἔπταρον. De sternutationis praesagio vide *Brod.* ad h. l. et *Doeringium* ad *Catull.* XLV. 8. — ἤθελον. auditurus eram conjugis mortem, ut equidem sperabam. θέλειν apud seriores Graecos fere eandem vim habet ac μέλλειν, observante *Reiskio* ad *Constantin.* Cerem. p. 96. qui hunc versum excitans εὐθὺς ἀκοῦσαι legit, quod mihi quoque vulgatâ videtur verius. Eodem sensu emendaveram equidem: αὐτίκ' ἀκοῦσαι. — V. 3. εἰς ἀνέμους. De re irrita *Theocr.* Eid. XXII. 167. τὰ δ' ἐς ὑγρὸν ἄχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. Idem XXIX. 35. αἱ δὲ ταῦτά γε φέρειν ἀνέμοισιν ἐπιτρέπεις. *Catull.* LXIV. 140. *Mihi non hoc miserae sperare jubebas: Sed connubia laeta, sed optatos hymenaeos: Quae cuncta aërii discerpunt omnia venti.* Cf. *Fischer.* ad *Anacr.* Od. XXXIX. 7. *Mitscherl.* ad *Horat.* I. Carm. XXVI. 2. — V. 4. „In membr. scriptum λύτρον ἐν ἀνθρώποις, quod „Salmasius probabat; positum est pro λύσιον, *nihil quod „me ab ea liberet.* Sed alterum in Planudea vulgatum

„praeferendum mihi videbatur.“ *Br.* Utravis lectione admissa jejunus Epigrammatis exitus.

XXXVIII. Vat. Cod. p. 560. Planud. p. 165. St. 240. W. Justitia aurum puris manibus allatum non spernit. Cf. Ep. *Arabii Schol.* II. — V. 1. Δίκη. *Hesiod.* Ἔ. κ. Ἡ. 255. ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Διὸς κυγατηρ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα. πολήων. Δίκαν βάθρον πολήων dixit *Pindar.* XIII. Ol. 7. Similia collegit *Rittersh.* ad *Oppian.* II. Hal. 680. — V. 2. αὐτὸν ἐν. Vat. Cod. — V. 3. Respicitur locus *Homeri* Il. Σ. 69. — νόμον βιότου. vitae leges, τὸ πεπρωμένον. — V. 6. χαρίτων, *carminum.* Vide not. ad *Nossid.* Ep. XI. T. I. P. I. p. 420.

¶. 122.] *XXXIX.* Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 33. St. 50. W. De spei ludibriis se, hominem et mortalem, minime conqueri. — V. 1. Si spes me deludit, facile id patiar, cum mortalis sim. παίζουσιν. Vide ad *Pallad.* Ep. CXL. T. II. P. III. p. 264. — V. 2. ἀμβολάδην. Spes omnia quidem promittit, sed ipsum bonorum fructum in futura tempora semper remittit. — V. 4. δολιχὸς. Vat. Cod. — Dum me spei deludendum praebeo, laetor errore meo. δολιχαῖς. *longas spes* vocat *Horat.* I. Carm. 15. ubi similia comparat novissimus editor. — V. 6. εἰς κρίσιν. neque severus mei ipsius censor esse velim. Ἀριστοτέλης pro quovis philosopho severioris indolis accipiendus videtur. *Opsopoeus* tamen ad locum quendam *Aristotelis* respici putat, quo duos esse dicit vitae tyrannos, timorem et spem; his exactis hominem plane liberum fore. — V. 8. „Respicit Anacreontis „haec verba in Ode XLI. τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.“ *Br.*

XL. Vat. Cod. p. 500. Plan. p. 34. St. 51. W. In notum Pandorae facinus poëta commentatur. — V. 1. γυλῷ. Vat. Cod. — οὐδέ. non tam Pandora vituperanda, quam hoc dolendum est, quod bona, in ipsius pyxide inclusa, alis instructa aufugerunt. Apud *Hesiodum* Ἔ.

καὶ Ἡ. 95. Pandorae pyxis mala continet, quae operculo ſublato in omnes terrarum regiones diſperſa ſunt. Sed alii fuiſſe videntur, qui munera illa, quibus dii Pandoram exornaſſent, pyxide aperta aufugiſſe traderent. Sic ſaltem *Macedonius* fabulam illam interpretatur. Cf. etiam *Nonn.* Dion. VII. p. 204. 15. — V. 3. ἐπ' Οὐλύμποιο. Vulgo et in Cod. Vat. Hujus diſtichi ſenſus mihi minime perſpicuus eſt. Sic enim bona illa, ab Olympo et diis derivata, per omnes terrae regiones vagantur, non opus eſt voto, ut in terram delabantur. *Grotius* vertit: *Sicut enim coelo ſublimia dona feruntur, Sic utinam ſaltem pars cecidiſſet humi.* Servaverim equidem: ἐπ' Οὐλύμποιο, ſcil. δώματα. μετὰ χθονὸς ἤθεα autem explico: poſtquam omni terra relicta ad Olympum avolaverunt. — V. 3. ἡ δὲ γυνή. Pandora, quae pro muliebris ſexus ſymbolo habenda eſt, pyxidis operculo deducto expalluit, et omnem ornamentorum ſuorum copiam perdidit. Hinc factum, ut mulieres facile feneſcant. Poſtremum hoc ductum ex *Heſiod.* l. c. qui mala, ex Pandorae adventu orta, recenſens, Πρὶν μὲν γὰρ ζώεσκον, ait, ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν καὶ ἄτερ χαλεποῖο πόνοιο, Νούσων τ' ἀργαλέων, αἵ τ' ἀνδράσι γῆρας ἔδωκαν· Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι. Idem omnem mulierum calamitatem a Pandora derivat in Deor. Gen. 589. — Ceterum hoc Epigramma *Palladae* potius quam *Macedonii* ingenio dignum.

XLI. Vat. Cod. p. 296. Plan. p. 221. St. 322. W. Tumuli inſcriptio de vanitate rerum humanarum. — V. 1. Ἐλειθυια. Vulgo. — V. 2. ἀμφοτέραις. Vat. Cod. ſupra ſcriptum αις, ut in Plan. habetur. Durum eſt, Terrae et Ilithyiae ſtadium tribui hominibus percurrendum. Putaverim:

χαίρετον ἀμφοτέρᾳ· ἤνυσα τὸ στάδιον.

ubi ſyllaba αι in hiatu ante vocalem producta vix offen-

sioni erit. At in ejusmodi poëtis non sine periculo sententiarum emendatio tentatur. — V. 3. νίσσομαι. Vat. Cod. — „Foede corruptum vulgo legitur ultimum distichon. „Nam primum pro εἰμὶ *sum*, scribendum εἶμι *vado*. Ce„terorum ordo est: οὐ γὰρ οἶδα, τίς ἢ τίνος ὤν, ἢ πόθεν „(ἐρχόμενος) μετέβην εἰς ὑμᾶς. Quae sic constructa in Pla„nudea leguntur: οὐδὲ γὰρ ὑμέας ἢ τίνος ἢ τίς ἐών, οἶδα „πόθεν μετέβην." *Br.* In Vat. Cod. sic legitur, ut in Plan. Quod sententiam attinet, comparandum Ep. inter ἀδέσπ. LXXX.

Praeter haec Epigrammata Vat. Cod. *Macedonio* tribuit Ep. Incert. CCCLVII.

ERATOSTHENIS SCHOLASTICI EPIGRAMMATA.

¶. 123.] *I.* Vat. Cod. p. 133. Plan. p. 466. St. 607. W. Se pueros prae mulierum amore spernere. — V. 1. εἰς χερσίην. Metaphora a fructibus ducta, quorum alii cito marcescunt, alii in futurum usum reponuntur, docente *Toupio* Em. in Suid. p. 157. qui comparat *Strabon.* L. III. p. 233. A. — V. 3. Laudat hoc distichon *Suidas* in ἡβητὴς T. II. p. 40. ubi φθονερὴν omittit. — *Invidos pilos* illustravimus ad *Straton.* Ep. XIII. T. II. P. III. p. 62.

II. Vat. Cod. p. 125. qui *Eratosthenis* hoc carmen vindicat, quod in Plan. p. 605. W. (in Stephan. et aliis antiquis edd. omissum) *Agathiae* tribuitur. Latinam ejus versionem dedit *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 478. Recte moechus mulieri, coram marito, impudici amoris vota significat. — V. 1. ἀκοίτῃ κείνῃ. Vulgo. ἀκοίτῃ κείνῃ. Vat. Cod. Literam, quae in fine versus exciderat, restituit cl. Editor. Initium vs. laudat *Suidas*

Suidas in ὄχεος T. II. p. 774. — V. 3. 4. profert et illuſtrat *Salmaſ.* ad *Plin.* p. 652. C. qui δικλίδα non de janua, ſed de clave Laconica accipiendum eſſe contendit. ἡ βάλανος clavis dens eſt, qui clauſtris injicitur ad ſuccutienda repagula. *Aratus* in Phaenom. v. 192. οἵην δὲ κλῆῒ δι θύρην ἔντοσθ' ἀραρυῖαν Δικλίδ' ἐπικλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆες. *Reiskius* ὑμετέρης (i. e. σῆς) emendandum cenſebat, ſic vertens: *Licetne tui portalis vectes regerere, laxata valvarum tuarum glande.* Et certe βάλανος etiam μοχλὸν ſignificat. Vide not. ad *Hedyl.* Ep. III. T. I. P. II. p. 328. At βάλανος etiam aliam ſignificationem habet apud medicos, quae locum fecit ambigue dicto Demetrii regis ap. *Athen.* L. XIII. p. 477. F. Hac ſignificatione nihil ad h. l. aptius; quare ὑμετέρης ſervandum cenſeo. — V. 4. χαλάσαι. Vulgo; et βάλανον. — V. 5. διπλῶν. Duplices januae valvas habere ſolent. πλαδαρὴ κρηπὶς vero non eſt *mobilis crepido*, ut *Reiskius* vertit, ſed *humida*. Vid. ad *Agath.* Ep. L. — V. 6. ἄκρον ἐπιβλῆτος. ſummum peſſulum in media parte figens. Interiores januae peſſulo, exteriores vecte ligneo transverſo claudebantur. ἐπιβλής. ὁ μοχλός. *Heſych.* Similis eſt ἀμφιβολία in voce ἔμβολον, quam notavit idem Lexicographus: ἔμβολον. τὸ αἰδοῖον. *Ariſtoph.* ap. *Athen.* L. I. p. 29. A. οὐδ' ἄλλον, ὅστις ἐπεγείρει τὸν ἔμβολον. — V. 7. »ἀνέρα λοξὸν »ἰδοῦσα. Sic recte membr. quod vulgatur ἀνέρι, graecum »non eſt. V. 8. μὴ σκεῦην ὀλέσῃς. Ita jam emendaverat »Salmaſius. In membr. μὴ σκαφίην ὀλέσεις. Ultima haec »illuſtrat doctiſſimus Toup. ad Suid. II. 192. (p. 303.) »ubi integrum prolatum hoc carmen." *Br.* Hic iterum apographa interpolata fucum fecerunt eruditiſſimo editori. Vulgo legitur μὴ κεφαλὴν ὀλέσεις. In marg. Wechel. ὀλέσῃς, ἢ ἀντὶ τοῦ μὴ γραπτέον ἦ. In membr. autem habetur μὴ σκευὴν ὀλέσῃ, quod cum in metrum peccare exiſtimaret *Salmaſius*, σκαφὴν correxit in not. inedit. quas ex libro Lennepiano excerpſi. σκεῦην invenit etiam

Reiskius in Apogr. Lipſ. — σκευὴ eſt apparatus, arma, quibus quis inſtructus eſt. Hoc loco eam partem, qua viri ſumus, recte ſignificat. Priapus ap. *Antiſtium* Ep. II. ἐπὴν γελάσῃς, ἐσιδών με, Τοῦ σκεύους.

III. Vat. Cod. p. 155. Edidit *Kuſter.* ad *Suidam* T. I. p. 88. *Reiske* in Anthol. p. 3. nr. 401. Daphnis, mulierum amator, Pani, eodem morbo laboranti, munera quaedam dedicat. — V. 1. vehementer depravatum profert *Suidas* in ἀκοστήσας· τὰς τρητὰς δύναμας καὶ ἀκοστὰν σεῖο κορύναν, Ὦ Πὰν, δέχνυσο δῶρα τὰ Δάφνιδος. — τόδε in Vat. Cod. lineae ſuperſcriptum. — V. 2. pro ἄνθετο, quae Cod. eſt lectio, ἄνθεσο emendavit *T. Hemſterh.* qui hoc carmen protulit ex *Kuſteri* not. ad *Lucian.* T. I. p. 138. Idem *Salmaſ.* tentavit in marg. ap. Guy. et Ruhnk. ἄνθεο *Reiskius* dedit ex ſua conjectura. — Δάφνι, ſuperſcripto σ, Vat. Cod. — γυναικοφίλας. *Theocr.* Eid. VIII. 60. — V. 4. „Hic verſus in ſolo Lipſienſi „codice ex emendatione viri docti recte ſcriptus eſt.“ *Br.* καὶ μολπὰν exhibet apogr. Gothan. In apogr. Guy. Ruhnk. et ap. *Kuſter.* μοι πᾶν. In marg. tamen illorum codd. μολπὰν notatum invenio.

IV. Vat. Cod. p. 155. Plan. p. 438. St. 571. W. Vinoſus homo Baccho cadum exſiccatum dedicat. — V. 1. Βάκχε. Vat. Cod. — V. 2. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχει. Cf. *Lucian.* Ep. XV.

MICHAELII GRAMMATICI EPIGRAMMA.

¶. 124.] Planud. p. 376. St. 514. W. In imaginem Agathiae, fratris ejus, et utriusque patris Memnonii. — V. 2. δίζυγός. duplex eloquentiae genus, quod in carminibus et in hiſtoria exhibuit. — V. 4. σοφίης. ſe de

hominum rebus bene geſtis recte judicare poſſe docuit.

THOMAE PATRICII EPIGRAMMA.

Planud. p. 408. St. 543. W. Anaſtaſium aurigam tot victorias in Circenſibus reportaſſe dicit, quot alii certamina viderint. — V. 3. In marg. Wech. γρ. καὶ ὅς τόσσους στεφάνους ἀνεδήσατο πρίν.

THOMAE SCHOLASTICI EPIGRAMMA.

¶. 125.] Planud. p. 376. St. 514. W. In laudem Ariſtidis rhetoris, qui cum Demoſthene et Thucydide inter praeſtantiſſimos eloquentiae antiſtites numeratur. Eſt hic ſine dubio Aelius Ariſtides, quem, ut alterum ab Homero Smyrnae ornamentum, laudat Auctor Ep. inter ἀδέσπ. DLXXX.

SOPHRONII PATRIARCHAE EPIGRAMMATA.

I. Vat. Cod. p. 484. Plan. p. 357. St. 497. W. Xenodocheum, Alexandriae, ut videtur, conditum, peregrinantes ad ſe invitat. — V. 2. ἀπ' ἀδοιπορίης. Vat. Cod. — V. 3. „Veram hujus verſus lectionem dedit unus „Planudeae regiorum codd. cujus ſine ulla discrepantia „ſcripturam repraeſentavi. In Vat. membr. στῆσον, ξεῖνε,

„πόδα. Alter Planudeae: στῆσον, ξένε, σὸν πόδα. imper„fecto utrobique verſu. Salmaſius conjiciebat: στῆσον, „πόδα, ξεῖνε, πλανήτην. Sed jam conjecturis non indige„mus.“ *Br.* Vulgo legitur στῆσον, ξένε, τὸν σέο πόδα. *Brodaeus* conjiciebat τὸν πόδα σεῖο. — V. 4. ἔχων. Vulgo et in Vat. Cod. — V. 5. ἀνακρινέεις. Vulgo. Noſtrum eſt in membran. Illud equidem h. l. praetulerim. — πολιήτα Vat. Cod. — Eulogius Epiſcopus fuit Alexandriae ſecundum *Theophan.* Chron. p. 211. Ejus ſcripta quaedam recenſet *Photius* in Bibl. cod. CCVIII. CCLXXX. Cf. *Fabricii* Bibl. Gr. T. IX. p. 437.

II. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. Lemma eſt in membr. τοῦ ἁγίου Σωφρονίου πατριάρχου. εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας τὸν ἐλεήμονα. — V. 1. „Prava diſtinctione vulgo laborat hic verſus et „male inſerta particula δέ. Veteres enim libri exhibent „ἦν δ' ἔτι. aut δέ τι.“ *Br.* Vat. Cod. ἦν δ' ἔτι παῖς; et ſic Ed. Flor. pr. δέ τι tres Aldd. ἦν καί τί ex Aſcenſ. edidit Steph. — In fine vſ. ὄλβου Vat. Cod. — V. 2. νεκρούς. Vulgo et in Vat. Cod. νεκροῦ ex ingenio emendavit cl. Editor. Idem placuit *Joſ. Scaligero* in not. mſc. Junge: ἔννεπε ἔργα καὶ ὄλβον νεκροῦ. — ¶. 126.] V. 5. „ὅλων pro πάντων, ut infra in Leonis Ep. III. et Incerti „Poët. XCVI. quod a probatorum ſcriptorum uſu rece„dit.“ *Br.* Hunc uſum vocis ὅλος, qua ſequioris aevi ſcriptores usque ad faſtidium utuntur, illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 370. qui membr. lectiones in hoc carmine indicat. ὄλβων πλέον Vat. Cod. Vulgo κτήματα, unde *Joſ. Scaliger* πλέον ἔχων emendabat. κτήμασι eſt in Cod. Senſus eſt: Joannem divitiis a majoribus ipſi traditis, ſanctisque operibus paratis, omnes Cypri cives ſuperaſſe. — V. 9. στομάτων. nemo facile verbis eloquatur. — V. 10. φαεινοτάταις. Vat. Cod. et in Plan. — V. 12. „Scribendum cenſeo ἀρειστάτης. In membr.

»ἀρειστάτας.« *Br.* Hoc probabat etiam *Salmaſ.* in not. mſc.

III. Vat. Cod. p. 314. Plan. p. 194. St. 282. W. — V. 1. *ἱερείων.* Vulgo. *ἱερήων.* Ed. Flor. et tres Aldd. Poſt ſtadium ſanctiſſimarum virtutum decurſum. — V. 3. *ἄφθιτον ἕξει.* Vat. Cod. et v. 4. ibid. *καταχθονιας ἱξιν.* »πρήξεις τε. otioſa eſt hîc copula. Scribendum γε, »aut, quod melius eſſet, in ſuperiori verſu, θνητὸν γὰρ »λάχε σῶμα, βίον δ' εἶθ' ἄφθιτον ἔσχεν. *Utinam vero im-*»*mortalis fuiſſet et* – ſic bene adhibetur copula.« *Br.* At ſic extenuaſſet viri laudes. Debebat potius dicere, mortalem quidem fuiſſe genitum illum, ſed immortalia facta edidiſſe. Idque ipſum *Sophronii* mentem fuiſſe, vehementer ſuſpicor. Quare vide, an legi debeat:

θνητὸν γὰρ λάχε σῶμα, καὶ οὐ βίον ἄφθιτον ἔσχεν,
ἀθανάτους πρήξεις γε κατὰ χθόνα βέξεν ἀπείρους.

Si ipſi immortalis vita conceſſa non fuit, immortalia ſal-tem facta in terris peregit innumerabilia.

COSMAE MONACHI DISTICHON.

¶. 127.] Plan. p. 313. St. 453. W. cum lemmate Κοσμᾶ μηχανικοῦ. In imagine ſacrificii Polyxenae conſpiciebatur Pyrrhus puellam immolaturus. Polyxena autem Minervam invocare videbatur, quod vituperat Pyrrhus; impudentis enim eſſe, preces facere ad deam, quam frater Paris tam graviter laeſerit. Haec quo referenda ſint, haud facile dixeris. Fortaſſe in tabula picta ſignum Minervae conſpiciebatur, ad quod virgo oculos manusque protendebat. Malim tamen exiſtimare, de ſtatuis agi, quales deſcribuntur Pyrrhi et Polyxenae in *Chriſtodori* Ecphr. v. 192. ſqq. in quarum vicinia for-

taſſe eſſet Minervae ſimulacrum. Ad hanc deam cum forte converſa eſſet Polyxena, *Coſmas* hoc de precibus ad illam factis interpretatur.

MICHAELIS PSELLI EPIGRAMMA.

Edidit *Cangius* in Additamentis ad CPolin Chriſt. In calce Zonarae p. 151. Scriptum eſt in equum ex aere, pede ſublato fictum. Multi in Hippodromo equi fuerunt poſiti, quos recenſet cl. *Heynius* in Comment. Soc. Reg. T. XI. p. 36. — V. 2. φριμάξεται. Hoc vocabulum etiam de equorum hinnitu uſurpari docent Grammatici, quorum loca vide ap. *Valcken.* ad Ammon. p. 226. — V. 4. παρέλθῃς. *Cang.* „Pravam lectionem „minori mutatione emendare debuiſſem, ſcribendo εἰ „παρέλθοις.“ *Br.* In Anal. exhibitum ἢν παρέλθῃς. — V. 5. δραμεῖν. Similiter de equo Domitiani *Statius* I. Sylv. I. 46.

At ſonipes, habitus animosque imitatus equeſtres,
Acrius attollit vultus, curſumque minatur:
Cui rigidis ſtant colla jubis, vivusque per armos
Impetus, et tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent.

— V. 6. τὸ τοῦ λόγου. Ne id, quod hi verſus tibi timendum eſſe dicunt, vere experiaris.

LEONTIS PHILOSOPHI EPIGRAMMATA.

¶. 128.] *I.* Vat. Cod. p. 388. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 753. p. 155. inter Jenſiana nr. 102. In Quirini

librum mechanicum, Marcelli, fratris, ope elaboratum. Suſpicatur *Reiskius* p. 242. hunc Quirinum et Marcellum nihil diverſos eſſe ab iis, quos *Libanius*, ut homines ſui aevi, commemorat Epiſt. 362. ed. Wolf. p. 177. ubi Quirinus Marcelli, medici dexterrimi, opera in morbo filii uſus eſſe dicitur. Quirinum illum a profeſſione ſophiſtae ad illuſtres dignitates adſcendiſſe, conſtat ex ejusdem *Libanii* Epiſt. 369. p. 182. — V. 2. γνωτοῖσι. *Jenſ.* quod *Reisk.* emendavit, conſentiente Cod. Vat.

II. Vat. Cod. p. 388. Edidit *Reisk.* in Anth. nr. 754. p. 155. inter Jenſ. nr. 103. Protulit etiam *Dorvillius* ad *Charit.* p. 370. Deſignari videtur hoc carmine Paulus ille Alexandrinus, qui Isagogen apoteleſmaticam ſive de viribus aſtrorum compoſuit, editam ab *Andr. Schotto*, Viteberg. 1586. Hujus viri, qui ſcripſit anno p. Chr. 387. mentionem fecit *Suidas*: Παῦλος φιλόσοφος. Εἰσαγωγὴν ἀστρολογίας καὶ ἀποτελεσματικά. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 140. ed. *Harl.* — V. 1. Liber ipſe loquitur, myſteria artis aſtrologicae ſibi a Paulo commendata eſſe glorians. — Μαντὸς conjecit *Jenſ.* male. μαντείης corr. *Corn. de Pauw*, in cujus Apogr. ex Guyeti cod. deſcripto notatum in marg. fort. θυηπόος et θεομήδεος. — V. 2. μ' ἐδιδάξατο eſt in membr. *Dorville* με διδάσκετο, *Reiskius* μ' ἐδιδάσκετο exhibuit.

III. Vat. Cod. p. 388. *Reiske* in Anthol. nr. 755. p. 155. in Jenſian. nr. 104. De Theonis et Procli operibus aſtronomicis conſule *Fabric.* in Bibl. Gr. T. VIII. p. 211. et 516. — V. 1. βίβλοι notavit *Salmaſ.* in marg. Apogr. Guy. et ſq. verſu Πρόκλος (Πρόκλου ſcribendum videtur), utrumque absque neceſſitate. Complectebatur unum volumen Procli et Theonis opera, quorum ille terram, hic coelum metiri docebat. Quum v. 2. – 4. eadem res ter inepte repetatur, *Reisk.* v. 3. omittendum eſſe putabat. — V. 4. excitavit *Salmaſ.* ad *Solin.*

p. 579. — V. 5. ἐπ' ἴσης. *Reisk.* Idem v. sequ. τῷ λόγῳ edidit, contra membr. fidem. τετεύχατε. Vat. Cod. Tertia persona huic loco aptior. *Corn. de Pauw* in Not. mss. τετεύχατον tentabat. „Commendat poëta eorum „operas invicem sibi scribendo praestitas ita, ut Proclus „argumentum, de quo Theo librum ediderat, illustran„dum sibi sumserit, h. e. geometriam, et vicissim Theo „sumserit Procli de motibus coelestibus edita volumina „sibi exponenda." *Reiskii* verba sunt. — V. 8. τοὺς δρόμους. *Reisk.* quod etiam in Apogr. Guyeti legitur. In marg. δρόμους, quae est membr. lectio. — V. 9. Proclus Theonis demonstrationibus usus sua themata resolvit et nova problemata format. προβάλλειν enim verbum proprium de iis, qui ἐρωτήματα, ζητήσεις, ἀπορίας proponunt. Vide *Bud.* Comm. Gr. L. p. 975. 35. — ¶. 129.] V. 11. ξυνωρί. par sapientum! Dicendi usum illustravit *Wesseling.* Obss. I. c. 27. p. 115. *Valcken.* ad Phoen. p. 116. In multis exemplis vocabuli ξυνωρὶς figurate adhibiti nullum reperio, unde defendi possit lectio ap. *Aeschyl.* Choëph. v. 971. in descriptione pestiferi illius vestimenti, quo Clytaemnestra conjugem irretiverat: δεσμὸν ἀθλίῳ πατρί, Πέδας τε χειροῖν καὶ ποδοῖν ξυνωρίδα, ubi si ξυνωρίδι scripseris, nihil difficultatis supererit. — V. 13. πυκάζων, *ornans*, ni fallor. *Suidas*: πύκασεν. ἐκόσμησεν. Idem: πυκάζεται. κοσμεῖται. — V. 14. 15. protulit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 370. qui se olim τοῖς ξόλοις scripsisse narrat, pro τοῖς ὅλοις. Levis profecto conjectura, quod ipsum *Dorvillium* non fugit. In marg. Cod. Guy. τοῖς λόγοις notatur. *Corn. de Pauw* τοῖς πόλοις tentabat, codicis tamen lectionem cuivis conjecturae praeferens. Sed ipse hanc lectionem minus recte interpretatur per τῷ ὅλῳ, i. e. τῷ κόσμῳ. *per totum universum.* — τοῖς ὅλοις, πᾶσι. Vide ad *Sophronii* Ep. II. 5. Proclus, Sarpedonis genus, i. e. Lycius, apud omnes summa auctoritate florebat.

IV. Vat. Cod. p. 389. cum lemmate: *Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντ.* et ſic *Reisk.* nr. 683. p. 126. in Jenſ. nr. 32. „Editum eſt a Salmaſio in fronte librorum „Tatii amatoriorum. — Quidem Ep. hoc Photio Patriarchae tribuunt, quibus non ſuffragatur Fabric. Bibl. „Gr. T. IX. p. 402. Eſt Leonis Imperatoris, vel alterius Leonis, Mich. Pſelli diſcipuli, de quo Leo Allatius in Diatr. de Pſellis, initio: non autem Leontii „Athenienſis, patris Eudoxiae, Theodoſii junioris conjugis, quae Reiskii opinio nihil aliud eſt, quam febricitantis ſomnium. Leontius ille, qui ante annum 421. „e vivis exceſſerat, de Clitophontis et Leucippes amoribus non magis audire, potuit, quam de Boyardi Orlando: quo tempore mortuus eſt, annum aetatis ſuae „VIII. aut IX. agebat Proclus Lycius, ita ut Leontio „cognoſci non potuerit, qui proinde auctor non eſt „Ep. III. quod, praeter chronologicas rationes, abunde ſatis monſtrat horum carminum ſtilus.“ *Br.* — V. 1. „*σωφρόνων βίον.* Hoc dedi e Salmaſii emendatione „in codicis ora; nam quod vulgo legitur *σώφρονα* in metrum peccat. Melius emendaretur ſcribendo *ἀλλὰ „βιοτὴν σώφρονα.*“ *Br.* Minori mutatione, una ſyllaba inſerta, legendum:

ἀλλὰ σώφρονα βίοτον.

— V. 2. „ubi Codex exhibet *ὁ Κλειτοφ. ὥσπερ ἐμφαίνει λ.* „recte conſtituit Reiskius, qui in ceteris nugatur. Nam „v. 3. *σωφρονέστατος* ipſiſſima eſt membranarum ſcriptura, in quibus etiam v. 7. recte *εἶπερ δέ*, ut metri lex, „quam perfringere non didicerat ſapiens ille Leo, „poſcit. Ibi autem in fine *φίλε* ſcribatur an *φίλος*, perinde eſt; illud magis probo, quod etiam Salmaſio placuit, quem hodie a quibusdam in Germania magiſtellis valde contemni video.“ *Br.* Pro *ὥσπερ ἐμφαίνει* minori mutatione legeris

σὺ παρεμφαίνει —

μὲν autem in talibus non desideratur. — V. 3. In nomine proprio Λευκίππης poëta mediam pro lubitu corripuit. σωφρονέστατος est in membr. Ap. Jens. et R. σωφρονέστερος. — V. 5. ἐξίστησι. omnes in admirationem sui rapit. — Sequitur recensus malorum, quae Leucippe in Achillis historia patitur. — κατηχρειωμένη. Verbum ἀχρειόω recentioris est usus. *Pessimo modo habitam* significare videtur compositum, quo Lexica carent. — V. 7. θέλῃς φίλος. Vat. Cod. φίλε dedit *Salm.* — V. 8. πάρεργον proprie de iis rebus, quae ornatus causa adduntur et minori tractantur diligentia, quam reliquum opus; quam significationem cum derivatis diligenter explicavit *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1180. sq. Hoc loco adverbialiter positum pro παρέργως, ἐν παρέργῳ. At τὴν alieno loco esse videtur. Malim:

μή τοι πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν.

ne obiter et ofcitanter hujus tabulae historiam spectа. — V. 9. „non discrepat a codicis scriptura. Salmasius edi„dit πρὸς τὴν συνδρομήν; pessime Reiskius πρὸς τὸ συνδρο„μήν.“ *Br.* In membr. contextu legitur προς την. supra scriptum πρῶτα. In marg. Apogr. Guy. notatur πρόσθε. — συνδρομὴ historiae est finis, quo omnes ejus partes tendunt. — V. 10. „νυμφοστολεῖ γάρ. Cod. δέ, quod recte „Salmasius emendavit.“ *Br.* In Apogr. Goth. non δέ, sed γὰρ exhibetur.

V. Vat. Cod. p. 390. Εἰς τὸν φιλόσοφον (φιλόσοφον) Πορφύριον. In Plan. p. 118. St. 171. W. auctoris nomine caret. Ludit poëta in Porphyrii nomine, cujus orationem cum purpura comparat propter praestantiam; Labia tua tingis orationis tuae purpura, eademque mentem tamquam veste instruis. Is est procul dubio Porphyrius, qui magnum inter Pythagoreos nomen habuit.

VI. Vat. Cod. p. 416. sq. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 796. p. 172. in Jensian. nr. 145. — V. 1. μίτρᾳ. Ma-

trem tibi iratam finge, quod filiam vitiatam deprehenderit. Ductus eſt verſ. ex Odyſſ. ψ. 97. — V. 2. ex Il. ε. 361. — V. 3. ex Il. κ. 83. — V. 4. ex Il. φ. 50. — §. 130.] V. 5. πᾶν δ' ἐπερράνθη. *Reisk.* contra codic. fidem. *Homer.* Il. π. 333. πᾶν δ' ὑπερθερμάνθη ξίφος αἵματι. Eadem vocabula repetuntur Il. υ. 476. — V. 6. ex Odyſſ. ε. 268. ubi accentu diverſo et diverſo adeo ſenſu οὖρον legitur. In apogr. Guy. et Ruhnk. etiam οὖρον habetur, ſed in marg. οὐρὸν notatum, i. e. *liquorem.*

VII. Vat. Cod. p. 456. ſine auctoris nomine, quod nec Planud. indicat p. 124. St. 187. W. Cl. editor monere neglexit, quibus cauſis commotus hoc carmen *Leonti* tribuerit. Ceterum cf. ſimile carmen T. II. p. 519. — V. 1. ὑπάτων πρῶτος, ὁ δὲ δ. Vulgo et in membr. Vat. — αὔλακα τέμνει. *Palladius* in Februario L. III. 1. *Locis repidis — colles pingues vel hoc menſe proſcinde. — Nunc ager, qui acceptarus eſt medicam, iterandus eſt, et purgatus lapidibus diligenter occandus.* — V. 2. ἐπὶ μῶλον. quia tertius menſis Marti ſacer, et tum plerumque exercitus ex hibernis ad bellum prorumpunt. — V. 3. ῥοδοδάκτυλον. ex Ald. 2. et Aſc. recepit *Stephan.* In Flor. Ald. 1. 3. eſt ῥοδοδάκτυλος. Illud habet etiam Vat. Cod. Sed praeferenda eſt forma inſolentior, de qua vide not. ad *Crinagor.* Ep. V. 1. T. II. P. I. p. 381. Tuetur eam *Reiskius* ad *Conſtant. Porphyr.* Cerem. p. 115. — V. 5. τὰ δ' ἐμὰ πτερά. Venti ſunt, qui Aegypti inundationem efficere putabantur. Eteſiarum flatu Nilum intumeſcere, Thales ſuſpicatus eſſe dicitur. Vide *Diogen. Laërt.* I. 37. et *Weſſeling.* ad *Diodor. Sic.* I. 38. p. 46. — Pro ἐγείρει *Brodaeus* ἀγείρει tentabat, perperam. — V. 6. ἀρισταφόλῳ περιλιπαίνος (ον in Wech.). ἀρισταφόλῳ corr. *Huetius* p. 13. et ſic Vat. Cod. — V. 8. δαῖτα. De olivis explicat *Brodaeus*, quae cum aliis id genus eſcis mitti ſolebant amicis die natali. Pro εἰς οἶνομα idem εἰς ὃν δόμα legendum ſuſpicatur.

Menſem Novembrem ab olivis deſignat etiam auctor Carminis in Menſes v. 22. Εἴ τοι Ἀθηναίης πέλει ἔρνεα, ἄριον ἦδη Καρπὸν ἀποθλίβειν, μνήστιν ἔχειν καμάτων. Solebant olivae initium et finem epularum facere, ſecundum *Martialem* L. XIII. 35. *Haec, quae Picenis venit ſubducta trapetis, Inchoat atque eadem finit oliva dapes.* Sed haec ad noſtrum locum illuſtrandum non ſufficiunt, in quo verba ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου Oedipum ſuum quaerunt. — V. 9. φορμίζειν. Haec ad Saturnaliorum feſtivitatem referenda videntur.

VIII. Vat. Cod. p. 455. cum lemmate: εἰς τὰ κωνικὰ Ἀπολλωνίου, quod non omittendum erat. — V. 1. Senſus eſt: χαρακτὴρ τῶν (λόγων), ὧν ἥδε βίβλος (ἐγὼ) ἔνδον ᾠδίνω, i. e. ἔχω, βαθύς —. Liber ipſe loquitur, res alte reconditas nec ſine magna mentis intentione percipiendas ſeſe continere glorians. ᾠδίνω. Vide ad *Chriſtodor.* Ecphr. v. 277. βαθὺς χαρακτήρ. opponitur iis, quae in ſuperficie ſunt poſita. φρονεῖς βαθεῖα dixit *Aeſch.* Suppl. 408. βάθος ψυχῆς de ingenii altitudine illuſtravit *Lennep.* ad *Phal.* p. 6. *Weſſel.* ad *Diodor.* T. I. p. 552. Idem, ſed tragica audacia, extulit *Aeſch.* VII. c. Th. 595. de Amphiarao: βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενῶν καρπούμενος. Apud eundem in Choëph. v. 444. fortaſſe legendum: δι' ὧτων δὲ συντέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶν βάθει (pro βάσει), *in tranquilla mentis altitudine.* — περισκελής. σκληρός. δυσχερής. *Heſych.* περισκελεῖς φρένες ſunt ap. *Sophocl.* in Aj. 649. σίδηρον περισκελῆ Antig. 475. — V. 3. καλυμβητοῦ Δηλίου. *Suidas:* Δηλίου καλυμβητοῦ. ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων. Σωκράτει γὰρ ὄντος τοῦ Εὐριπίδου Ἡρακλείτου τοῦ σκοτεινοῦ σύγγραμμα, ἠρέσθαι, τί δοκεῖ; τὸν δὲ φάναι, ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν Δηλίου δεῖται καλυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποκνιγῆναι ἐν αὐτῷ. Cf. *Diogen. Laert.* II. 22. — V. 4. εἰ δ' αὖ. Vat. Cod. In quibusdam apogr. εἰς omittitur. — V. 6. γέρα. primum honorificum geometrae nomen obtinebit, deinde omnibus

consentientibus philosophus appellabitur, vel Platone spondente, qui mathematicam philosophiae viam munire censebat. — V. 7. εἰσκριθήσεται. Vat. Cod. Verbum κριθήσεται revocandum.

IX. Vat. Cod. p. 455. τοῦ αὐτοῦ. Εἰς κηρύκιον. Edidit *Dorville* in Sicul. T. I. p. 163. — V. 1. κηρύκιον sive κηρυκεῖον (lic etiam quaedam Apogr.), σκῆπτρον. *Hesych.* ubi vide Intrpp. Hoc *sceptrum* antiquissimorum virorum σχῆμα, i. e. *ornamentum*, appellat poëta. Vide *Musgr.* ad *Eurip.* Androm. v. 1. De forma *caduceï* vide quos laudat *Boettigerus* in *Vasengem.* I. 2. p. 107. multa ibi de origine caducei docte et acute disputans. — V. 2. Θριδακίης. Vat. Cod. Huic lectioni patrocinatur *Corn. de Pauw* in not. msc. excitans *Eustath.* ad *Dionys.* Perieg. v. 467. ubi haec habentur: ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι Θρινακία λέγεται, διὰ τὸ ἐοικέναι θρίδακι. ex quibus verbis hoc tantum intelligitur, fuisse, qui Thrinaciae sive Thrinacriae nomen inepte derivarent, non item, Θριδακίη fuisse scriptum. — οἰκιστὰς Κορίνθιε. Syracusani sunt a Corinthiis oriundi. Cf. *Theocrit.* Eid. XV. 91. *Scaliger* in Eusеb. Chron. p. 76. *Drakenborch.* ad Silium Ital. XIV. 51.

¶. 131.] X. Vat. Cod. p. 456. Plan. p. 1. St. 3. W. μονημέριον venationis spectaculum appellabant, quod ultra unum diem non extendebatur. *Justinian.* Novell. CV. μετ' ἐκείνην τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον, τὸ, τε καλούμενον Πάγκαρπον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους. quem locum illustravit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 79. sq. De his venationibus ex instituto egit *Onuphrius Panvin.* de Circ. L. II. p. 203. sqq. Optat poëta, ut Diana feras quidem excitet, sed quantum satis sit ad invadendos homines, non ad occidendos. — ἁπτέσθω, tangere, fortasse etiam levi vulnere perstringere. — V. 4. μηδὲ νοήσω. Nolim ego quidem, qui in Jovis placidissimi solio, sedeo,

hominis interitum videre. Hi quidem versus quin *Leoni Imperatori* tribuendi sint, dubitari non potest. De Jove μειλιχίῳ vide *Ducker.* ad *Thucyd.* L. I. 126.

THEAETETI EPIGRAMMA.

Vide Animadverſ. T. II. P. II. p. 244.

EPIGRAMMATA
IN QUAEDAM MONIMENTA BYZANTINA.

¶. 132.] *I.* Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 569. W. „Julianus hic non alius est, quam Imperator. „In alium enim non quadrat, quod hîc praedicatur, „maluisse procul ab urbe hostes caedere, quam ante „muros pugnam committere.“ *Br.* Haec clariſſ. editor monuit contra *Cangium*, qui in CPoli Christ. L. I. p. 47. non satis constare ait, an Eugenii porta aedificata sit a Juliano apostata. Constat tamen, Julianum ante bellum contra Persas susceptum Constantinopolin aedificiis ornasse. — V. 4. ἤ. Subaudi μᾶλλον, quod sic saepenumero omittitur. Multi hoc obſervarunt, quos laudat *Wernsd.* ad *Himer.* p. 674. — κροτεῖν πόλεμον. Frequentius συγκροτεῖν, bellum parare et instruere. Ceterum verſ. ut hîc legitur, a *Planude* concinnatus esse videtur. In membr. Vat. est: ἢ πόλεως προπάροιθε κροτέειν πολέμους. Unde possis etiam scribere:

ἢ προπάροιθε πόλεως συγκροτέειν πολέμους.

II. Vat. Cod. p. 472. Plan. p. 349. St. 488. W. „Vide CP. Christ. p. 105. Obeliscus erectus jussu Theo„dosii M. cura Procli, qui non erat architectus, sed „Praefectus urbis, de quo Fabric. Bibl. Gr. T. VIII.

„p. 459. Post hoc carmen ponendum erat Epigr. Inc. „CCCXXXIV. εἰς τὸ λουτρὸν Καρίας ἐν Βυζαντίῳ, de quo „vide Ducange ibid. p. 93." *Br.* Plures hanc Inscriptionem dederunt. *Wheler* Itiner. p. 183. *Fleetwood* p. 83. *Gruter* p. CLXXXV. quem vid. in Corrig. p. CCCVII. *Smith.* in Notit. CPol. p. 100. Obelisci descriptionem dedit *Gyllius* de Topogr. CPol. L. II. c. XI. Reliquos, qui de eo tradiderunt, et veteres et recentiores, laudat *Bandur.* Antiq. CPol. T. II. p. 612. qui etiam anaglypha lateris septentrionalis stylobatae exhibet p. 666. cujus notae comparandae sunt cum iis, quae tradit *Ducang.* ad Alexiadem p. 422. sq. In latere orientali legitur hoc Epigramma latinum:

Difficilis quondam dominis parere serenis
Jussus et extinctis palmam portare tyrannis,
Omnia Theudosio cedunt subolique perenni:
Ter denis sic victus duobusque diebus
Judice sub Proclo sublime elatus ad auras.

— V. 3. Quidam Πρόκλος exhibent; Πρόκλον Vat. Cod. Ante hoc nomen καὶ inserit *Gruter.* quod in Obelisco non comparet, teste *Th. Smith* l. c. Vide *Masson.* in Varior. Corrigend. ad *Gruter.* p. CCCXXIII. — V. 4. Dies triginta duo obelisco erigendo impensi sunt.

III. Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et sequens Epigr. scriptum est in porticus, quibus Theodorus, Praefectus urbi, sub Theodosio juniore Basilicam, i. e. aedes senatoribus addictas, instruxerat. Fuerat is Theodorus, ut ex proximo Epigrammate apparet, semel consul et ter ἔπαρχος; unde poëta ludendi occasionem arripuit dicens, quaternum illum honorem ei merito contigisse, qui Basilicam quatuor porticibus exornaverit. Consulatum gessisse hunc Theodorum constat anno CCCXCIX. Vide *Ducang.* in CP. Christ. L. II. p. 146. — V. 1. τετροπόροις. τὸν Σενάτου οἶκον ὑπὸ τρο-

σάρων κιόνων βαστάζόμενον dicit *Anonym.* in Collect. CPol. p. 96. — Pro πόλην in membr. et in Plan. habetur πόλιν, quod cl. editor ex Ducangii conjectura mutavit. At sic pars antitheſios perit. Is, qui urbem quaternis *ornavit arcubus*, ipſe quoque dignus eſt, qui quaternis honoribus ornetur. ἐγείρας τὴν πόλιν ἀψῖσι dictum per enallagen pro ἐγείρας τῇ πόλει ἀψῖδας.

¶. 133.] *IV.* Vat. Cod. p. 474. Plan. p. 370. St. 509. W. — V. 1. Baſilica Fortunae, Τύχης, templum vocatur propter Templum *Fortunae Romanae* ibi exſtructum. CPol. Chriſt. L. II. p. 147. *Heyne* in Comm. Soc. Reg. T. XI. p. 26. not. et XII. p. 276. — V. 2. θαύματι. Vat. Cod. Edd. Ald. tres et aliae. Huic lectioni cur θαύμασι praeferatur, cauſa non eſt. — V. 3. χρυσάσπιδι Ῥώμῃ. Ductum epitheton ex *Pindar.* Iſthm. α. v. 1. ubi χρύσασπι Θήβα de Diva aureo ſcuto inſtructa occurrit. CPolis autem ἡ νέα Ῥώμη, nonnunquam ſimpliciter Ῥώμη vocatur. Sic etiam hodie veteris Graeciae incolae Ῥωμαῖοι vocantur, eorumque lingua ἡ ῥωμαϊκή. Vide *Wheler* et *Spon.* in Itin. T. II. p. 64. et 76. et, qui fuſe de hac re disputavit, *Büſchingium* in Hiſt. Liter. p. 29. not. *v.* — V. 4. τεῦξεν et ἑρῇ. Vat. Cod. Dorica verbi forma ab h. l. aliena.

V. Vat. Cod. p. 473. Plan. p. 370. St. 509. W. Hoc et ſq. Epigramma ſcriptum in portas muri terreſtris, quem, cum terrae motu collapſus eſſet, Theodoſius junior per Conſtantinum, Praefectum urbi ſive praetorio, reparari juſſit. Porta Xylocirci appellata eſt, quod per eam ad ligneum circum pergebatur. Vide CPol. Chriſt. L. I. p. 49. Aliam nominis cauſam, ſed vanam eam et nugatoriam, afferunt recentiores Graeculi, quos refutat *Bandur.* in Comm. ad Antiqq. CP. T. II. p. 694. — ξυλοκέρκου eſt in Ed. Fl. pr. et Ald. 1. In Ald. 2. 3. ξυλοκρίκου, quod deinde in alias edd. propagatum

pagatum est. Fuit haec porta ultima muri terrestris, porta Rhegii contra prima. Hinc intelligitur, cur, muris reparatis, Constantini Praefecti nomen his potissimum portis inscriptum sit. — V. 1. ὕπαρχος. Vat. Cod. vulgari horum vocabulorum confusione.

VI. Vat. Cod. p. 473. εἰς τὴν πόρταν τοῦ Ῥηγίου. Plan. p. 371. St. 509. W. In cod. *Dorvilli* ῥηγίου Vide Miscell. Obss. T. IX. p. 378. Eadem est hujus nominis diversitas ap. alios scriptores, ubi haec porta et Rusia et Aurea appellatur. Vide *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 53. et p. 39. Ad nostrum Epigr. facit inprimis *Marcellinus Comes* ad ann. XXXIX. Theodosii Junioris: *Urbis Augustae muros, olim terrae motu collapsos, intra tres menses, Constantino Praefecto praetorio operam dante, reaedificatos fuisse.* — V. 2. ὕπαρχος ἐθέματο. Vat. Cod. — τείχεϊ τεῖχος de duplici muro interpretatur *Ducangius* p. 40. exteriore et interiore. Malim accipere de novo murorum firmamento sive ornamento, eoque τῶν τειχέων nomine praecipue digno.

VII. Vat. Cod. p. 485. cum lemmate: Ἐν τῷ πορφύρῃ κίονι τὸ ὂν (f. τῷ ὄντι) εἰς τὸν Φιλαδέλφιον. Et lic fere in Plan. p. 373. St. 511. W. Exstructum igitur Museum in eo loco, qui a statuis filiorum Constantini M. *Philadelphium* appellatum est. De columna porphyretica videndus *Bandur.* T. II. p. 586. Cf. *Heyne* in Comment. T. XII. p. 284. Ex hoc Epigr. apparet, Muselium, quem a Musello, sacri cubiculi praeposito, nihil diversum putat *Ducang.* CP. L. II. p. 176. Museum suis sumtibus exstruxisse, in eoque Imperatoris imaginem collocasse. — V. 1. εὔνους. Respicitur, quod jam *Ducangius* vidit, ad *Eunuchi* titulum; nam sacri cubiculi praepositos eunuchos fuisse constat. Vide *Reisk.* ad *Constant.* Cerem. p. 6. Hanc appellationem erant qui derivarent ἀπὸ τοῦ εὔνουν ἔχειν. Praeclare huc facit *Theodorit.*

de Vit. Patr. c. VIII. de eunuchis, quibus ſpes liberorum ademta: καὶ τούτου ἕνεκα εὖνοι εἶναι βασιλεῖ νομιζόμενοι καὶ τὴν πρόσηγορίαν ἐντεῦθεν καρπούμενοι. Eandem ob cauſam iſti homines etiam πιστοὶ appellabantur. Vide *Stanlei.* ad Aeſch. Perſ. 2. T. II. p. 764. et *Sibelis* Diatr. de Perſis p. 37. — V. 1. Μουσίλιος. Vat. Cod. et βοῶσιν. — V. 2. πράγματα, ut ſaepe, *verbis* oppoſita. Factis ille ſuam erga Imperatorem fidem demonſtravit, quo documento nullum fortius et gravius. — V. 3. δὲ χαρίσαιτο. Vat. Cod.

VIII. Vat. Cod. p. 485. ubi prius diſtichon cum praecedente Epigr. jungitur. In Planud. p. 373. Sr. 512. W. in duo diſticha diviſum, quae jungenda eſſe vidit *Huetius* p. 35. Idem totum hoc carmen cum praecedente jungendum exiſtimabat. Membranarum diſtinctionem ſequutus eſt *Grotius.* — V. 1. In poëtarum igitur et eruditorum praeſidium haec domus exſtructa fuit. — In fin. vſ. vulgo κυρῶν, in membr. κύρων habetur. κούρων correxit *Huet.* p. 35. eamque correctionem expreſſit magnus Interpres:

Spem pueris, urbique decus, laudemque poëtis,
Armaque virtuti divitiasque bonis.

— V. 2. ταῖς λεσταῖς. Vat. Cod. — ¶. 134.] V. 3. Μουσίλιος Vat. Cod. — Ejusmodi opera in literarum gratiam exſtruxit Muſelius. — Ludit poëta in diverſis ſignificationibus vocis λόγος, quam primum de *literis*, mox de *verbo* dei accipit. — Laudat enim Muſelium, quod *verbum* non dubitet pro *vero deo* habere.

IX. Vat. Cod. p. 485. Vide ad praeced. Ep. Hoc diſtichon, Brunckio judice, non male ſubjungeretur praecedentibus. Idem judicabat *Salmaſ.* in not. ined. Mihi peculiarem inſcriptionem conſtituiſſe videtur. — πολλά. partem aedificii labantem ſtabilivit. — V. 2. ἔδρασεν. Vat. Cod. ἤδρασεν emendavit cl. editor. Fortaſſe tamen membr. lectio ſervari poterat. κεφαλὴς ἰδρύσιν et

iam pro *firmare, ſtabilire, in firma ſede collocare* poni potuiſſe videtur.

X. Plan. p. 299. St. 439. W. Scriptum in Aurelianum, qui Conſul fuerat cum Stilichone ao. Chr. CCCC. et ter Praefectus Praetorio. Ei Senatus, ob res praeclare geſtas, auream ſtatuam decrevit. Vide CP. Chriſt. L. II. p. 147. *Bandur.* Antiqq. p. 844. — V. 1. τὸν τριάδη. vitioſe Steph. ὃν habet Ald. qui hoc Ep. primus exhibuit in Lect. — V. 2. πατέρα. Qui Praefecti erant, iidem πατέρες πόλεως appellabantur. Vide *Reisk.* ad *Conſtant.* p. 12. Patricii autem Conſtantini et Theodoſiorum aevo *patres Imperatoris*, βασιλέως πατέρες vocabantur, ſive etiam uno vocabulo βασιλεωπάτορες. Vide eund. p. 20. — V. 4. κατέπαυσεν. Ald. tres.

XI. Plan. p. 298. St. 437. W. Hoc Epigramma *Ducange* CP. Chr. L. I. p. 77. ſcriptum eſſe putat in ſtatuam argenteam Theodoſii M. quam in Foro Tauri poſitam fuiſſe tradit *Codin.* in Origg. p. 21. 24. Verum ibi non equeſtris ſtatua, ut hoc carmine, ſed columna Theodoſii intelligitur. Fuit quidem in Foro Tauri ſtatua equeſtris, non tamen Theodoſii. Vide *Bandur.* Antiqq. CP. T. II. p. 802. et 842. — V. 1. In orientali terra, ceu alter Sol, inter mortales regnas. — πόλου μέσον. Fortaſſe ad elatum locum referri debet, quo Theodoſii ſtatua erat poſita. — V. 3. Ὠκεανόν. Sub pedibus ſtatuae, in baſi, terra et mare expreſſa fuiſſe videntur.

XII. Plan. p. 299. St. 439. W. In Zenonis et Ariadnes ſtatuas. Eas commemorat, in Chalce poſitas, *Anonym.* de Antiqq. CP. ap. *Bandur.* T. I. p. 7. *Ducange* CP. L. II. p. 115. et 151.

XIII. Plan. p. 299. St. 439. W. Bibliotheca, a Juliano Imperatore exſtructa, cum igne conſumta eſſet Baſiliſco imperante, anno Chr. $\frac{476}{477}$, reſtaurata eſt ſub Zenone, (ſive potius Anaſtaſio; vid. *Heyne* in Comm. XI.

p. 49.) curante Juliano Praefecto Urbi. Hic, opere ad finem perducto, Imperatoris ſtatuam auream ante Bibliothecam poſuit. Vide CP. Chriſt. L. II. p. 151. *Bandur.* T. II. p. 843. Ceterum ineptum Epigramma, cujus poſtremus verſus exſpectationem prioribus excitatam minime explet. — V. 1. οἶκος Ἑλικῶνος. Muſarum domicilium, Bibliotheca.

¶. 135.] *XIV.* Plan. p. 299. St. 439. W. „Vulgo „in pentametro legitur χρυσέην Ἀναστασίην. Viris Byſan„tinae hiſtoriae peritiſſimis ignoratur penitus haec Ana„ſtaſia, et vix dubio locus eſt, quin corrupta ſint haec „verba, quae ſic, ut ea exhibui, emendanda erant. Vide „Ducange p. 150. et Banduri p. 843. nr. 397.“ *Br. Bandurius* ſcribendum cenſebat χρυσέην (στήλην) Ἀναστασίου. — μετὰ κόσμον Πιερ. poſt Bibliothecam, Muſarum ornamentum, exſtructam.

XV. Vat. Cod. p. 467. ſq. Plan. p. 359. St. 498. W. In Chalcen, imperante Anaſtaſio exſtructam, Aetherio opus deſignante. Fuit haec Chalce triclinium, quod magno Palatio pro veſtibulo erat. Videtur initio porta ex aere fuiſſe (χαλκῆ, ſc. πύλη), quae ad Palatium ducebat; transiit nomen ad aedificium ei vicinum; quae eſt ſuſpicio *Heynii* in Comm. T. XII. p. 279. quem inprimis vide. Si *Cedreno* fides p. 322. Anaſtaſius, confecto Iſaurico bello, hanc aedem in eximiam eduxit altitudinem. Cf. CP. Chr. L. II. p. 114. *Bandur.* T. II. p. 851. Ceterum praeter *Cedrenum* omnes Originum CPol. ſcriptores Chalcen ante Anaſtaſium extitiſſe ſcribunt; unde haud inepte ſuſpiceris, falſum eſſe lemma Epigr. noſtri, idque ipſum *Cedreno* impoſuiſſe, cum aliud fortaſſe *Anaſtaſii* aedificium deſcribatur. Cogitabam equidem de Palatio Blachernarum, de quo *Suidas* in Ἀναστάσιος· — κτίζει καὶ τὸν μέγαν τρίκλινον, τὸν ἐν Βλαχέρναις, ὃς Ἀναστασιακὸς μέχρι τῆς δεῦρο λέγεται. — V. 1. τυραννοφό-

νου. Referendum ad Isaurorum oppressionem, quos τυραννῆσαι βουλομένους invasit Anastasius, ducesque rebellionis sive tyrannos, Longinum, Athenodorum aliosque, occidit. *Malal.* Chron. T. II. p. 106. sq. — V. 5. Ingens hoc opus propter amplitudinem suam sine tecto relinquere statuerunt. Verum Chalcen aëneis tegulis tectam fuisse plurimi tradiderunt; quin nomen inde traxisse existimarunt. Insequenti tempore, cum Chalce in seditione conflagrasset, Iustinianum ex aëneis tegulis statuam sibi faciendam curasse tradit *Cedrenus.* Vide CP. Chr. L. II. p. 115. *Banduri* T. II. p. 804. — V. 6. Pro πολυμήτοιο *Huetius* p. 34. πολυκμήτοιο tentabat, sine causa idonea. — V. 8. Aetherius sancto Imperatori primitias artis suae offerebat. An igitur hoc primum erat aedificium paulo insignius, quod Aetherius conderet? — V. 9. Iam hoc triclinium cum ceteris orbis terrarum miraculis comparare instituit auctor; primum cum Capitolio, cuius aëneas tegulas commemorat *Plinius* H. N. XXXIII. 3. qui eas a Catulo inauratas esse tradit. Cf. *Lipsium* de Magnit. Rom. L. III. 5. qui nostri loci non fuit immemor. — V. 14. Ῥουφήνιον. Vat. C. Lucum Nicephorium, ab Eumene ad Pergamum exornandum consitum, commemorat *Strabo* L. XIII. p. 926. B. Hunc Rufinus fortasse novis aedificiis exornavit suoque vocavit nomine. Rufinum splendida aedificia exstruxisse, apparet ex *Claudian.* in Ruf. L. II. 448. *qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis Ornatura suos exstruxit culmina Manes.* Sed de luco Pergami ab eo consito nihil reperio. — V. 15. *Hadrianus per Asiam iter faciens, templa sui nominis consecravit. Ael. Spart.* in Vit. Hadr. T. I. p. 126. Ibi *Casaub.* nostrum versum excitavit; unde templum Hadriani Cyzicenum unice cognitum sibi habebat *Tristan,* T. I. p. 453. Eodem referendus videtur locus *Xiphilini* p. 799. ubi de terrae motu agit, Cyzicum inprimis devastante: καὶ τὸν ἐν αὐτῇ ναὸν

μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον ναῶν ἁπάντων — ᾧ τετραόργυιοι μὲν πάχος οἱ κίονες ἦσαν, ὕψος δὲ πεντήκοντα πηχέων, ἕκαστος πέτρας μιᾶς, καὶ τἆλλα τὰ ἐν αὐτῷ, ἕκαστον θαυμάσαι πλέον ἢ ἐπαινέσαι. His verbis Hadriani templum significari putabat *Wasse* ad *Thucyd.* L. VIII. p. 297. ed. Bip. His et sqq. versibus simillimum *Martialis* Epigr. primum:

Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis,
Assiduus jactet nec Babylona labor:
Nec Triviae templo molles laudentur honores,
Dissimuletque Deum cornibus ara frequens.
Aëre nec vacuo pendentia Mausolea
Laudibus immodicis Cares ad astra ferant.
Omnis Caesareo cedat labor amphitheatro:
Unum pro cunctis fama loquatur opus.

V. 16. ἀείσεις Vat. Cod. — V. 18. μοῦνος omittit Ed. Flor. pr. — V. 19. Ἰσαυροφόνον. De bello Isaurico vide ad v. 1. et ad *Christodori* Ecphr. 404. T. II. P. III. p. 325. — V. 20. ἰθύλιον Ἠῳγ. Sedem Imperatoris in orientali parte terrae intellexit. — V. 21. τετραπόρων. propter arcus in quatuor mundi regiones patentes. Vide *Duc.* CP. Chr. p. 115.

¶. 136] *XVI.* Vat. Cod. p. 534. Plan. p. 185. St. 270. W. „In statuam Imp. Anastasii, ad euripum circi „Constantinopolitani positam, juxta Scyllae statuam, „quae ibi erat.“ *Br.* Epigramma nostrum, quo Anastasio sordes et iracundia exprobrantur, catholico cuidam auctori tribuendum esse suspiceris, Anastasio forte propter Eutychianae haereseos suspicionem infesto. Hunc Imperatorem avarum fuisse et ignavum, et multis aliis vitiis inquinatum, tradit etiam *Suid.* in Ἀναστάσιος ex Collectan. Constant. a *Valesio* editis p. 853. ubi ille inter alia paupertatem omnibus communem dono dedisse dicitur. Longe aliter de ejus parsimonia judicat *Gibbon* History on the D. and F. etc. cap. XL. T. VII. p. 83. ed.

Baſ. — V. 1. σιδήρου. Statuarum ex ferro exempla collegit *Junius* de Pict. Vet. III. 11. p. 292. noſtri Epigr. non immemor.

XVII. Vat. Cod. p. 543. Plan. p. 185. St. 270. W. — V. 1. Anaſtaſii ſtatua proxime Scyllam erat poſita in Hippodromo, de qua vide ad Ep. ἀδέσπ. CCLXXVI. Hinc Imperatorem cum Charybdi comparat. Hanc comparationem fortaſſe debuit auctor *Anaxilae* Comico, qui de rapacibus ſcortis haec ſcripſit ap. *Athen.* L. XIII. p. 558. C. Ἡ δὲ Νάννιον τί δεινῆς διαφέρειν Σκύλλης δοκεῖ; — Ἡ δὲ Φρύνη τὴν Χάρυβδιν οὐχὶ πόῤῥω που ποιεῖ; Similiter *Alciphr.* I. Ep. VI. p. 36. de meretrice: κωμάζουσι γὰρ εἰς αὐτὴν ἡ πρὸς θάλασσαν νεολαία, καὶ ἄλλος ἄλλο δῶρον ἀποφέρει· — ἡ δὲ εἰσδέχεται καὶ ἀναλοῖ Χαρύβδεως δίκην. Ejusmodi acuminis a Byzantinis ad interpretanda artis opera adhibiti exemplum offert *Anonym.* ap. *Bandur.* L. III. p. 42. nr. 114. item de Scylla in Hippodromo: αἱ δὲ γεννῶσαι θῆρας καὶ ἐσθίουσαι ἀνθρώπους ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἡ μὲν μία ἐστὶν Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν δευτέρων αὐτοῦ πράξεων, ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ πλεῖον ὑπάρχει, οἱ μὲν λέγουσιν ὅτι ἡ Σκύλλα ἐστίν, ἡ ἐκ τῆς Χαρύβδεως ἐσθίουσα τοὺς ἀνθρώπους. — V. 4. κερματίσας, te, cum aënea ſis, in parvula fruſta comminuens, ſive in numos convertens et ſic te abripiens.

XVIII. Planud. p. 294. St. 433. W. Scriptum eſt in Proclum, Ictum illuſtrem, qui, a Iuſtino Thrace Quaeſtor factus, eximiam juſtitiae et integritatis laudem tulit. Vide de hoc Proclo *Fabric.* Bibl. Gr. T. VIII. p. 462. *Alemann.* ad Procop. Hiſt. Arc. p. 102. et *Bandur.* T. II. p. 839. Procli pater Conſul fuit ao. Chr. DXII. imperii Anaſtaſii XXII. Quum Proclus in noſtro Epigr. Conſulatum ſaepius geſſiſſe dicatur, neque tamen ejus nomen in Faſtis compareat, intelligendus eſt Conſulatus honorarius ſive codicillaris. — V. 2. Δίκης. cum patronus cauſarum eſſet et Scholaſticus, Imperator eum aulae

vindicavit. Quantum valuerit ap. Juſtinum, hominem ἀναλφάβητον, narrat *Procop.* in Hiſt. arc. c. VI. — V. 3. στόμα πιστόν. Quaeſtores Imperatorum Principis epiſtolas, decreta, conſtitutionesque in Senatu recitabant. Vide *Panciroll.* Dignit. Imp. c. LXXIII. (Theſ. Graev. T. VII. p. 1513.) — V. 4. χαλκός. aënea haec ſtatua docet, quantis honoribus labores remunerentur.

XIX. Plan. p. 297. St. 437. W. ubi in lemmate legitur ἐν τῷ Ἱπποδρόμῳ pro ἐν τῷ Αὐγουστιῶνι, quod *Brunckius* ſcripſit ex mente *Bandurii* T. II. p. 841. Nullus enim eorum ſcriptorum, qui de Juſtiniani ſtatua equeſtri tradiderunt, eam in Hippodromo, omnes in Auguſtaeo poſitam fuiſſe dicunt. Graphice eam deſcripſit *Procopius* de Aedif. L. I. 2. p. 10. — V. 1. Μηδοκτόνε. Converſus erat Imperatoris vultus ad orientem, τὴν ἡνιόχησιν ἐπὶ Πέρσας, οἶμαι, ποιούμενος. *Procop.* l. c. — V. 2. γενέτης, ὡς σύμβουλος. πατὴς, ὡς πολίτης. *Schol.* De Euſtathio Senatore nihil aliunde conſtare videtur. — V. 3. Νίκην. De Victoriae ſtatua non cogitandum. Sed ipſe equus ſive tota ſtatua, propter victorias Juſtiniano dicata, Νίκη ἄλλη appellatur, fortaſſe etiam propter eximiam pulchritudinem, qua ceteras ſuperabat. — V. 4. μετημειμμ. velociſſimo. *Procopius* l. c. ἵππος — ἔοικε βαδιουμένῳ καὶ τοῦ πρόσω λαμπρῶς ἐχομένῳ. — ¶. 137.] V. 5. „Vulgo legitur „ὕψος, ſine ullo ſenſu. ὕψου imperativus ab ὑψόω, *evehe*, „*extolle.*“ *Br.* In vulgata haerebat etiam *Joſ. Scaliger*, qui ὑψόε' ι. emendavit in not. mſt. ad quod ſi ἔχοι ſubaudias, ſenſum habebis aptiſſimum: Tua vis, tuum imperium nunquam non in altum tendit. Reſpicitur enim altitudo columnae, in qua Imperatoris ſtatua erat poſita. — ἐν χθονί. Haec propter antitheſin videntur dicta: Dum tu in ſublimi regnas, hoſtes tui vincti jaceant humi. Hoc malim, quam captivos Scythas et Perſas humi conſediſſe putare, quae eſt ſententia Ill. *Heynii* in Comm. Soc. R. T. XI. p. 50. qui omnino conſulendus;

et T. XII. p. 276. — Ceterum nomen *Juſtiniani* mediam ſyllabam in his carminibus ubique corripit, quod fieri poſſe negabat *Santenius* in Not. ad *Muret.* T. IV. p. XXX.

XX. Planud. p. 297. St. 437. W. In eandem ſtatuam.—V. 1. Babylonis imago in baſi ſtatuae expreſſa fuiſſe videtur. — V. 4. „Ille fortaſſis Julianus hanc Juſtiniani ſtatuam equeſtrem erexit, qui, ut ſcribit Victor Turnenſ. urbis praefecturam geſſit ao. XXXIX. Juſtiniani. Fuit item Julianus Praef. praetorio Coſſ. Lampadio et Oreſte. De Juliano vero fratre Summi, qui fuit Juſtiniano a ſecretis et legati officio functus eſt ap. Homeritas et Aethiopes, nec non apud Chosroëm, loquitur Procopius de Bellis p. 61. 88. et 103.“ Verba ſunt *Bandurii* ad h. Epigr.

XXI. Vat. Cod. p. 488. εἰς εἴσοδον τῆς Ἡραίας. In Plan. p. 298. St. 437. W. εἰς εἴσοδον τῆς Ἱερείας. quod lemma in errorem induxit *Brodaeum*, ut de aede Virgini a Juſtiniano condita cogitaret. Agitur de Heraeo, cujus palatii veſtibulo hoc Epigramma inſcriptum erat. Vide *Alemann.* ad *Procop.* Hiſt. Arc. p. 148. Cf. *Agath.* Ep. XLVI. et CP. Chriſt. IV. p. 175. — Ad Palatium Ἱερίας hoc diſtichon refert *Petav.* ad Nicephor. p. 72. ed. Par.

XXII. Vat. Cod. p. 487. ubi de lemmate nihil niſi Εἰς . . ſervatum. Plan. p. 361. St. 501. W. *Ducangius* in CP. Chr. II. p. 126. novum conſiſtorium a Juſtiniano in Hebdomo exſtructum deſcribi putat; neſcio quo jure.

XXIII. Plan. p. 297. St. 437. W. In ſtatuam Juſtini Imp. in Portu Juliani ſive Sophiae. Hunc portum a Juſtino purgatum eſſe tradit *Cedrenus*: κτίζει οὖν καὶ τὰ Παλάτια τὰ ἐν τῷ Ἰουλιανοῦ λιμένι, ἀποκαθαίρων καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα. Huic negotio Theodorus praefuiſſe et, opere perfecto, ſtatuam Imperatoris ibi collocaſſe videtur.

Vide CPol. Chr. I. p. 59. — V. 1. ὕπαρχος. Vulgo. — V. 3. πετάσεις γαλήνην. De Venere marina agi exiſtimes. Cf. ad *Anytes* Ep. V. T. I. P. I. p. 425. Reſpicitur autem ad titulum τοῦ πρώου et τοῦ γαληνοῦ, qui Imperatoribus ſolebat tribui. Cf. *Reisk.* ad *Conſtant.* Cerem. p. 122.

§. 138.] *XXIV.* Vat. Cod. p. 486. Εἰς στήλην Ἰουστίνου βασιλ. Plan. p. 300. St. 440. W. ubi inepte εἰς Ἰουστινιανοῦ στ. unde *Brodaeus* Juſtinum pro Juſtiniano poſitum exiſtimabat. — V. 1. κατάχρεως; et ὕπαρχος Vat. Cod.

XXV. Vat. Cod. p. 486. cum eo lemmate, quod *Br.* dedit. In Plan. p. 300. St. 440. W. εἰς οἶκον Σοφίας legitur. Erat ſtatua Sophiae Auguſtae juxta ſtatuam Juſtini Imp. poſita in portu Sophiano. CP. Chriſt. I. p. 59. Cf. Anonym. de Antiqq. CPol. nr. 126. et *Bandur.* T. II. p. 844.

XXVI. „Plan. p. 299. St. 439. W. cum lemmate: „εἰς εἰκόνα Ἰουστινιανοῦ. et in ultimo verſu θεῖον Ἰουστινια„νοῦ κάρτος ἐμπνεμένα. quod nomen cum metrum non „admittat, depravatam ſcripturam eſſe credo librarii „ignorantia ideoque utrobique repoſui Ἰουστίνου.“ *Br.* At haec emendatio aliquid difficultatis habet. Nam Juſtino imperante Perſis omnia feliciter ſucceſſiſſe conſtat, donec Tiberius eos ſuperaret magno proelio, paucis menſibus ante Juſtini obitum. Dicendum igitur, intra hoc breve ſpatium, quod ab illa victoria usque ad mortem Juſtini effluxerit, ſtatuam ei eſſe poſitam; aut poëtam, quod adulatores facere ſolent, non de victoriis jam reportatis, ſed de reportandis, quarum ſcilicet ſpem animo conceperant CPolitani, agere. — V. 1. alio monimento Perſae victorias tuas celebrabunt, alio Avares. — V. 4. κείρας βόστρυχον. longam comam tondens, ut ſervi ſolent. Longam comam gerebant Avares, teſte *Theophane*, eorum ad Juſtinianum legationem deſcribente: εἶχον τὰς κόμας ὄπισθεν μακρὰς πάνυ, δεδεμένας πραγδίοις καὶ πα-

πλεγμένας" — ἡ δὲ λοιπὴ φορεσία αὐτῶν ὡς δὴ καὶ τῶν λοιπῶν ἐστὶν οὖννων. — V. 5. τὸν δ' ὑπέρ. Vulgo, quod sine dubio verum est. In fine versus autem τούτων legendum videtur. Junge πόλις ἄνασσα τούτων, Persarum puta et Avarum. — V. 6. „ ἐξ ὑπάτου μίτρης. Hoc, si verum est, significare debet *post exactum consulatum*. At Justinus junior „perpetuo fuit consul, unde scribendum reor εἰν ὑπάτου „μίτρῃ, *consulari habitu*." *Br.* Eodem sensu *Grotius* hoc distichon accepit vertens: *Hanc dedit interea sub cultu consulis illi Pro bene servatis legibus urbs dominans.* Haesit etiam in vulgata *Jos. Scaliger*, qui μήτρης emendavit in not. mst. Fortasse tamen nihil mutandum: ἐξ ὑπάτου μίτρης significare potest *propter consulatum*, quem primus post longum intervallum Justinus restituit, populo gaudente et acclamante. Et ob hunc magistratum restitutum fortasse Imperatoris εὐνομία celebratur. — V. 7. „Vulgo ἄμμορε sine sensu, aut contrario sententiae poe„tae. Hesych. ἄμμορον. δύσμορον. κακόμορον. Huic oppositum est ἔμμορε. *fortunata Roma*." *Br. Scaliger* in not. mst. ἄφθορε tentabat. — V. 8. Ἰουστινιανοῦ. Vulgo. Saepe hoc nomen cum Justini nomine confusum est.

XXVII. Vat. C. p. 483. Plan. p. 381. St. 519. W. In Horologium in Miliario positum. Miliarium, quae pars est fori Augustaei, intelligitur per τὴν ἀψῖδα τὴν εἰς τὴν βασιλικὴν in lemmatc. (CPol. Chr. I. p. 74.) Horologium cum surreptum esset, Julianus Praefectus praetorio id reperit et loco suo restituit. Vide *Bandur.* Antiqq. T. II. pag. 857. Collocabantur autem solaria in foris, basilicis, balneis. *Paciaudius* in Mon. Pelop. T. I. p. 48. Alia horologia CPoli posita indicat *Heyn.* in Comm. T. XI. p. 35. sq. — V. 1. Poeta Solem alloquitur eumque rogat, ut solarium nunquam non adspiciat. φέγγος ἐλευθερίης, Sol, libero populo lucem ministrans; dictum ad analogiam τοῦ ἐλεύθερον ἦμαρ. Illam autem libertatem populus, poeta auctore,

ad Juſtinum et Sophiam referebat. Quo munere hanc laudem Imperator meruerit, non ſatis perſpicuum; fortaſſis conſulatu reſtituto, in quo vana erat priſcae libertatis ſpecies. — V. 4. μονάδος. A prima diei hora usque ad duodecimam.

¶. 139.] *XXVIII.* Vat. C. p. 468. Plan. p. 360. St. 500. W. In Capitolium ſive Baſilicam, ubi Profeſſorum auditoria erant. Ibi cum ceterae artes, tum inprimis legum ſcientia tradebatur. Vide Cl. Chriſt. L. II. p. 150. *Bandur.* T. II. p. 853. — V. 3. ϗ Vat. C. — πᾶσι plurimae editt.

XXIX. Plan. p. 293. St. 432. W. Spectare videtur hoc Epigr. ad Theodorum Curopalatam Heraclii Imper. fratrem, qui a fratre Auguſto dux exercitus contra Saracenos miſſus, bellum cum iis per decem annos vario eventu geſſit, tandem in eo proelio, quod ad Gabatam cum Saracenis iniit ao. Chr. 618. occiſus eſt. *Banduri* T. II. p. 839. *Heynius* in Comment. T. XI. p. 54. de Theodoro cogitabat eo, qui Praefectus Praet. ſub Theodoſio juniore ao. 409. Pylen Baſilicae inſtauravit. — V. 1. ῥητῆρες. ῥήτορες. cauſarum patroni. — V. 2. γεαφὶς ſtatua eſſe videtur. Cf. cl. *Heyn.* l. c. p. 53. not. *m.* — V. 3. εἰ μὴ χρυσὸν ἔφυγε. Ductum ex *Arabii Scbol.* Ep. II.

XXX. XXXI. In primis fol. Vat. C. Plan. p. 294. St. 433. W. Nicetas, cujus ſtatuam hoc carmine Imperator et Populus poſuiſſe dicuntur, eſt Nicetas Patricius, Gregorae Patricii filius, qui erat patruus Heraclii Imper. Hunc pater Gregoras cum magnis equitum turmis terreſtri itinere contra Phocam miſit, dum Heraclius, Heraclii filius, maritimo itinere in eundem tenderet, pacto inter eos inito, ut, qui prior eo veniſſet, imperium, ſi poſſet, occuparet. Heraclius igitur, cum prior ve-

nisset, Imperator est appellatus; Nicetam vero ille semper coluit ut imperii participem, quin et statuam ejus equestrem auratam supra columnam in foro erexit, ut scribit *S. Nicephorus* CP. in Brev. Histor. p. 24. Ad hujus statuam videntur spectare duo haec Epigrammata, quae fortasse basi ejus inscripta erant. *Banduri* Antiqq. CP. T. II. p. 839.

XXXII. Vat. C. p. 467. Plan. p. 359. St. 498. W. „De Palatio Magnaura vide CP. Christ. p. 127. V. 3. „e codicibus scripsi σὺν Κωνσταντίῳ υἱῖ. Probabile est Con„stantium opus ab avo inchoatum absolvisse; Constanti„nus tres tantum post patrem menses imperavit.“ *Br.* In Vat. membr. Κωνσταντίνῳ. quod fortasse non mutandum. Hoc nomen penultima brevi occurrit in Ep. in Athlet. LII. LIII. T. III. p. 29. sq. Deinde Constantinus III, licet nonnisi tres menses post Heraclium patrem regnaverit, patre adhuc vivo Augusti titulo utebatur. Quo tempore simul cum patre Magnaurae triclinium exstruxisse potuit. Caeterum ex hoc Epigrammate patet, post illud Magnaurae palatium, quod Constantinus M. condidit, aliud ejusdem nominis ab Heraclio exstructum esse post Persas devictos. — V. 2. αἰχμὴν λαχόντες. De imperio simpliciter acceperim, quod favente Christo tenuerint illi. Sic etiam *Grotius: Sub crucis auspiciis felicia sceptra tenentes.* *Bandurius* T. II. p. 851. interpretatur: *post recuperationem sacri ligni crucis*; quod ex ipsis verbis non conficitur, quamvis non negaverim, auctorem carminis felix Imperatorum illorum regnum a crucis recuperatione derivasse. Jam satis notum, Persas ab Heraclio pacem petentes ei crucem, Christianis ablatam, restituisse (an. 628). *Theophan.* p. 272. sq.

¶. 140.] *XXXIII.* Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. In Horologium a Sergio Patriarcha CPolitano in loco quodam positum, ubi olim hortus fuerat. De Sergio, qui sub Heraclio floruit, vide *Bandur.* T. II.

p. 899. et *Fabricii* Bibl. Gr. T. X. p. 199. — V. 2. νυκτοφανὴς. tenebrae ab arboribus circumstantibus ortae solem obumbrabant, et ipse locus adeo nocturnis umbris videbatur obductus. — V. 3. τελέσσας. Vat. C. Sincera est vulgata. Sergius eundem locum ab arboribus purgavit. — V. 4. μυστιπόλος. *Brodaeus* ex hoc vocabulo colligit, ethnicum hoc Epigramma evomuisse; nescio quo jure. Nam Christiani vocabula, de paganorum mysteriis usurpata, ad veri dei cultum transferre solebant. Vide *Suicerī* Thesaur. v. μυστήρια. — αὐτόπτης τριάδος. Episcopum catholicum significari existimo, qui vere et ex orthodoxae ecclesiae decretis de Trinitate statuit. Quantopere enim agitata fuerit illa aetas controversiis de Trinitate, nemo ignorat, nisi qui Ecclesiae christianae historiam ignorat. Jam licet Sergius monotheletarum haeresi infectus fuerit, diu tamen catholicus videbatur; saltem usque ad ann. Chr. DCXXXIV. quo tempore summa ap. omnes auctoritate florebat. Vide *Baronii* Annal. ann. 633. XXIV. — V. 5. καθίνητον ἐνάγκην ἀντύγος οὐρ. conversiones coeli, naturae legibus obnoxiae. — λίθος στατός. gnomon. — In ἑπτάκις *Brodaeus* suspicabatur respici ad cantum hymnorum, septies per diem a christianis iteratum, aut ad septem horas, forensibus negotiis impendendas. Neutra harum interpretationum satisfacit; non magis ac *Brodaei* conjectura ἑξάκις. *Grotius* de planetarum numero cogitans vertit:

Stat lapis immotus, septenaque sidera monstrat,
Qua nunquam cessit lege rotare polus.

Duodecim zodiaci signa in solariis notata fuisse constat, idque septem fortasse lineis, ut probabile sit ex iis, quae disputavit *van Beek Calkoen* in Dissert. mathem. philol. de Horologiis veterum sciothericis (Amstel. 1797. 8.) p. 38. Cf. figur. T. V. 33. Huc si quis τὸ ἑπτάκις in nostro loco referre voluerit, non multum refragabor;

malim tamen credere, poëtam diei quam anni distributionem significasse. Jam pone, Sergium in area solarii notasse ortum, meridiem, occasum; duas partes habebis et tres lineas. Unamquamque iterum in tres, totumque adeo diem ab ortu solis usque ad occasum in sex aequas partes divisisse videtur; unde septem lineae in solarii area existebant, in quas gnomonis umbra incidens, *septies* (ἑπτάκις) coeli conversionem indicabat.

XXXIV. Vat. C. p. 486. Plan. p. 382. St. 520. W. Hoc Epigramma in *Brodaei* commentario praeteritum est. Primum distichon obscurum: Mechanica ars Phaëthontem i. e. Phoebum cogit, bene adhibitis gnomonibus solis cursum aucupari s. captare. An ἀγρεύειν depravatum est et in ἀγγέλλειν mutandum? At ne hoc quidem satis commodum et, ut verum fatear, nimis obvium. *Grotius*, vulgata lectione penitus relicta, vertit:

Sole novo solis mentitur in aethere cursum
Mire compositis machina docta modis.

Sic quidem in editione V. cl. *H. de Bosch* legitur; at nullus dubito, quin *Grotius* scripserit: *metitur–cursum.* quod bonum sensum facit, sed ex graecis verbis vix extundendum. Res optime se haberet, si legeretur: μηχανικὴ ἀγρεύει δρόμον ἠελίου, sive Φαέθοντα; at quid duplici accusativo facias? quid verbo βιάζεται? An igitur scribendum:

Μηχανικὴ Φαέθοντα βιάζεται ἁρμονικοῖσι
γνώμοσιν ἀρχεύειν τῷ δρόμῳ ἠελίου.

Mechanica Phoebum cogit solis cursum ad gnomonem solarii dirigere; in qua hyperbola nemo haerebit, qui sequentem vs. perpenderit, ubi parvus lapis ortum et occasum solis *moderari*, ἀμφιέπειν, dicitur. Hoc sensu verbo ἀμφιέπειν utitur *Apollon. Rhod.* I. 561. Tiphys, ὅς ῥ' ἐνὶ χερσὶν εὔξοα τεχνηέντως Πηδάλι' ἀμφιέπεσκ', ὄφρ' ἔμπεδον ἐξιθύνοι. — V. 4. ὠρονόμων. Vat. C. Vulgatam ut exquisitiorem praefero: *Arte illa, quae in horas descripsit*

diem. — σκιβεις τύπος est umbra ipsius gnomonis, certis solarii lineis incidens. — V. 5. Hoc *mortalium* opus perfectum est, Sergii *divina* mente opitulante.

XXXV. „In medio Hippodromo etiamnum extat „structilis colossus ex lapidibus quadratis factus, olim— „ut Epigramma in ejus basi incisum testatur — aereis „tabulis vestitus, ferro colligatis, ut apparet ex forami„nibus, non modo in scapo, sed etiam in basi remanen„tibus, in quae quidem foramina regulae ferreae insitae „erant, plumbo confirmatae: nunc spoliatus restat, stru„cturam interiorem lapideam prodens, barbarorum avari„tiam expertus. In basi incisi sunt versus subsequentes: „Τὸ τετράπλευρον κ. τ. λ.“ Verba sunt *Gyllii* de Topogr. CP. L. II. c. XII. p. 376. ap. *Bandur.* Hinc *Ducang.* in CP. Christ. L. II. p. 105. Descripsit etiam *Th. Smith* in Brevi Not. CPol. p. 98. *Gruter.* p. CLXXXVI. *Bonada* in Anth. p. 189. *Smith* de ipso monimento haec tradit: „In hippodromi extremo columna hodie ex„tat, quasi stadii meta, sed illa incendii vim passa rimas „agit, inde dicta *columna cremata*, quam alii vocarunt „*colossum structilem*.“ Ex inscriptione nostra apparet, colossum renovatum esse a Constantino Romani filio, illius, qui ab anno Chr. CMXIX. simul cum tribus filiis, quorum minimus Constantinus erat, imperium capessivit. — V. 1. τῶν μεταρσίων. mirabile hoc opus inter illa, quae altitudine sua mirationem faciunt. — V. 3. ὁ Ῥωμανοῦ παῖς. Sic *Th. Smith.* Reliqui οὗ Ῥωμανὸς παῖς. quod et ipsum ferri potest. Successit Romanus junior patri Constantino VII. ann. Chr. CMLIX. — V. 4. κρεῖττον. sic *Dousa* emendavit vulg. κρείττων. Illud exhibet *Smith.* — Restituendo hoc opus pulchrius reddidit, quam ante fuit. — Pro θαυμίας *Gruterus* male θαυμγίας. — V. 6. ὁ χαλκὸς. Etiam hoc ad colossum Rhodium referri voluit *Masson* in Corrig. ad *Gruter.* p. CCCXXIII. quia colossus ille in Hippodromo saxeus,

non

non aëneus fuerit. Videtur tamen ob firmitatem structurae χάλκεος appellatus esse. Sic certe *Codinus*, quem *Cangius* laudat, de parte Circi, ubi colossus: μέχρι τοῦ χαλκοῦ κίονος τοῦ τετραπλεύρου πεδινὸς τόπος.

CARMINA VARII ARGUMENTI METRO HEROICO CONSCRIPTA.

Plurima eorum carminum, quae cl. editor hoc capite conjunxit, lusus sunt Grammaticorum rhetorici, quibus illustrium antiquitatis hominum in memorabili quadam vitae conditione positorum sensus exprimere conabantur. Hoc exercitationis genus, a declamatoribus valde frequentatum, attigit *Quintil.* Instit. Or. III. 8, 53. Nostris similia reperiuntur in Anthol. Lat. L. I. 89. p. 68. et ap. *Libanium* in Ἠθοποιίαις, T. IV. p. 1009. sqq. ed. R.

¶. 141.] *I.* Vat. C. p. 436. Plan. p. 36. St. 54. W. Cupidinem suis ignibus flagrantem vidimus ap. *Meleagr.* Ep. XLII. — πυρὶ πῦρ. Id. Ep. LXXVI. φλέγεται πῦρ πυρὶ παιδόμενον. Simili acumine *Ovidius* de Sole IV. Met. 194. *Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris, Ureris igne novo.*

II. Vat. C. p. 436. Plan. p. 12. St. 22. W. Historiam Philomelae multi narrarunt, quos vide in Not. ad *Apollodor.* III. 14. 8. p. 842. — V. 1. ἐν σκήλυγγι. *rex Pandione natam Instabula alta trahit, silvis obscura vetustis: Atque ibi pallentem, trepidantem et cuncta timentem — Includit, fassusque nefas et virginem, et unam, Vi superat.* Ovid. Metam. VI. 520. — V. 3. δὲ μοι Vat. C. — V. 4. ἐθέρισε. Flor. Ald. I. 3. — Verbum θερίζειν in hac re plures usurparunt. *Anacr.* Od. XII. 5. ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σευ τὴν γλῶσσαν, ὡς ὁ Τηρεὺς Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω; *Sophocl.* Ajax v. 238. τοῦ μὲν κεφαλὴν καὶ

γλῶσσαν ἄκρᾳν βίπτει θερίσας. — V. 8. ἐν ἔγκεσι μυλονομήων. *Stabula* appellat etiam *Ovidius*, qui Philomelam ibidem incluſam fuiſſe narrat l. c. v. 571. *Quid faciat Philomela? fugam cuſtodia claudit: Structa rigent ſolido ſtabulorum moenia ſaxo: Os mutum facti caret indice.* Unde apparet, recte emendatum eſſe ἔρξας pro ἔρξας, quod vulgo obtinet. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. εἴρξας tentavit, eodem ſenſu. — V. 9. ἐνόσφισε. Vat. C. δὲ νόσφισε. Vulgo.

III. Vat. C. p. 437. Plan. p. 37. St. 55. W. Apud *Nonn.* Dion. XLVII. p. 1226. Ariadne de Paſiphaë: ἠμετέρῃ ποτε μήτηρ Ἀγρουόμοις θήτευε, καὶ αὐχένα κάμψε νομῇϊ, Βοσκομένῳ δ' ὀάριζεν ἀφωνήτῳ τινὶ ταύρῳ — Πηκτίδος οὐ πάθον ἔσχεν, ὅσον μυκηθμὸν ἀκούειν.

¶. 142.] *IV.* Vat. C. p. 438. Plan. p. 11. St. 21. W. Juno Herculis virtuti iram denique remiſiſſe eumque omnibus Divis conſentientibus in coelum admiſiſſe putabatur. — V. 2. πόνον. Vat. C. vitioſe. — *Pindar.* XII. Pyth. 49. εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται. *Ariſtotel.* Hymn. in Virt. v. 12. σεῦ δ' ἕνεχ' οὐκ Διὸς Ἡρακλέης, Λήδας δὲ κοῦροι πόλλ' ἀνέτλασαν, Ἔργοις σὰν ἀρεσσόντες δύναμιν. De virtute et fortitudine *Horat.* III. Carm. III. 9. *Hac arte vagus Hercules Innixus, arces attigit igneas;* ubi plura ſimilia collegit *Mitſcherl.* p. 40. — V. 4. χάριν ἐτέλεσσε. Vat. C.

V. Vat. C. p. 439. Plan. p. 8. St. 14. W. *Telephus — quum obſtinate Ulyſſem inter vineas, quae ei loco adjunctae erant, inſequeretur, praepeditus trunco vitis ruit. Id ubi Achilles procul animadvertit, telum jaculatus femur ſiniſtrum ei transfigit. Dictys* L. II. 3. Ad hanc fabulam reſpexit *Pindar.* Iſthm. H. 107. Achilles Μύσιον ἀμπελόεν Αἴμαξε, Τηλέφου μέλανι βαίνων φόνῳ πεδίον. Hoc Bacchi cura factum eſſe, ut vitis Telephi pedes impediret, tradunt cum alii, tum *Euſtath.* ιλ. α. p. 35. 20. — V. 1. πράξομεν. Vat. C. — V. 2. πτόθεν ἐμόν. Si filium meum Apollo ita proſternet, ut tu

nunc Telephum ſtraviſti, an tum etiam Apollinem ſupplantabis? ἐξ 'Αλ. βελέμνων. Vat. C.

VI. Vat. C. p. 439. Plan. p. 20. St. 31. W. Referenda ſunt haec ad Menelai et Paridis monomachiam Ιλ. γ. 314. ſqq. quam Helena de moenibus ſpectabat. — V. 2. Jam inter vos decernitur, utri veſtrum uxor deſtinata ſim. Vulgo ἵσταται ἀκμὴ legitur. ἀκμῆς emendavit *Brodaeus*, idque ipſum exhibet Vat. C. Ingenioſe *Joſ. Scaliger* in Not. mſt. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταμαι ἀκμῆς. Sed noſter reſpexit *Homer.* Ιλ. κ. 173. νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμὴς Ἥ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι. quae obverſabantur *Herodoto* L. VI. 11. p. 443. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι — quem locum ſimilibus illuſtravit *Valckenarius.* — V. 3. ἕλῃ. Vat. C. ἕλοι, quod in Plan. eſt, praeferendum. — V. 4. ἄνευθε. Veneris judicium deprecatur, verita, ne iterum alii cuidam adultero tradatur.

VII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 9. St. 17. W. Spectatur Ιλ. λ. 248. Cf. declamationem Achillis, cum Graecos victos videret, ap. *Liban.* T. IV. p. 1036. ſq. — V. 2. σταδίοισιν Vat. C. σταδίῃσι μάχαις, *pugna ſtataria.* — V. 3. βλάβῃ pro λώβῃ Vat. C. claudicante metro. — ¶. 143.]

V. 4. μέγα φανεῖ Vat. C. Unde ſcribendum

σοὶ δ' αὐτῷ μέγα πῆμ' ἐφάνη —

et ſq. verſu ex membr. revocanda lectio

καὶ ἄσχετα πένθεα πάσχεις.

— V. 6. πᾶσιν. Vat. C. Haec verba cum ironia pronuntiantur: tu, qui te omnibus propugnaculum belli fore gloriabaris. *Brodaeus* et *Opſop.* cogitabant de ἀτύχῃς.

VIII. Vat. Cod. p. 439. ubi nonniſi v. 1. 2. exhibentur. Plan. p. 8. St. 14. W. ubi in antiquis edd. Patrocli reſponſum v. 3. omittitur. Illud ab edit. Bad. ſuppletum recepit Steph. Quum Patroclus reliqua Achillis arma indueret, haſtam ſolam *oneroſam gravemque*

Peliacam (*Ovid.* Met. XIII. 108.) reliquit. Ιλ. π. 140. Hinc Hector, Patroclo interfecto, dixiſſe fingitur: Lacertorum horum imbecillitas damno me mactavit; non omnia enim, quae petebam, attuliſti ſpolia. Reſpondet Patroclus: Hoc ipſum tibi profuit; Pelias cuſpis te peremiſſet. — V. 4 – 6. in antiquis edd. item deſiderati ex marg. ed. Wechel. una cum *Arſenii* diſticho in textum recepti ſunt.

IX. Vat. C. p. 439. Plan. p. 7. St. 13. W. — V. 1. Ἴλιος ὀφρυόεσσα ex Ιλ. χ. 411. plurimi ſumſerunt, quorum loca larga manu dedit *Wetſten.* ad Lucam IV. 28.

¶. 144.] *X.* Vat. C. p. 438. Plan. p. 8. St. 13. W. Helenus, vates, cum Achillem arma induentem vider, patriae interitum vaticinatur. — V. 1. Ἀθήνη. Quod ap. Homerum Thetis feciſſe dicitur, Helenus Minervae, totius belli cauſae, tribuit. — V. 2. ῥήγιον. Vat. C. Vulgo in fine interrogandi nota ponitur. At non dubitanter loquitur Helenus, cujus nomen in lemmate legitur in Ed. Flor. pr. Aldin. 1. Ed. Nic. Sab. In reliquis Aldin. ἔκτωρ,' quod etiam Lect. Ald. 1. exhibent. — V. 4. ὅσσοτ' ἂν Vat. C. et in marg. ὡς.

XI. Planud. p. 8. St. 14. W. Ιλ. χ. 369. ἄλλοι δὲ περίδραμον υἷες Ἀχαιῶν, Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος· οὐδ' ἄρα οἵ τις ἀνουτητί γε παρέστη. — V. 2. λέοντος. Quis non meminerit fabulae de leone aetate confecto, quam ſpectat etiam *Ovid.* in Ibid. 29. *At tibi, calcaſti qui me, violente, jacentem.*

XII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 7. St. 13. W. Pyrrhum, Calchantis hortatu, Trojam fuiſſe arceſſitum, qui urbem expugnaret, vulgata eſt fabula. Vide *Quint. Smyrn.* VI. 57. coll. Od. λ. 507. — V. 4. Πρίαμον. Nam ſenem Priamum ad Jovis aram obtruncavit Pyrrhus. Cf. not. ad *Tzetz.* Poſthom. v. 732. p. 171. — V. 7.

Vulgatum ἀνήσει in ἀνόσει mutaverunt *Brodaeus* et *Joſ. Scaliger*. Conjecturam membranae firmarunt.

XIII. Vat. C. p. 437. ſq. Plan. p. 7. St. 13. W. Deïdamia de filii fortitudine gloriatur. — V. 2. ὑμετέρου, *tui*, ut paſſim. Vide ad Aurig. Stat. XXIII. — Ἀχιλλέως Vat. C. — ¶. 145.] V. 5. δεκέτηρος. Similiter de Graecorum inſidiis *Virgil.* II. Aen. 196. *captique dolis lacrymisque coactis*, *Quos neque Tydides*, *nec Lariſſaeus Achilles*, *Non anni domuere decem*, *non mille carinae.* — V. 6. πάντεσιν. Vulgo.

XIV. Vat. C. p. 439. Plan. p. 62. St. 90. W. Spectatur his verſibus fabula, quam *Euripides* tractavit in Helena ſua. Eidothea, Protei filia, eadem eſt, quam Tragicus Theonoen appellat, cujusque ope Helena tyranni Aegyptii manibus erepta et Menelao reddita eſt. Cf. *Musgrav.* ad *Eurip.* Helen. v. 11. — V. 1. γενέθλης vulgo, quod et ipſum probum eſt. *Coluthus* v. 246. ἰλήκοις, Διόνυσε, καὶ εἰ Διὸς ἐσσὶ γενέθλης. ubi vid. *Lennep.* γενέθλη habet Vat. C. — V. 2. ἄγαλμα de formoſis corporibus illuſtravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 12. ſq. — In fin. vſ. δὲ ex cl. editoris emendatione eſt. Vulgo enim γὰρ legitur. δ' ἄρ emendavit *Caſaub.* in not. mſt. — ἀτρεκέως ἐτύχθη. Senſus videtur eſſe: Dubitari nequit, Graecos cum Trojanis de tanta tua pulchritudine per decem annos bellum geſſiſſe. Obverſabatur verſificatori locus Homericus ιλ. γ. 156.

XV. Vat. C. p. 442. Plan. p. 25. St. 38. W. — V. 2. δολοφρονέουσι γυναιξί. Vat. C. quod vulgatae praetulerim. In his quoque *Homeri* imitatio. Od. λ. 455. Agamemnon ad Ulyſſem: ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξίν. ubi vide *Clark.*

XVI. Vat. C. p. 376. Plan. p. 40. St. 58. W. Conf. *Aeſchyl.* Eumen. 593. Choëph. 886. — V. 2. Vulgo et in membr. legitur γαστὴρ ἥ σ' ἐλ. In edit. Nicol. Sab. γαστὴρ ἣ σ'. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. ἡ γαστήρ

σ' ἐλ. tentabat; quod haud ſcio an praeferendum ſit. Sed fortaſſe fuit: γάστρης, ἥ σ'. ubi facillime ſyllaba ης perire poterat. De hac forma vide *Gottleb.* ad *Thucyd.* I. 50.

XVII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 87. St. 128. W. Ducta ſunt haec ex Odyſſ. λ. 472.

Διογενὲς Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον;
πῶς ἔτλης ἄϊδόσδε κατελθέμεν, ἔνθα τε νεκροὶ
ἀψραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων;

¶. 146.] V. 5. δόλων ἀκόρητος. Comparavit haec *Burmann* ad *Propert.* L. III. El. V. 57. *Paulatim ſociûm lacturam flevit Ulyſſes, In mare cui ſoliti non valuere doli. Hunc parvo ferri vidit nox improba ligno.*

XVIII. Vat. C. p. 437. Plan. p. 88. St. 129. W. Ultimus verſus eſt ex Od. IX. 34. Vulgo γ' ἧς, etiam ap. *Homerum*, unde nonnulli γῆς πατρίδος fecerunt. In membr. Vat. γ' deeſt. *Julian.* Epiſt. I. p. 373. B. Ὀδυσσέα δὲ τὸν σοφὸν νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν· καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην; οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολή, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθαι.

XIX. Vat. C. p. 437. Plan. p. 91. St. 133. W. Ap. *Syneſium* in Dion. p. 59. B. Homerus Apollinis carmina literis conſignaſſe dicitur. *Philoſtrat.* in Heroic. c. XVIII. p. 726. ὅθεν τὸ ὑπὸ ἐνίων λεγόμενον, ὡς Ἀπόλλων αὐτὰ ποιήσας τὸν Ὅμηρον ἐπέγραψε τῇ ποιήσει, σφόδρα μοι δοκεῖ ἐῤῥῶσθαι.

XX. Vat. C. p. 376. Plan. p. 46. St. 67. W. ubi hoc diſtichon junctim legitur cum vſſ. *Neſtoris Larandenſis* in eundem draconem, T. II. p. 344. ubi vide not. T. II. P. III. p. 6. — σβέννυντο δὲ πηγαί. *Antiphil.* Ep. XXXIX. ποῦ τόσον ὕδωρ; Τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν ἀελίου; — κεκόνιστο. *Ovidius* III. Amor. VI. 95. de torrente, qui

per aestatem exarescebat: *Aut premis arentem pulverulentus humum.*

XXI. Vat. C. p. 417. Plan. p. 105. St. 155. W. »Lacera haec de Alpheo fragmenta e longiori poëmate »decerpta sunt, facto in Pisatarum contra Eleos pu»gnam, in ipsa ludorum celebritate commissam, de »qua Diodor. Sic. ad Ol. CIV. 1. quae nisi sit poëmatis »argumentum, simile aliud proelium respicere videtur, »quo Alpheus ludos agitantium caede cruentatus fuerit. »Lacunarum quae hîc visuntur posterior tantum in unico »Ja. Lascaris codice indicata, vacuo relicto spatio; in aliis »continuata versuum scriptura.« *Br.* Partem majoris carminis esse hoc fragmentum, monuit *Huetius* p. 13. nec *Brodaeum* fugit, mutilos esse versus et lacunosos. — V. 1. στεφανηφόρον ὕδωρ. *Moschus* Eid. VII. 1. Ἀλφεὸς — ἔρχεται εἰς Ἀρέθοισαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ, Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα καὶ κόνιν ἱρήν. unde sua derivasse videtur *Nonn.* Dion. XXXVII. p. 928. οἶστρον ἔχων Πισαῖαν ἐλαιοκόμου ποταμοῖο — Ἀλφειοῦ δυσέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθουσαν ἰκάνει, Ἄβροχον ἔδνον ἔρωτος ἄγων στεφανηφόρον ὕδωρ. *Silius Ital.* L. XIV. 53. *Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat Alpheon, sacrae portantem signa coronae.* Cf. *Achillem Tat.* L. I. 18. p. 42. — V. 2. Πισσαίων. Vulgo. — V. 3. ἐκ δ' εὐπόντων Vat. C. pro ἐπήν. — V. 5. ἑᾶν est in Ed. Flor. pr. et Ald. pr. Reliquae ἑών. ἑᾶν revocavit jam *Huetius* p. 13. *Musaeus* de Leandro v. 255. αὐτὸς ἑὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς. — V. 6. ἐγρὸς οἰκέτης Vat. C. *Musae.* v. 207. ἐπὶ κατὰ νύκτα φορεύμενος ὑγρὸς ἀκοίτης Νήξομαι. Etiam sequentia multum habent similitudinis cum versibus *Musaei.* Hero enim, cum Leander ex undis enatasset, νυμφίον ἀσθμαίνοντα περιπτύξασα σιωπῇ Ἀφροκόμους βαθάμιγγας ἔτι στάζοντα θαλάσσης Ἤγαγε . . . . καὶ χρόα πάντα καθῆρε — καὶ ἀλίπνοον ἔσβεσεν ὀδμήν, Εἰςέτι δ' ἀσθμαίνοντα βαθυστρώτοις ἐπὶ λέκτροις Νυμφίον ἀμφιχυθεῖσα φιλήνορας ἴαχε μύθους. ¶. 147.] V. 8.

ἀνοτμήξασα. Vat. C. Odyſſ. Z. 226. ἔσμιχεν ἁλὸς χνόον ἀτρυγέτοιο. Quae *Homerus* ἁλὸς χνόον appellavit, noſtro ſunt ἄνθεα πικρὰ θαλάσσης. Nihil omnino marini ſalis traxiſſe Alpheum, auctor eſt *Statius* I. Sylv. II. 203: *tumidae ſic transfuga Piſae Amnis in externos longe flammatus amores, Flumina demerſo trahit intemerata canali, Donec Sicanios tandem prolatus anhelo Ore bibat fontes: miratur dulcia Naïs Oscula, nec credit pelago veniſſe maritum.* Quo loco vehementer ſuſpicor, non *tumidae Piſae*, ſed *unctae* a *Statio* ſcriptum eſſe. *Uncta* dicitur *Piſa* eadem ratione, qua *Horatius* Achivos appellat *unctos* II. Epiſt. I. 33. et *Theocrit.* λιπαρὰν παλαίστραν Eid. II. 51. Diverſo ſenſu *uncta Corinthus* eſt ap. *Juvenal.* VIII. Sat. 113. *N. Heinſius* malebat *Eliacae* vel *Eliadis Piſae*, quod longius a vulgata abeſt, nec per ſe valde commendabile videtur. — V. 10. ἠδὲ δεσμῷ. Cf. ad *Paul. Silent.* Ep. VII. 17. — V. 12. Poſtquam Alphei fons (pugna forte ad ejus ripas exorta) ſanguinolentis guttis infectus eſſet, prae triſtitia et pudore deſiderium Syracuſanae conjugis in ipſius animo fere exſtinctum eſt nec mare et corum polluere voluit. — V. 14. „ἀνέκοπτες. *inhibebas aquam.* ut *inhibere remos.* Verbum „eſt nauticae rei proprium.“ *Br.* πεπιεσμένον, aqua imminuta, in arctum contracta. In fontem, qui, ſanguine infectus, prae pudore exaruit, Epigr. eſt *Apollonidae* XI. et *Antiphanis* Ep. VII. — V. 15. καὶ πότμον. Vat. C. „μιῆναι. Inepte vulgo μιγῆναι.“ *Br.* Cum vulgatis edd. conſpirat Vat. C. — V. 16. Saepe cum fluvius, Arethuſae deſiderio incenſus, iter in Siciliam inſtituiſſet, conſpecto puro Arethuſae fonte, ſeſe cohibuit. αὐτὴν vix vim habet h. l. Quare legerim:

ἄντην ἐς φιλότητα χυτῆς ἁλόχοιο πεφύσας.

in conjugis adſpectum ad dulces amplexus properans. — ἄχραντον Ἀρεθούσιον ὕδωρ. *Seneca* Conſol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam, ni-*

tidissimi ac perlucidi ad imum stagni, gelidissimas aquas profundentem. *Lucian.* Dial. Mar. III. 2. οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειέ, τὴν Ἀρέθουσαν. ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφῖσιν, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν φαινόμενον. ubi conf. *T. Hemsterh.* — V. 20. δάκρυσι κυμαίνοντα, non, ut olim, puras aquas, sed lacrymis commistas volventem. — V. 21. εὐειδεῖς. Vat. C. vitiose. — V. 22. καὶ δρόσος. De Arethusae dolore accipiendum, quae intus, ut ros in rosis, contabuit. Similis est comparatio ap. *Apollon. Rhod.* III. 1018. de Medea: ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω Τηκομένη, οἷόν τε περὶ ῥοδέεσσιν ἐέρση Τήκεται ἠῴοισιν ἰαινομένη φαέεσσιν. — V. 23. προσεμοίρετο. Vat. C. — V. 24. ἔλαθεν πανδερκέα. Vulg. et in Vat. C. quod quibus de causis mutaverit cl. editor, non indicavit. Νέμεσις πανδερκὴς est ap. *Orpheum* in Hymn. LX. 2. Cf. *Pierson.* Verisim. p. 44. πάντα ὁρᾷν dicitur Δίκη ap. *Plutarch.* T. II. p. 1124. F. et passim. Vid. *Fiorillo* ad Inscr. Triop. p. 53. sq. — V. 25. ἀγάμων στ. Vulgo et in membr. ἄγαμον emendavit *Jos. Scalig.* in not. mst. Intelliguntur juvenes innupti, quos hostilis manus *metendo stravit*, ut *Horat.* loquitur IV. Od. XIV. 31. ubi vide cl. *Mitscherl.* et *Valcken.* in Diatr. p. 225. Plurimum huc facit *Euripid.* in Eurysth. II. πάντας δ' ἐξεθέρισεν, ὡς στάχυν πύριμον, Σπάθῃ κολούων φασγάνου μελανδέτου. — V. 26. μινυώρια. quorum filii immatura morte perierant. μινυνθαδίους vocat *Homerus.* μινυώριος. — ὀλιγοχρόνιος. *Hesych.* μινύωρος est ap. *Philetam* Ep. II.

XXII. Vat. C. p. 628. „Oraculum hoc ap. Hero„dotum legitur, p. 478. ed. Wessel. Oracula, quae pas„sim ap. Scriptores leguntur versibus expressa, colle„git olim Io. Opsopoeus, quae si quis emendatiora edere „aggrederetur, is utilem, meo judicio, et antiquitatis „studiosis non ingratam susciperet operam.“ *Br.* Redditum est hoc oraculum Glauco, Epicydis filio, Spartano,

quaerenti, num ipsi liceret pecuniam, quam Milesius quidam hospes apud eum depositam habuerat, defuncti hospitis liberis denegare. Respexit ad illud *Pausan.* II. 18. p. 242. ed. *Facii*, ubi ex Cod. Vindob. emendatum: ἡνίκα ἡ Πυθία, Γλαύκου τοῦ Ἐπικύδους Σπαρτιάτου βουλεύσαντος ἐπίορκα ὀμόσαι, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀποφύγοντας κατιέναι τὴν δίκην. Partem ejus excitat *Eustath.* ad Ιλ. γ. p. 414. fin. — V. 3. laudat *Dio Chrys.* Or. LXXIV. T. II. p. 400. et *Schol. Juvenal.* ad Sat. XIII. 199.

Spartano cuidam respondit Pythia vates:
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depositum retinere, et fraudem jure tueri
Jurando: quaerebat enim, quae Numinis esset
Mens, et an hoc illi facinus suaderet Apollo.
Reddit ergo metu, non meritis, et tamen omnem
Vocem adyti dignam templo, veramque probavit,
Extinctus tota pariter cum prole domoque,
Et, quamvis longa deductis gente, propinquis.

— V. 4. Ὅρκου πάϊς. Excitavit h. l. *Wyttenbach.* ad *Plutarch.* de S. N. V. p. 18. simul cum *Philon.* de Mose L. I. p. 96. ἡ γὰρ κόλασις ἑπομένη κατ' ἴχνος, μελλόντων μὲν ἐβράδυνε, πρὸς δὲ ἀδικήματα θέοντας ἐπιδραμοῦσα κατελάμβανε. — ¶. 148.] V. 7. Ductus vers. ex *Hesiodi* E. καὶ H. 285. ubi etiam praecedentes versus comparandi sunt.

XXIII. Vat. C. p. 472. Plan. p. 364. St. 503. W. Prior versus passim laudatur. Ap. *Servium* ad Aen. III. 700. ἀκίνητος παραμεινάτω exhibetur. Quo sensu dicatur *movere Camarinam*, explicuit *Erasmus* I. Cent. 64. et *Schottus* ad *Zenob.* V. Cent. 18.

XXIV. Vat. C. p. 448. Plan. p. 97. St. 143. W. Plenae sunt historiae veterces narrationum de simulacris sudantibus. Vide *Freinsh.* ad *Flor.* II. 8. 3. *Fabric.* ad *Dion. Cass.* XLVIII. p. 565. 272.

XXV. Vat. C. p. 505. Plan. p. 12. St. 21. W. Conf. *Erasm.* Adag. VII. Cent. 6. *Zenob.* V. 77. *Diogen.* VII. 86. in his πολλοί τοι legitur, ut est in membr. Vat. Ap. *Platon.* in Phaed. p. 69. C. Εἰσὶ γὰρ δή, φασίν, οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ γε (l. τε) παῦροι. *Synes.* Dion. p. 46. B. Ad hanc paroemiam respexisse videtur *Themist.* Or. XXI. p. 254. B. et Pythia in oraculo ap. *Stephan. Byz.* v. Θριαί· Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

XXVI. Vat. C. p. 494. *Palladae* hunc versum tribuit, perperam. Laudatur apud antiquiores scriptores, quos vide ap. *Schott.* ad *Zenob.* V. 71. p. 141. Adde *Athenaeum* L. XI. p. 478. E. πολλὰ μεταξὺ πέλει κοτύλης καὶ χείλεος ἄκρου. Tanquam *Homeri* eum profert *Stobae.* Floril. CX. p. 580. 4. Cf. *Erasm.* in Adagio: *Multa cadunt inter calicem supremaque labra.*

XXVII. Vat. C. p. 436. ubi sic exhibetur:

— ἦ ῥ' ἔχομέν τι;
ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεθα, ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα.

et sic fere est in Plan. p. 91. St. 133. W. In Vita Homeri ap. *Herodot.* p. 760. nonnisi posterior versus, et quidem sic, ut ap. *Br.*, legitur. In Certam. Homeri et Hesiodi p. 497. ed. Lips. versus prior habetur. In Vita Homeri *Plutarcho* tributa: Ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης θηρήτορες, ἦ ῥ' ἔχετ' ἰχθῦς;

XXVIII. Vat. C. p. 422. Edidit *Reisk.* Anth. nr. 798. p. 173. In Jens. nr. 147. — V. 1. προχοούσῃ. Vat. C. Librarius voluit προὐχούσῃ, ut est ap. *Homer.* Od. ω. 82. προεχούσῃ est in Ap. Guy. — V. 2. ex Ιλ. β. 514. — ¶. 149.] V. 3. ἐφ' ἑστήκει. Vat. C. ἐφειστήκει est in Ιλ. Ζ. 373. — V. 4. Odyss. τ. 34. — V. 5. Pro ὀϊομένη *Reisk.* ἐφιεμένη. Male. Cf. Od. β. 350. ubi ὀϊομένη explicatur per νομίζουσα, ἐλπίζουσα. — V. 6. ἐκπεράασκε. Vat. C. Nostrum est in marg. Ap. Guy. *Reiskius* dedit ἐκπεραάσκων. — Versus ductus ex Od. η. 275. ubi diversus

est exitus. Cf. Od. ι. 323. — V. 7. ex Ιλ. κ. 83. ubi vulgo ἐςφναίην habetur. In Schol. ἀμβροσίην ut diversa lectio notatur. — V. 8. ex Odyss. ε. 402. — V. 9. ex Od. ξ. 93. ubi tamen non ἐκγεγάασιν, sed ἐκ Διὸς εἰσιν legitur. — V. 10. ex Ια. χ. 128. — V. 11. ex Ια. ξ. 296. — V. 12. ex Ια. β. 836.

XXIX. Vat. C. p. 422. sq. Plan. p. 50. St. 73. W. Etiam hoc carmen ex Homericis versibus compositum est. — V. 1. ex Ια. β. 110. et passim. — V. 2. ex Ια. κ. 534. In membr. Vat. post ἐτυμον superscriptum τι. — δέ με. Ibid. et in Plan. — V. 3. ex Od. ε. 238. νήσου in ἀγροῦ mutato. — V. 4. ex Od. μ. 449. — V. 5. Priora verba sunt ex Od. κ. 228. posteriora ex Od. μ. 249. δὲ φθέγγοντο. Vat. C. et ap. Homer. — V. 6. ex Od. ι. 496. — In membr. est τοῦ καὶ — ἀκούεις. In Plan. εἰ δὴ φ. τε καὶ α. ἀκούσοι. — V. 7. ex Od. μ. 453. — V. 8. ex Ια. κ. 432. paucis immutatis. διεξέρχεσθαι. Vat. C. — V. 9. ex Od. τ. 478. ubi est ἡ δ' οὔτ' ἀθρῆσαι δύνατ' ἀντίη, οὔτε νοῆσαι. — V. 10. ex Ια. υ. 250. Idem de Echo laudat *Archias* Ep. XIV. ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλόων ἄπιθι. Homericum versum passim expresserunt veteres. Cf. *Abresch.* Lectt. Aristaen. p. 312.

XXX. Vat. C. p. 419. Plan. p. 118. St. 171. W. Tanquam ineditos profert hos versus *Villoisonus* ex Cod. Macarii in Anecd. T. II. p. 78. Latinis numeris expressi leguntur ap. *Hygin.* Fab. CCXXI. unde eos *Burmannus* recepit in Anth. Lat. T. I. p. 571. CIX. Similiter apophthegmata septem Sapientium versibus inclusit *Auson.* p. 270. ed. *Toll.* et p. 292. sq. — V. 3. χείλων emend. *Jos. Scalig.* in not. mst. quae scriptura nominis etiam *Menagio* verior videbatur ad *Diogen. Laërt.* L. I. 68. p. 40. — γνῶθι σαυτόν. Vat. C. — ¶. 150.] V. 4. ἔνειεν. Vat. C. Ibid. Μιτυλίνης. — V. 7. τοὺς πλ. δὲ κακοὺς βίας α. *Villois.* — V. 8. ἐγγ. φεύγειν Θαλῆς ὁ Μ. ἡ. *Villois.*

XXXI. Vat. C. p. 543. Plan. p. 130. St. 188. W. — V. 2. Similiter *Epiphanius* L. II. T. I. haeres. 58. 3. de eu-

nuchis: *οὔτε γὰρ ἄνδρες εἰσί, διὰ τὸ ἀφῃρημένον, οὔτε γυναῖκες δύνανται εἶναι, διὰ τὸ παρὰ φύσιν.* Excitavit hos verſus et cum ſimilibus comparavit *Gataker.* ad *M. Anton.* p. 89. E. F.

XXXII. Vat. C. p. 376. Plan. p. 64. St. 92. W. Morem Gallorum, *quos naſcentes exploret gurgite Rhenus* (*Claudian.* II. Ruſin. 112.), plures commemorarunt; nec uni populo proprius fuiſſe videtur. Vide *La Cerd.* ad *Virgil.* Aen. IX. 603. Diſerte de eo *Julian.* II. Or. p. 81. D. *ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ἀδίκαστον κριτὴν τῶν ἐκγόνων, καὶ οὐ πείθουσιν αὐτὸν οὔτε αἱ μητέρες ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ καὶ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα, οὔτε οἱ πατέρες ὑπὲρ τῶν ἐκγόνων καὶ τῶν γαμετῶν ἐπὶ τῇ κρίσει δειμαίνοντες.* Idem in Epiſt. ad Maxim. Philoſ. XVI. p. 383. D. *οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτούς, ὃς τὰ μὲν νόθα τῶν βρεφῶν ὑποβρύχια ταῖς δίναις πέμπει, καθάπερ ἀκολάστου λέχους τιμωρὸς πρέπων· ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ καθαροῦ σπέρματος, ὑπεράνω τοῦ ὕδατος αἰωρεῖ, καὶ τῇ μητρὶ τρεμούσῃ πάλιν εἰς χεῖρας δίδωσιν.* Attigit noſtros verſus *Io. Bapt. Pius* in Annot. Poſter. Syll. III. c. 23. Lamp. Crit. T. I. p. 420. — V. 1. *ζηλήμονι.* Epitheton hominum ad fluvium videtur eſſe translatum; omnis enim ille mos e *ζηλοτυπίᾳ* Gallorum ortus videtur. — V. 2. *ταλαντεύουσι.* explorant liberorum genuinam originem. *Theophyl. Simoc.* Epiſt. X. *ὁ χρυσὸς — τῷ Κελτικῷ ποταμῷ ἐστιν ἐξάμιλλος· νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος.* — V. 4. *ὀλισθήσῃ.* Vat. C. et *διὰ λώπων* a pr. manu. *Antip. Theſſal.* Ep. XLVIII. *οἱ δ' ἐπὶ γαῖαν Ὤλισθον κοίλων ἄρσενες ἐκ λαγόνων.* *Oppian.* Hal. I. 737. *τότε παῖδας ἐνὶ λαγόνεσσιν ἔδεκτο — αὐτὴν ὁδὸν, ἔνθεν ὄλισθον ξεινόμενοι.* — V. 5. *νηπίαχον.* Vat. C. — *προχέῃ* legitur in Lectt. Ald. I. unde in plures edd. manavit. — V. 6. *αὐτὸς* eſt paterfamilias, herus; ut ap. *Theocr.* Eid. XXIV. 50. *ἄνστατε δμῶες πελασίφρονες· αὐτὸς ἀϋτεῖ.* Cf. *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. II. Miſcell. Obſſ. T. I. P. II. p. 109. Lectt. Ariſtaen. p. 207.

ſq. — ἐπ' ἀσπίδι. Alcmena quoque Herculem infantem λούσασα καὶ ἐμπλήσασα γάλακτος Χαλκείαν ἐπέθηκεν ἐπ' ἀσπίδα ap. *Theocrit.* Eid. XXIV. 3. — θῆκεν ἐὸν πάϊν receptum ex Vat. C. Vulgo θῆκε νέον πάϊν. In Apogr. Gudi. ἐὸν πάλιν. — V. 8. ἐλεγχιγάμου. Vulgo et in membr. ἐλεγξιγάμου debetur *Huetio* p. 7. — V. 10. εἰ καὶ αἰδώς, quamvis pudicitiae ſuae ſibi conſcia, nihilominus anxio animo fluminis teſtimonium expectat.

INCERTORUM POETARUM EPIGRAMMATA.

¶. 151.] *I.* In Vat. C. bis legitur p. 87. initio Epigrammatum amatorii argumenti poſitum. Videtur ipſius compilatoris opus eſſe, qui collectionem ſuam ab ἐρωτικοῖς carminibus auſpicabatur, quo juvenes ad reliqua quoque legenda alliceret et excitaret. Hoc diſcendi et legendi ſtudium σοφὴν ζέαν appellat, quam ſe Amoris ope incenſurum eſſe pollicetur. Edidit hos verſus *Reiske* in Miscell. Lipſ. IX. p. 101. nr. 280. ſub *Agathiae* nomine, cui in membranis non tribuuntur.

II. „Veterisne ſit an recentioris poëtae hoc Epi„gramma, non dixerim. Extat in Bibl. Laurentianae „Catalogo, et ſane eſt felicioris venae, quam quinque „alia, quae ibidem leguntur, quorum ſtilus infimae ae„tatis graeculum prodit.“ *Br.* In Vat. membr. p. 87. habetur hic verſus in capite Amatoriorum: φεύγετε νέοι παῖδα Κυθήρης τοξοβόλον Ἔρωτα, ex quo hoc diſtichon ortum eſſe poſſit. Exhibuit eum *Reisk.* in Misc. L. IX. p. 100. nr. 279. Cf. *Schneider.* in Peric. Cr. p. 1.

III. Vat. C. p. 571. Edidit *Klotz.* in Muſa Strat. p. 71. nr. 41. Amorem puerilem muliebri tanto fortiorem eſſe, quanto virilis ſexus muliebri ſit fortior.

Epigramma optimae notae. — V. 1. ἀλλά μ᾽. Vat. C. ἄρσενος — ὑπ᾽ ἀ. Vat. C. ἄρσενες in Sched. Tryll. emendatum. ἐπ᾽ ἀνθρ. praebet Apogr. Lipſ. Similis eſt locus *Poſidippi* Ep. VIII. ſi recte emendavimus: τί μ᾽ ἐρεῖδετε, πρὶν πόδας ἅρμι ἘΚ πυρός, εἰς ἑτέρην Κύπριδος ἀνθρακίην. ubi vide not. T. II. P. I. p. 139. Cf. infra Ep. XXII. — V. 4. τόσσω χὁ π. Vat. C. Noſtrum eſt in Apogr. Lennep. Nec aliter emendavit *Corn. de Pauw.*

IV. Vat. C. p. 97. „Extat, quod mireris, in Pla„nudea p. 483. St. 627. W. ſed ibi male interpunctum. „V. 2. τὴν Ἑλ. ex membr. Vat.“ *Br.* Puerorum et mulierum amatores ita inter ſe conciliantur, ut utrumque amorem ſummi faciendum eſſe Jovis exemplo doceatur. — V. 2. Vulgo τῆς Ἑλ. — V. 3. ἀσύγκριτον, ἀνόμοιον. ὑπερέχον. *Heſych.* Seq. verſ. vulgo poſt δοκεῖ diſtinguitur. Veram diſtinctionem vidit *Grotius*, qui vertit:

Haec ſuprema putans duo gaudia: ſunt quibus illud
Plus cordi eſt, aliis iſtud: utrumque mihi.

V. Vat. C. p. 579. Edidit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 115. Jovem poëta rogat, ut, Ganymede ſuo contentus, Dexandrum ne appetat. Similis argumenti eſt *Meleagri* Ep. XL. XLI. — V. 1. πρεσβέρῳ. Illo antiquo, quem olim in deliciis habuiſti. — V. 3. „In membr. εἰ δὲ βίᾳ „τὸν καλὸν ἀποίσεται, quod recte a Salmaſio emendatum.“ *Br.* ἀποίσεσι etiam *Klotz.* emendavit. — V. 4. τὸ βιοῦν. pro βίος videtur poſitum, *aetas hominum.* Si tam intolerabiliter dominaris, tuum quoque imperium, tua tyrannis evertatur, nec amplius tibi parebimus. Hunc ſenſum indicant verba *Salmaſii* in marg. Ap. Guy.: *ut ſub Saturno ſcilicet*, ὡς τὸ βιοῦν ἐπὶ τοῦ Κρόνου ἀπῆλθεν. *Klotzius* de βιᾷν cogitabat: violentia omnis a tuo regno abſit.

¶. 152.] *VI.* Vat. C. p. 578. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 24. Puerum ſibi amatum non videns poëta,

suspicatur, eum a Jove in coelum esse sublatum, simul timens, ne aquilae ungues eum laeserint. — V. 1. ἀρ' ἄγ' Vat. C. — V. 2. „ἀθανάτοις in cod. omissum supple„vit cl. Toup Indice Epist. crit. (p. 95. ed. Lips.) Hoc „nihil verisimilius. Salmasius conjiciebat Ἰδαῖος vel ἀμ„βροσίαν; non ἀμβρόσιος, ut male refert ad Charit. p. 25. „Orvillius, cujus commento οἰνοχόος longe praeferenda „erat Salmasii conjectura ἀμβροσίαν. Sappho ap. Athenae„um: κᾆτ' ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο, Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρ„πιν θεοῖς ᾠνοχόησεν." *Br.* — V. 3. Junge προστινάξας αὐτῷ πτερὰ πυκνά. *Homer.* Ιλ. λ. 454. οἰωνοὶ ὠμησταί σ' ἐρύσουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες. Ep. Incert. CCCXCVII. περὶ δὲ πτερὰ πυκνὰ βαλοῦσα. *Meleager* Ep. XL. παιδὶ βαλὼν πτέρυγας. Cf. *Toup.* Ep. crit. p. 95. et *Schneider.* Per. crit. p. 43. — V. 4. „μήπου. Subaudi ὅρα vel „δείδω." *Br.* In priscis operibus aquila Ganymedem ita ferens repraesentatur, ut pueri femora leniter tangat unguibus. Vide *Principales Figures de la Mythol.* Livrais. III. Pl. XXXI. ubi ejusmodi gemma exhibetur elegantissima. *Martial.* I. Ep. VII. *Aetherias aquila puerum portante per auras, Illaesum timidis unguibus haesit onus.* — ἔχει Vat. C. *Toup.* ἕξει. ἔχῃ est in Ap. Lips.

VII. Vat. C. p. 578. Scriptum est hoc carmen in puerum eximiae pulchritudinis et propterea a multis expetitum. Jam poëta Amorum facit judicium, num quisquam sit mortalium puero dignior quam ipse. Se eum igitur nonnisi Diis et Jovi concessurum esse. — Vehementer suspicor, *Meleagri* hoc Epigramma esse, cujus mihi ingenium agnoscere videor. Etiam nomen pueri hanc suspicionem firmat. Plura sunt inter *Meleagri* Epigrammata in Dorotheum. Cf. Ep. V. et XIV. — V. 2. ἀθανάτων. Jovem solum designat, ut ex proximis patet. Hunc poëtarum usum, apud Tragicos praesertim frequenter obvium, illustravit *Valcken.* ad Phoen. 978. *Brunk.* ad *Eurip.* Bacch. 543. ad *Sophocl.* Oedip. T. 366. Antig. 565. et alii. —

V.

V. 3. εἰ δέ τι. Vat. C. — V. 4. δέδεται Vir Doct. not. in marg. Apogr. Lennep. — V. 5. φονεῖ. Vat. C. — V. 6. „In „cod. ſcriptum: ἀλλ' ἀποχώρει, μή μ' ἔτι. Perperam. Senſus „eſt: Sed abscedit a me Dorotheus. Subſiſte. Quid? tune „adeo ſtultus, ut, qui pulcher es, pulchrumalium quaeras? „tute lepus es, et pulpamentum quaeris? Sic Salmaſius.“ *Br.* Haec *Salmaſius* valde pro lubitu poſuiſſe videtur; parum enim cum praecedentibus cohaerent, nec apparet, quem poëta alloquatur. Unde autem noverit *Salmaſius*, illum, qui hoc carmen compoſuit, ſive *Meleager* fuerit, ſive alius quisquam, pulchrum fuiſſe, ipſe dixerit. In membr. legitur praeterea μάταια, et in Apogr. Lennep. et Lipſ. ματαιοφέρει. Fortaſſe vitium eſt in καὶ σό. Mihi in mentem venit:

ἀλλ' ἀποχωρεῖ·

μηκέτι πρὸς τὸ καλόν, θυμέ, μάταια φέρου.

Amores quidem litem ſecundum me judicant; ille nihilominus ad alium transit. Jam ſe indignabundus ad animum ſuum convertit: Ne tu te iterum ad pulchros convertas, pulchris inhaereas, unde te nihil niſi crucia-

tus manent. — Fac, in Cod. ſcriptum fuiſſe θυ με, quam facile, ſyllaba ſuperſcripta forte omiſſa, θυ in σὸ abire potuit! — θυμὸν ſuum alloquitur *Meleager* Ep. LVI. 3. *Plato* Ep. III. *Archiloch.* Fr. XIV. Cf. *Ritterſh.* ad *Oppian.* I. Cyneg. 367. — μάταια ex cod. ſervavi. Sic ſenſus poſtulabat, ut cauſa hortationis verbo indicaretur.

VIII. Vat. C. p. 581. ſq. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. p. 72. nr. 43. Amorem poëta increpat, quod eum nunquam non novis puerorum amoribus irretiat. — V. 1. τλήμων Apogr. nonnulla. — ἐμοῦ. Vat. C. — V. 2. δινεύει στ. κύματος. Vat. C. et *Klotz.* In marg. Ap. Guy. et Ruhnk. notatum δινεύεις παραχὴν κύματος. Quanto elegantior Brunckiana lectio, in quam etiam *Corn. de Pauw* incidit. Amor fulmina quatiens paſſim obvius. Vide *Meleagr.* XXIII. XXXVIII. LXXVI. κρουνικὸν καῦμα ductum ex *Callim.* Ep. IX. νῦν δ' ὁ μὲν ἀκρουνικῷ θέρεται πυρί. —

V. 5. „σὺ μούνοις δ' ἐπὶ τοῖςδε, minus concinne. At pes„sime habitus ult. verſ. in quo ſine ſenſu legitur δάκρυσι „πουλυμανῆ. Salm. emendabat: ἀλλ' ἀπὸ πάντων δάκρυσι „πουλυνναῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα. Minori mutatione et me„liori, ut mihi videtur, ſenſu locum reſtitui, pro δάκρυσι „reponendo κάλλει. Paulo Silentiario aut illius aeta„tis poetaſtro dignum eſt hoc carmen. Collectio illa „Epigrammatum, cui titulus Στεφάτωνος Μοῦσα παιδική, non „talis ad nos pervenit, qualis ab eo concinnata eſt; ſed „ab interpolatoribus multa detracta, in quorum locum „pejora repoſita. Stratonis meminit Diog. Laërt. V. 61. „ubi vid. Menagius. Ergo Severo antiquior eſt.“ *Br.* Cl. editoris conjecturae favet *Xenophon* in Sympoſ. I. 9. p. 116. ed. *Bach.* quem exſcripſit *Athen.* L. IV. p. 188. A. ὥςπερ γὰρ ὅταν φέγγος ἐν νυκτὶ φανῇ, πάντων προσάγεται τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων ἐφέλκεται ὄψεις ἐφ' ἑαυτό. Nondum tamen mihi perſuadere poſſum, librarios tam oſcitanter hic verſatos eſſe, ut δάκρυσι ſcriberent, ubi κάλλει ſcribendum eſſet. Quare vide, annon minori mutatione, una litera deleta, ſcribi poſſit:

ἀλλ' ἐπὶ πάντων
ἄρκυσι πουλυμανῆ κανθὸν ἐφελκόμεθα.

oculi noſtri omnium, quotquot ſunt, puerorum illecebris tanquam retibus capiuntur. Soſipater (*Dioscorides*) Ep. III. puellae, quam deperit, veneres δίκτυα appellat καὶ παγίδας. Ipſos oculos, pulchritudinem captantes, δίκτυα vocat *Philoſtratus* Epiſt. L. p. 938. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. IV. T. I. P. I. p. 19. Veneri retia tribuit *Ariphron Sicyon.* Scol. p. 159. εἴ τις χάρις πόθων, οὗς κρυφίοις Ἀφροδίτης ἄρκυσι θηρεύομεν.

IX. Vat. C. p. 584. Edidit *Schneider.* in Per. crit. p. 92. annexis quatuor verſibus, qui *Stratonis* ſunt Ep. LXXVII. 5 — 8. Poëta, diu ab amore alienus, tandem ejus laqueis irretitus Sapientiae renuntiat. Cf.

Meleagr. Ep. XXXVI. et LVI. — V. 1. μηδ' ὄναρ. fortiter negat. Vide ad *Callim.* Ep. XV. T. I. P. II. p. 272. Haereo in μηδ' et οὐδὲ sic cumulatis. Num in οὐδὲ latet οἶδα? In membr. οὐδ' ἔμαθον περ. — V. 2. θερμόν. Vat. C. ἄρσενα θεσμὸν dictum, ut ἀρσενικὸν καῦμα in praecedenti Epigr. θεσμὸς autem, ut Latinorum *foedus*, de *amore* frequentur obvium. Cf. *Lennep.* ad *Coluthum* p. 103. et *Heinrich.* ad *Musae.* p. 91. — Ejusmodi puerilem amorem non didicerat Noster *fovere*, ποιμαίνειν, quod verbum cum θεραπεύειν junxit *Plato* Lys. p. 108. D. cum παραθάλπειν *Schol. Pindari* Isthm. V. 15. Cf. *Alberti* Obss. phil. p. 7. *Abresch.* ad *Aesch.* T. II. p. 9. — In θεσμὸν incidit *Corn. de Pauw*, sed hanc lectionem contextui convenire temere dubitans, maluit: ἄρσεν ποιμαίνειν πῦρ μοῦ ὑπὸ κραδίας, quod ipse genuinum et *nitidum* appellat. — V. 3. Non me pravi pueri amor, sed ingenuus et pudoris plenus oculus in cinerem convertit. ἀκέραιον βλέμμα habet *Strato* Ep. VI. — De metaphorico usu vocabuli σύντροφος vide not. ad *Antipatri Sid.* Ep. LXXXIX. et ad Stat. Aurig. Ep. XXXV. T. III. p. 25. et *Schneider.* ad *Anacr.* p. 126. — κατηνθράκισε. *Hesych.* κατανθρακῶσαι. κατακαῦσαι. κατοπτῆσαι. ubi *Alberti* nostri carminis memor fuit. Vide ad Ep. ἀδέσπ. III. 2. — V. 5. Color, ut in *Posidippi* Ep. XI. σιγάσθω Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος, ἅ τε Κλεάνθους Μοῦσα· μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως. — V. 6. γλυκερῆς ὀδύνης. Notum oxymoron. χρηστῆς ἕλκος ὀδύνης. *Evenus* Ep. VI. τραῦμα θερμόν τε καὶ γλυκύ. *Charito* L. IV. p. 65. ubi *Dorvillius* quaedam notavit p. 371.

¶. 153.] X. Vat. Cod. p. 582. „Edidit Dorvil„lius ad Charitonem p. 709. et post eum, minus tamen „accurate, doctus Hesychii sospitator T. II. col. 972." *Br.* Duorum puerorum amore incensus poëta, utrum potissimum sequatur, dubitat, et se, in duas partes divisum, utrique vult tribui. — V. 1. καταιγίζοντες, ve-

lementer in me irruentes. *Hippocr.* de Mul. L. II. ἦν ὀδύναι καταιγίζωσιν ἐξαπιναῖοι. Vide *Foesii* Oec. Hipp. p. 313. et *Eustach.* ad *Eroticni* Lex. p. 230. ed. Franz. — V. 3. ἡμεν επασανδρου κλ. δέμους ηδέ. ſic Vat. C. unde in plurimis Apogr. ἢ μὲν et ἢ δέ. — In marg. Guy. et Ruhnk. etiam πάλιν σοι notatur. Similiter *Rhian.* Ep. IV. ἦν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στρέψῃς δέμας. — V. 2. Τηλέφου. Subaudi ex praecedd. ἐπί, quod h. l. propenſionem *verſus* aliquam rem indicat. Vide *Locell.* ad *Xenoph. Eph.* p. 206. et *Fiſcher.* ad *Velleri* Gramm. T. III. P. II. p. 230. — ὀξύτερος, ardentior oculus. Cf. *Gruevii* Lect. Heſiod. IX. p. 555. In marg. Guy. et Ruhnk. Ap. Τηλέφ' ἐπασσύτερος. — V. 5. τμήξατέ μου. Vat. C. quod Vir Doct. in marg. Ap. Guy. et R. ſic explicat: ταύτην τὴν ἐρωτικὴν ἡδονήν. quo ſenſu nihil foret ineptius. — τμήξατε, μοὶ τ. edidit *Dorvill.* Idemque in mentem venit *Cornel. de Pauw;* nec aliter ſcripſit Anonymus. ἡδύ μοί ἐστι dicunt, cum ſe quid *cupere* indicant. Exempla dabit *Valcken.* ad *Herodot.* p. 126. et 550. — V. 5. ἐς πλάστιγγα. Ineptum phantaſma, ſed qualia etiam ap. *Meleagrum* aliosque eroticos inveniae. Similis eſt imago, ſed minime reprehendenda, ap. *Lucian.* in Amor. §. 4. T. V. p. 260. ed. Bip. καί μοι γενοῦ δικαστὴς ἴσος — ποτέρους ἀμείνονας ἡγῇ, τοὺς φιλόπαιδας ἢ τοὺς γύναιοις ἀσμενίζοντας· ἐγὼ μὲν γὰρ, ὁ πληγὰς ἑκατέρῳ, καθάπερ ἀκριβὴς τεχνίτης ταῖς ἐπ' ἀμφότερα πλάστιγξιν ἰσορρόπως παλαντεύομαι.

XI. Vat. C. p. 582. „Edidit ad Poëtriarum fragmenta Wolfius p. 35. ubi bonam 4. vſ. ſcripturam pravae „emendatione corrumpit, pro ἔχοντι reponens ἔχων δέ, et „vertit: *amicae* quidem flectens iras, non vero portas aperitas habens, quum vertere debuiſſet: *fruſtra tentans inimicas nil habenti fores.* Nihil ibi ſupra tironis captum. „Protulit etiam ad Heſychium cl. Ruhnkenius T. II. col. „890. — V. 6. in membr. ſcriptum ἤν τι ποθεινότατον, „quae ſcriptura prae ea, quam ſequutus ſum, nonpla-

„cet." *Br.* *Schneider.* Per. crit. p. 101. Triplicem amorem, quo flagraverit, poëta describit. — V. 2. εἷς δέ με et δέ με καῦσε. Vat. C. — V. 3. ἤλγηκα bis habetur in Cod. — V. 4. τὰς ἐχθρὰς θύρας. Cf. not. ad *Antip. Sidon.* II. T. II. P. I. p. 288. *Schneider.* comparat *Marc. Argent.* Ep. XV. ἦ μόλις ἔγνως Τοῦτ' ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. — V. 5. ἐπισταδὸς. Vat. C. quod *Salmas.* emendavit. Color idem ap. *Aristaen.* II. Ep. XX. p. 104. ὅτε μὲν γὰρ αὐτοὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε, καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν ἀξιοῦντες. Cf. cl. *Doering.* ad *Catull.* LXIII. 65. 66. p. 245. — V. 6. ἕν τυ π. Vat. C. τὸ est in Sched. Tryll. in marg. Apogr. Lennep. ὡς τὸ ποθ. marg. Ap. Guy. et R. Cf. *Agath.* Ep. VIII. 17. — V. 7. Maximis cruciatibus puer me affecit, unde minimum solidae voluptatis cepi. — *Schneiderus*, cui ultima carminis verba languere videbantur, dubitanter proponit: κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμην. Ad οἶδα μόνον subaudiendum participium, ut ἔχων, δεχόμενος, vel simile quid; de qua constructione consule *Abresch.* ad *Aristaen.* p. 18. sq. — βλέμματα καὶ κενεὰς ἐλπίδας autem ita accipio, ut posterius effectum prioris designet: vanas spes ex pueri oculis conceptas.

XII. Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. ubi μόνῳ habetur.

XIII. Vat. C. p. 585. Edidit *Dan. Heins.* ad *Horat.* p. 32. et *Toup.* in Cur. nov. p. 173. quem clariss. Editor sequutus est. Cf. *Schneider.* in Per. crit. p. 21. — V. 1. ἔχοιτε. membr. ἕλοιτο legitur in marg. Ap. Guy. et R. cum interpretatione: *Si me amat, si meas partes complectitur.* Comparat *Toup. Lucian.* in Hermot. §. 30. T. I. p. 770. Εἰ, καθάπερ νῦν ἔχω, ἑλοίμην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας ἀνδρὶ φίλῳ. — V. 2. κεἰς ὥρας αὖθις. Vat. C. καὶ εἰς emendavit *Salm.* Apud *Heinsium* est πολλάκις εἰς ὥρας, perperam. Nota est bene ominandi formula εἰς ὥ-

ρας sive ἄρας ἴκοιτο, quam fuse illustravit *Casaubon.* ad *Athen.* II. p. 112. Cf. *Valcken.* ad *Theocr.* Adon. p. 370. — V. 3. excitat *Wetsten.* ad Nov. Test. T. II. p. 276. μύρτινον ἔωλον, *hesterna* myrti *corona*, quae cum ceteris convivii reliquiis, τοῖς σκυβάλοις, everritur. ἔωλον optime illustravit *Schneiderus* l. c. *Aristaen.* II. Ep. VII. p. 83. φιλήματα μὲν γὰρ ἔωλα τὰ τῶν γυναικῶν. *Themistius* Or. p. 205. B. παραδείγματα ἔωλα καὶ λίαν ἐκχαῖα. — Primus igitur flos pulchritudinis Dionysii jam evanuisse putandus est; quare etiam v. 2. Gratias rogat poëta, ut eum αὖτις οἷς ἄρας ducere velint. — V. 3. genuinam Vat. C. lectionem exhibet *Salmas.* in Plin. p. 674. E. Vitiose Ap. Lips. ἐῤῥιφη. Vitiosius *D. Heins.* ἐ'ῤῥιφ' ἐπί. — »Hoc carmen in cod. praecedit *Dionysii* Ep. IV. in cujus »ult. vers. post Γουρium scribendum esse monui κώνωψ ὀξηεῖ »φυόμενος κεφάλῳ. Ex uno carmine in alterum ab oscitante li»brario translata haec vox: nam hic pro φυεόμενον, quod e »Salmasii emendatione est, in cod. scriptum φυόμενον." *Br.*

¶. 154.] *XIV.* Vat. Cod. p. 589. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 72. *Meleagri* esse hoc Epigramma, probabiliter suspicatur *Corn. de Pauw.* Optimae certe aetatis poëta dignum. — V. 1. 2. profert *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 92. — τε post εἶπα non est in membr. In Ap. Guy. et Ruhnk. est εἶπα δέ, et in marg. δή. Ap. Pauw. εἶπά γε. *Wart.* εἶπά σε. — V. 3. 4. laudat *Wetsten.* ad Ep. Rom. II. 15. p. 32. Parietibus et arborum corticibus insculpebant nomina eorum, quos deperibant. *Eustath.* ια. ξ. p. 490. 11. παλαιὸν ἔθος, καθ' ὃ δένδρεσι ὅσα καὶ πίναξιν ἐνεκόλαπτον οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν φιλουμένων ὀνόματα, ὡς εἶπε Ἔρωτες ἢ Νύμφαι ὀφειναὶ τοῦτο ἐποίουν· οἷον, ἡ δεῖνα καλή· ὁ δεῖνος καλός. Plures hunc morem attigerunt, quos vide ap. *Valckenar.* ad *Callim.* Eleg. p. 211. — V. 4. ἔσχεν ἔρωτα. Non inscriptionibus amorem meum significabam, sed potius in pectore eum tenebam inclusum. Sic haec accepta nihil difficultatis habent; nec erat, cur *Corn. de*

Pauw ἔρως depravatum putaret. — V. 5. δαίμων. *Klotz.* *Amor* videtur intelligendus. — V. 6. „τὼτρεκές. repo„sui pro ἀτρεκές, quae est Cod. lectio. In optimo Musae „Stratonis Apogr. ἐγὼ δὲ ὁ λέγων. In Buheriano ἐγὼ δὲ λέ„γων.“ *Br.* ἐγὼ δ' ὁ λέγων ἀτρεκές. Vat. C. Obversabatur auctori carminis Ep. *Callimachi* II. καλὸς ὁ παῖς, Ἀχελῶε, λίην καλός· εἰ δέ τις οὐχὶ φησίν, ἐπιστομίην μεῦνος ἐγὼ τὰ καλά.

XV. Vat. C. p. 586. Puer cum Amore comparatur pulchritudine, celeritate, spiculorum efficacia. Cf. *Asclep.* Ep. II. III. — ἀμφοτέρων, et Amoris et pueri.

XVI. Vat. C. p. 586. In Arcesilaum, formosum puerum, Amoris victorem. — V. 1. εὐφαμεῖτε. Linguis favere jubet juvenes, quasi sacrae cuidam rei et arcanae admissos. *Imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente. Seneca* de Vit. Be. 26. Fuse hanc et similes formulas explicuit cl. *Mitscherl.* ad *Horat.* III. Carm. I. 2. — „Corruptissime in cod. scri„ptum τὸν Ἔρωτα λέγει. ἀλεῖν verbum praetextatum, ut „*molere* Latinis.“ *Br.* Hanc lectionem *Brunckii* ingenio deberi, intelligitur ex ejus notis ad *Aristoph.* Nub. v. 1299. Facit huc *Theocrit.* Eid. IV. 58. τὸ γεῤῥόντιον ἢ β' ἔτι μύλλει Τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα. ubi Schol. μύλλει, ἀπὸ τῶν ἁλούντων καὶ τῇ κώπῃ τοὺς μόλους ὠθούντων. Hinc intelligitur etiam, quare Arcesilaus Amorem purpureo fune, ἁρπεδόνῃ, ligasse dicatur. Funibus aut loris enim equi asinive molis alligabantur. *Hesych.* μύλλει. λεῖα. Corrige ἀλεῖ. et: μυμεῖ. λεῖα. scribe: μύλλει. ἀλεῖ. A vero aberravit *Toup.* in Emend. in Hesych. P. II. p. 536. — πορφυρέῃ. Ad ornatum videtur spectare hoc epitheton; purpureo tamen colori peculiaris quaedam vis tribuitur in incantamentis, unde ap. *Theocrit.* Eid. II. 2. Simaetha poculum φοινικέῳ οἰδὲ κώτῳ cingit; et infra Ep. CXIII. Iynx Thessalae veneficae describitur: πορφυρέης ἀμνοῦ μαλακῇ τριχὶ μέσσα δεδεῖσα. — Ceterum de v. 1. lectione, quamvis eam a cl. editore et docte et

ingenioſe tentatam eſſe appareat, nondum tamen conſtat. Fieri enim poſſit, ut poëta ſcripſerit:

τὸν Ἔρωτ' ἄγει Ἀρκεσίλαος.

Arceſilaus Amorem vinctum et captivum adducit; quod cum v. 2. etiam melius conſpirat, quam Brunckiana lectio. Nec hoc parum honorificum de puero, qui, qua violentia Amor in homines uti ſolet, eadem in Amorem uſus eſſe dicitur. Contigerat enim Arceſilae, quod Daphnis temere profeſſus erat ap. *Theocrit.* Eid. I. 97. τὸ δῆν τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν; Ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέῳ ἐλυγίχθης; Item minatur Amori *Meleager* Ep. LII. χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην. Ap. *Auſonium* in Amore Cruci affixo v. 65. Heroïdes Amorem in *coetum mediae traxere catervae – Devinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis Vincula moerentem.* Hinc ſaepius Amor vinctis manibus repraeſentatus eſt. Cf. ad *Crinagorae* Ep. I. T. I. P. II. p. 377. — Recte autem jungitur ἄγει – δήσας. *Euripid.* Heraclid. 861. δεσμοῖς τε δήσας χεῖρας ἀμφιθήνιον Κάλλιστον ἥκει τὸν στρατηλάτην ἄγων. *Meleager* Ep. LVII. καί με πάλιν δήσας τὸν ἐὸν ἄγεις ἐλεόμην. *Moſch.* Eid. I. 24. ἢν τό γ' ἔλῃς τῆνον, δάσας ἄγε.

XVII. Vat. C. p. 580. Edidit *Klotz.* in Muſ. Strat. nr. XLII. Amorem jam exſtinctum novas vires ſumſiſſe conqueritur. Simile eſt Ep. *Meleagri* LXXVIII. et LXXIX. — V. 1. Ἀντίπατρις. Margo Ap. Guy. et R. Ibidem v. 2. ψυχῆς tentatur; utrumque perperam. ψυχρὴ τέφρη. cinis jam exſtinctus, cui nihil ſubeſſe videbatur ignis. — V. 3. δὶς με. Vat. C. — V. 4. Plane ſimiliter Ep. ἀδεσπ. XLV. XLVI.

XVIII. Vat. C. p. 594. Edidit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 332. Forti animo poëta ſe amorem, quem non nunc primum expertus ſit, laturum eſſe pollicetur. *Alcaei Meſſenii* hoc Epigramma eſſe videtur, cujus eſt carmen in Nicandrum, puerum, T. I. p. 486. II. — V. 1. Pro θαρσαλέως Vir D. in marg. Ap. Guy. et R. ἀργαλέως tentat,

omnino male. — V. 2. χαλεπῶς. Apogr. Guy. Ruhnk. Pauw. χαλεπῆς est in membr. — V. 3. „Dorvillius e „cod. dedit βιάς, pro quo sagaciter et vere reposuit βοηλὰς Pierson. Verisim. p. 92." *Br.* Non βιάς, sed βοὰς edidit *Dorvill.* quae est depravata membr. lectio. In marg. Guy. βοάς. *pugnas. rixas.* quod nihili est. *Homer.* Od. ρ. 283. οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων, οὐδὲ βολάων. — V. 5. „καὶ σὺ μέν. Sic recte in Cod. scriptum. In ora Sal„masius adscripsit: *forte* καί σε. quod Dorvillius recepit. „Ne graecum quidem est. Nam τίειν dicitur, *qui poenas* „*dat*, τίσασθαι, *qui poenas exigit.* Haec verbi medii dif„ferentia, optimis et veteribus scriptoribus observata, „recentioribus neglecta quidem saepe, quorum exem„plum nullius est auctoritatis, et ubi quid in codicibus „juxta rectam loquendi normam scriptum reperitur, id „in pejus mutandum non est." *Br.* Excitavit hoc distichon *Alberti* ad *Hesych.* in Ἀδρηστία. T. I. p. 99. *Reisk.* in Misc. Lips. IX. p. 95. qui *Dorvillii* errorem primus aperuit, σύ με sive σύ μέ γε legendum censens: *tu ergo me, o Adrastea, ob pravum consilium puni.* Nemesin cum Adrastea passim conjungi, docuit *Dorvill.* l. c. Cf. *Herder.* in *Zerstreut. Blättern.* T. II. p. 213. *Siebenkees* in Anecdot. p. 64. Ceterum hoc distichon vix bene coit cum praecedentibus, nec intelligitur, cujusnam consilii poenae exigendae sint. Fortasse olim ad aliud quoddam carmen pertinebat.

¶. 155.] *XIX.* Vat. C. p. 574. Edidit *Klotz.* ad *Tyrtae.* p. 23. Hoc quoque carmen *Alcaei* esse videtur, quae etiam *Reiskii* est conjectura in not. mst. Agitur de puero, olim formosissimo, nunc barba et pilis hispido. — V. 1. 2. laudat *Pierson.* ad *Moer.* p. 50. — ἐσβέσθη. οὔπω σου τὸ καλὸν χρόνος ἔσβεσεν. *Rufin.* Ep. VIII. ubi vide not. T. II. P. III. p. 159. Eadem imagine *Meleager* Ep. XLIX. οὐδὲ πυραυγὴς Πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλός, Ἀπολλόδοτος. — V. 2. χαρίτων λοιπὸν οὐδ' ἔνομα. Sic

Theocrit. Eid. XVI. 97. βοᾶς δ' ἔτι μηδ' ὄνομ' εἴη. — V. 3. ἐν ἀθανάτοις. quem non magis deflorescere posse arbitrabamur, quam Deos, Apollinem v. c. aut Bacchum, cui *inconsumta juventas*, *Qui puer aeternus, qui formosissimus alto Conspicitur coelo. Ovid.* IV. Metam. 17. — V. 4. εἰσὶ τρίχες. Cf. ad *Automed.* Ep. II. T. II. P. II. p. 128.

XX. Vat. C. p. 574. »Primum distichon protulit »Salmasius ad Scr. Hist. Aug. T. II. p. 343. Caetera »plana sunt. ἀκάνθας hic vocat, quas alibi φθονερὰς τρίχας.“ *Br.* *Stratonis* ingenium hoc Epigr. videtur prodere. Ipse puer loquens inducitur. Puerum ipsum poëta sibi finxit ut statuam, in cujus basi forte hi versus legerentur. — V. 1. μὴ δύσῃ σ' ἀ. margo Apogr. Lennep. μὴ 'κδύσεις. Ap. Pauw. — V. 2. οὕτως. sic, veste indutum. κἀμέ. me haud secus ac statuas, veste indutas. — ἀκρολίθου ξοάνου. Statua ἀκρόλιθος non est statua lapidea, quod visum est *Salmasio*; multo minus signum, in summo aedium fastigio collocatum, quae *Trilleri* est sententia in Obss. crit. p. 325. sed potius statua ex ligno, cujus extrema tantum, quae vestis non tegebat, ut caput, pedes manusque, e marmore erant. Vide *Lennep.* ad *Phalar.* p. 72. *Winkelm.* Hist. Art. p. 15. De eadem re quaedam notavit *Eschenburg* ad *Lessingii* Collect. T. I. p. 39. sq. — Facit huc, quod *Athenaeus* narrat de Nannio meretricula, quam Atheniensium dicacitas προσκήνιον appellaverat, ὅτι πρόσωπόν τε ἀστεῖον εἶχε καὶ ἐχρῆτο χρυσέοις καὶ ἱματίοις πολυτελέσι· ἐκδῦσα δὲ ἦν αἰσχρετάτη. L. XIII. p. 587. B. — V. 3. δ' post γυμνὴν desideratur in membr. Adscriptum margini Ap. Ruhnk. ubi ad γυμνὴν χάριν haec notantur: τὴν πυγὴν ψιλήν, γυμνήν, ἄτριχα. Male. Intellige *concubitum cum nudo puero*, sive simpliciter: *Nudi Antiphili venustatem explorare cupiens.* i. e. γυμνὸν Ἀντίφιλον ἀθρῆσαι ζητῶν. — ἀκάνθαις. Cf. *Rufin.* Ep. XXXVI. — Postremum versum cum parte praec. laudat *Warton.* ad *Theocrit.* T. II. p. 48.

XXI. Vat. C. p. 571. Plan. p. 484. St. 629. W. — V. 1. φίλην. Vulgo, quod casto monacho debetur. Verum *Brodaeus* vidit absque codice. Vir Doct. ap. *Huet.* p. 49. transpositis vocabulis φίλην θέσθ'· αἰτ. parum eleganter. — V. 2. αἰτοῦντι. om. Vat. C. De verbo αἰτεῖν vide ad *Asclepiad.* Ep. I. T. I. P. II. p. 21.

XXII. Vat. C. p. 577. „Hoc distichon praefixum „sequenti in cod. ubi ex duobus unum Epigr. At sepa„randa videntur, quod fuit etiam Orvillii judicium, quem „vide ad Chariton. p. 199." *Br.* — V. 1. ἄθρει μοι διὰ παντός. Vat. C. In Ap. Lips. et Voss. ἄθροι. in marg. ἄγρει. Deinde membr. ὅλαν κατάτηκ' Ἀρίβαζε. Totum versum sic emendavit *Dorvill.* ut *Br.* eum edidit. Ad verba ὅλαν τὰν Κνίδον κατέτηκε comp. *Meleager* Ep. XIII. καὶ πέτρου τήκω χρωτὶ χλιαινόμενον. In primis distichi verbis haereo. Legendum suspicabar:

Ἀνθρακίη διὰ παντός· ὅλαν κατέτηκ' Ἀρίβαζος
τὰν Κνίδον.

Totus locus nil nisi carbones; omnem enim Cnidum Aribazus incendit. διὰ παντὸς non solum ad *tempus* refertur, quod *Dorvillius* censet, sed etiam ad *rem*, ut δι' ὅλου. Sic *Pausan.* II. 34. p. 191. ἀλεκτρυόνα τὰ πτερὰ ἔχοντα διὰ παντὸς λευκὰ διελόντες. *Aeschyl.* Suppl. v. 846. γομφοδέτῳ δορὶ δι' ὅλου. — Ἀνθρακίη autem ab horum poëtarum ingenio non alienum. Cf. not. ad *Posidipp.* Ep. VI. T. II. P. I. p. 137. et Ep. VIII. p. 139. — V. 2. θρυπτόμενα θέρεται. Haec est genuina membr. lectio, quam Apogr. in τυπτόμενα φλέγεται et φέρεται temere mutaverunt. *Callim.* Ep. IX. ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί. Idem fortasse vocabulum lectum olim ap. *Aristaen.* II. Ep. I. p. 70. οὗτος δ' οὖν ἐρᾷ σου, Καλύκη, καὶ τῷ σῷ θέρεται (vulgo φθείρεται) πυρί.

XXIII. Vat. C. p. 577. junctim cum praecedente. Aribazus puer Persicae originis fuit, quod ipsum no-

men indicat. Cnidus autem, ubi habitasse videtur, cum reliqua Caria Persis parebat.

XXIV. XXV. Vat. C. p. 586. ubi Ep. XXV. alterum praecedit; ceterum versus in utroque eodem ordine leguntur, quo *Br.* edidit. In aliis libris ordo mirifice turbatus. *Wolf.* in Sapph. Fragm. p. 253. conjunxit posterius distichon Ep. XXV. cum *v.* 3. 4. Ep. XXIV. Alia Apographa, omisso altero districho Epigr. XXIV. ex priore et altero districho Ep. XXV. simul cum secundo Ep. XXIV. unum Epigramma conflarunt. Suspicabatur *Dorvillius* ad *Charit.* p. 89. haec quatuor districha nonnisi unum carmen conficere, improbante *Brunckio*, cujus haec sunt: „Tam persuasus sum, districha in cod. recte esse „dispositа et singula tetrastricha Epigramma facere, ut „carminum ordinem immutaverim. Nihil prorsus interest, utrum prius vel posterius legatur. Dialogus est „in hocce; verba ἔστι δ' ἀωρὶ καὶ σκότος, famuli sunt. „V. 1. in cod. scriptum ἅλως, manifesta menda.“ *Toupius* in Cur. Nov. p. 237. prius distichon Ep. XXIV. praefigendum putabat versibus a *Suida* prolatis in κωμάσομαι:

ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε πανύσομαι· ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
καὶ διαβῇς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.

ignorans scilicet, hoc distichon partem esse carminis *Asclepiad.* XXVI. ubi vide not. Huic poëtae utrumque carmen facile equidem tribuerim; nisi forte *Meleagri* est, quem conf. Ep. LVI. — V. 1. τοῦτον. sic Vat. C. In Ap. Guy. not. τούτων. τῶν νῦν γενομένων, ἐν ταύτῃ τῇ ὥρᾳ. male. — V. 2. λουόμενον. membr. non λυόμενον, ut *Dorvill.* dedit. *Asclepiad.* IV. στέφανοι — οὓς ἀκηρύοις κατέβρεξα. ubi vide not. Coronae tingebantur, ἐλούοντο, interdum unguentis, quo h. l. respici videtur. Cf. not. ad *Meleagr.* Ep. XCVII. T. I. P. I. p. 111. — V. 3. In marg. Ap. Pauw. tanquam a *Guyeto* legitur: *fort.* οὐχὶ μακρήν. *Pauta* conjiciebat μὰ τήν. Neutrum membran. lectioni praefe-

rendum: Viam ibo longam quidem, sed non frustra instituta. — Sequ. verba, ἔστι δ' ἀωρὶ καὶ σκότος, non opus est, famulo tribuas. Ipsius comissaturi poëtae esse possunt. — Ad ἀωρὶ subaudi νυκτός, vel νύκτωρ. Praeter hunc unum locum et alium *Luciani* T. II. p. 22. nullum habebat *Schlaeger* ad Moer. p. 32. qui illo additamento careret. *Pierson.* adjecit *Heracliden* ap. *Athen.* XII. p. 432. F. ἀλεκτρυόνα — ἀωρὶ κοκκύζοντα. Sic etiam *Polyaen.* II. c. 34. τοῖς ἀωρὶ βαδίζουσιν. — V. 4. μέγας φανός. *Propert.* L. III. El. XIV. 15. *demonstrant astra celebres; Ipse Amor accensas praecutit ante faces. Valerius* in Anth. Lat. T. I. p. 670. *Quid faculam praefers, Phileros? qua nil opus nobis. Ibimus: hoc luces pectore flamma satis.*

¶. 156.] *XXV.* Vat. C. p. 586. Vide ad praeced. Ep. — Comissabundus se fulmina et tempestatem nihil timere ait, cum Amor ipsum satis tutum a periculis praestet. — V. 1. ἄκρητον μανίην. non vino ebrius, sed amatorio furore. De vocis ἄκρητος usu figurato quaedam notavi ad Ep. *Pauli Silent.* XXXVII. — μεθύων μύθοις. fermonum, in amorem pellicentium, plenus, tantum non ebrius. ἔνθεος καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. *Lucian.* in Nigrin. T. I. p. 31. ed. Bip. *Plutarch.* T. II. p. 712. E. mimos appellat μιμήματα παιγνιάτων καὶ λόγων, ἃ πάσης μέθης ταραχωδέστερον τὰς ψυχὰς διατίθησιν. — V. 2. εὐφροσύνος Ap. Lipsium contra poëtae mentem, qui se dementia actum et securum per periculosam viam grassari ait. εὐφροσύνοις suspic. *Reisk.* in Misc. Lipsi. IX. p. 93. — V. 3. δέ μοι. Vat. C. — V. 4. ἔχων. membr. ἔχω *Reisk.* l. c. Idem *Cornelio de Pauw* in mentem venit. — ἣν βάλλῃ male interpretatur *Dorvillius.* Sensus est: Si Jupiter fulmina jacit. — ὅπλον scutum inprimis, quod telis obicitur.

XXVI. Vat. C. p. 587. Edidit *Klotz* in Mus. Strat. nr. XLIV. *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 66. In pue-

rum formoſum, in pugilatu victorem. Optimae notae carmen, *Stratonis* ingenio non indignum. — V. 1. πυγῇ. Vat. C. πυγμῇ eſt in omnibus Apogr. quae vidi, excepto Lipſienſi. — V. 2. λημνίσκοις. ταινίαις. *Heſych.* λημνίσκους. τὰς ταινίας. Συρακούσιοι. Vide *T. Hemſterh.* in Miſc. Obſſ. V. 3. p. 70. et ad *Lucian.* T. I. p. 164. Morem athletas taeniis ornandi illuſtravit *P. Weſſel.* ad *Diodor.* XVII. 101. p. 238. et *Ruhnk.* ad *Timae.* p. 246. — V. 3. πεφυσμένον. *Strato* Ep. LXVIII. πεφυσμένος ὕμματα κλαυθμῷ. Cf. eundem Ep. XXXIV. — σμύρνης. Suavius hoc mihi videbatur eſſe, quam ſi faciem unguento myrrhino inunctam habuiſſet. σμύρνα Συρίη inter pretioſa unguenta commemoratur ap. *Philodem.* Ep. XXII. ubi vid. p. 233.

XXVII. Vat. C. p. 591. Obſcurum Epigramma, quod vellem clariſſ. editor diſertius explicaſſet. At hic nihil notavit praeter haec: »Sic in cod. ſcriptus eſt vſ. 1. »Ἑρμῇ τοξευθεὶς ἐξέσπα σε πικρὸν ἐφήβῳ. in quibus nullus omni»no ſenſus. Emendabat Salmaſius: Ἑρμῆς τοξευθεὶς ἐξέσπασε »πικρὸν ὀιστόν· Κἠγὼ τὴν αὐτὴν οὐχὶ λ. τ. E ſenſu carminis »manifeſtum eſt, negationem in primo verſu eſſe debere. »Eſt in eo metaphora e ſagitta petita, qua quis confixus »eam e vulnere extrahit: ſed ideo ὀιστὸν contra codicis »auctoritatem ſcribendum non erat.« Adſcribam etiam, quae *Cornel. de Pauw* ad hoc Ep. notavit: »Scri»bendum videtur:

»Ἑρμῇ τοξευθέντ' ἐξέσπασας ἰὸν ἐφήβῳ,
»κἠγὼ τὴν αὐτήν, ξεῖνε, λέλογχα τύχην.
»Ἀλλά σ' Ἀπολλοφάνους τρύχει πόθος, ὦ φιλάεθλε,
»ἕφθασας εἰς ἓν πῦρ, οἱ δύ' ἐνηλάμεθα.

»Hermae, viro juveni, ſagitta percuſſo jaculum extra»xiſti. Et ego vero, mi hoſpes, eandem nunc ſortem »ſubii. At Apollophanis te deſiderium comedit; o labo»rum amans, in eundem tu incidiſti ignem; nos duo

„agitati ſumus et percuſſi. Senſus ſic elegans eſt: Cum „antea Hermae ſuppetias tuliſti, mihi easdem nunc ferre „potes: quanquam, quid miſer ego garrio? Id tibi nunc „impoſſibile. Eodem enim telo percuſſi ſumus, eodem „igne urimur; quare mihi ſane nunc opem ferre non „potes, cum tibimetipſi id tentes fruſtra.“ Haec ille, qui ſecundis curis pro ἰὸν tentabat ὄγκον; pro οἱ δύ' autem ᾧ δύ'. Hae emendationes, quae auctori ſuo valde elegantes videbantur, rem minime ſalvam praeſtant. Quod enim ille de Herma, puero, ſomniabat, falſiſſimum eſt. Agitur de Mercurio φιλαέθλῳ, *palaeſtrae praeſidi*, formoſi ephebi amore capto. Hoc poëta ita extulit: Mercurium ipſum palaeſtricis artibus ab Apollophane ſuperatum eſſe. Phantaſma, quod *Brunckii* emendatio verſu primo efficit, illuſtratur Od. *Anacreontis* XIV. 14. ubi Amor in certamine, ὡς οὐκέτ' εἶχ' ὀϊστούς, Ἤσχαλλεν· εἶθ' ἑαυτὸν Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον· Μέσος δὲ καρδίης μευ Ἔδυνε καί μ' ἔλυσε. (fort. μ' ἔκνιζε.) Ut hîc Amor ſagittae loco in pectus penetrat, ſic ap. Anonymum puer in Mercurii corde bella gerebat. — Jam vero v. 3. cum praecedentibus non cohaeret. ἀλλ' ἐμὲ antitheſin indicat, cujus nulla cauſa cognoſci poteſt. Expectabatur κἀμὲ γάρ, vel ſimile quid. In Vat. C. ἀλλά μ' vel ἀλλ' ἁμ' Ἀ. Neque ex ſeqq. lux affulget. Haec igitur aliis explicanda relinquimus.

XXVIII. Vat. C. p. 108. Plan. p. 448. St. 582. W. Similes luſus vide Ep. LXVII. LXVIII. Puero coronam roſarum mittens *Philoſtrat.* Epiſt. XXIX. περιθήσῃ δὲ οὐ σὺ τὰ ῥόδα, ἀλλ' αὐτὰ σέ.

XXIX. Vat. C. p. 592. Edidit *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 24. una cum ſequ. Epigr. *Schneider* in Peric. crit. p. 20. Neminem, niſi aut Deus ſit, aut lapis, Apollodotum ſpectare poſſe, quin amoris flamma corripiatur. Inter pueros, quos *Meleagri* Muſa celebravit, etiam Apollodotum fuiſſe, apparet ex ejus Epigr. XLIX. Haec res et carminis ſtilus efficit, ut facile accedam ad *Pauwii*

ſententiam, qui hoc et ſq. diſtichon *Meleagro* tribuendum eſſe ſuſpicatur. — V. 4. ἢ θεὸς ἢ λίθος. De ſtupidis et omni elegantiori ſenſu privatis hominibus paſſim: λίθος, οὐκ ἄνθρωπος. Exempla collegit *Weiſten.* ad Nov. T. I. p. 265.

¶. 157.] XXX. Vat. C. p. 592. junctim cum praecedente. Separatim protulit *Salmaſ.* in Plin. p. 776. A. Etiam hoc diſtichon *Meleagri* eſſe videtur, qui Heraclitum puerum paſſim celebravit. — V. 1. M. Ἡράκλειτος ἐμοὶ πόθος οὗτι σ. Vat. C. αὐχὶ *Salmaſ.* dedit. — V. 2. ἐμὸν eſt in Cod. ἰμοῦ exhibuit *Salm.* Heraclitus puer ex Magneſia fuiſſe videtur. Jam lapis Magneſius (μάγνης λίθος et μαγνῆτις), qui ferrum trahit, etiam Heraclius appellatur. Hinc poëtae luſus. *Plato* in Ione p. 363. E. θεία δὲ δύναμίς σε κινεῖ, ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ, ἣν Εὐριπίδης μὲν μαγνῆτιν ὠνόμασεν, οἱ δὲ πολλοὶ Ἡρακλείαν. Ad ea, quae *Salmaſius* l. c. congeſſit de magnete, *Schneiderus* addidit *Euſtathii* locum ad Ιλ. σ. p. 338. 38.

XXXI. Vat. C. p. 593. Omiſſo primo diſticho, quod a Cod. Lipſ. abeſt, hoc carmen edidit *Wolf.* ad Fragm. Sapph. p. 253. Integrum poſt *Br.* exhibuit *Ruhnk.* Ep. crit. p. 85. nov. ed. nam in prima edit. mutilum eſt. Poëta nautae ſe comparat, verno tempore incertum pelagus tentanti, puerumque, quem deperit, precatur, ut ipſum aut ſincere amet aut palam et aperte oderit. — V. 1. Διόδωρε. Diodorum puerum paſſim commemorat *Meleager*, quem ſi quis hujus quoque Epigrammatis auctorem exiſtimaverit, me conſentientem habebit. Simile eſt ap. eundem phantaſma Ep. XLIV. ἦν μοι συννεφὲς ὄμμα βάλῃς ποτε, χεῖμα δέδοκα, Ἦν δ' ἱλαρὸν βλέψῃς, ἤδη τέθηλεν ἔαρ. Eidem poëtae comparatio amoris cum navigatione perquam familiaris eſt. — V. 2. κεινόμενος. incertis fluctibus ſpectatus, multis igitur gravibusque periculis obnoxius. De nauta, qui multum maris emenſus perierat, *Antip. Sidon.* Ep. XCVII. ἃ πε-

σον ὕδωρ Ὤλεσε τὸν τόσσῳ κεκριμένον πελάγει. *Leon. Alex.* Ep. XV. ἀσπίδα δ' ἔσχον Σωθεὶς κεκριμένην κύματι καὶ πολέμῳ. — V. 3. Comparavit haec *Rubnk.* ad *Hesiod* E. καὶ H. 550. ἄλλοτε μέν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι. Similiter *Theocr.* Eid. IV. 43. χ' ὦ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκά θ' ὕει. — V. 4. εὔδεις ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν. Vat. C. ἔνδεις *Wolf.* edidit, infeliciter suspicatus, ἔνδιος legendum esse. εὔδιον not. in marg. Apogr. Guy. et R. Sed praeferendum procul dubio *Brunckii* εὔδιος. Cf. ad *Meleagr.* Ep. LXIX. T. I. P. I. p. 86. Hoc recepto, vide an servata, quam membr. praebent, conjunctione δέ, legi debeat: ἄλλοτε δ' αὖτε Εὔδιος, ἁβρὰ γελῶν δ' ὄμμασιν ἐκκέχυσαι. Posterior enuntiatio causam prioris continet, quod apud poëtas haud infrequens. Quum in Ap. Lips. ἐκκέχυται haberetur, *Reisk.* conjecit in not. mst. ὄμμα τόν, quod nunc non est necesse. *Ridentem effundi oculis* doctius quam *diffuso vultu ridere*, aut, ut *Heliodor* dixit L. VIII. p. 396. ἱλαρῷ καὶ διακεχυμένῳ βλέμματι. *Apollon.* Argon. III. 1009. νεκτάρεον μείδησ'· ἐχύθη δέ οἱ ἔνδοθι θυμὸς Αἴνῳ ἀειρομένης. — V. 5. τυφλὰ κύματα. Vide ad *Serapion.* Ep. T. II. P. II. p. 340. — V. 6. Quum vox κῦμα ter in quatuor versibus repetatur, scribendum procul dubio:

μεγάλῳ χείματι πλαζόμενος.

in quar mendationem incidit etiam *Huschkii* ingenium, in Anal. cr. p. 164. qui cum aliâ comparat, tum *Catullum* Epith. Pel. et Th. 97. *Qualibus incensam jactastis mente puellam Fluctibus, in flavo saepe hospite suspirantem. Corn. de Pauw* μεγάλῳ χεύματι tentabat. — V. 7. πάλιν. Vat. C. Comparandus *Theognis* v. 89. ἤ με φίλει, καθαρὸν θέμενος νόον, ἤ μ' ἀποειπὼν Ἔχθαιρ', ἀμφαδίην νεῖκος ἀειράμενος.

XXXII. Vat. C. p. 515. In Plan. p. 38. St. 55. W. interpolatum legitur; nam pro παιδείῳ *Planudes* παρθενικῷ dedit. Vaticani Cod. lectionem primus restituit

Dorvill. ad *Char.* p. 555. Idem θρασύβουλα exhibuit. At in membr. et in Plan. θρασύδουλα legitur. — V. 2. ἀεθμαίνεις. de alto amantium ſuſpirio illuſtr. *Mitſch.* ad *Horat.* T. II. p. 107. — δελφὶς ὥς. Proverbialis locutio. *Ion* ap. *Plutarch.* in Vit. Cic. T. V. p. 260. ed. Tub. κἀκεῖ γὰρ ὡς δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. quem attigit *Toup.* ad *Longin.* π. τ. p. 271. — V. 3. δείνανον. Ad fabulam de Andromeda, Perſei virtute liberata, reſpici videtur. Apte noſtrum carmen adhibuit *Mitſcherl.* ad illuſtrandum *Horat.* I. Od. XXVII. 21. *Quae ſaga, qui te ſolvere Theſſalis Magus venenis, quis poterit Deus? Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet Chimaera.*

XXXIII. Vat. C. p. 590. „Hoc etiam miſerum in „modum corrupit male caſta monachi manus. Vide Plan. „p. 485. St. 630. W. Doctiſſimorum etiam virorum „ſaepe conjecturis praeſtat bonus codex. Caſaubon. ad „Theocrit. Eid. I. emendabat τὸν τρυφερῆς τρυφερῆς. Toup. „Ep. crit. p. 91. [74. Lipſ.] τὸν τρυφερῆς παρθένου." *Br.* Argumentum carminis ut *Meleagr.* LXXII. *Marc. Argent.* VIII. Illorum autem gallo gallinaceo Noſter luſcinias ſubſtituit. — V. 1. τί μ' ἐνιᾶτε. Vulgo. — V. 2. τὸν τρυφερῆς παρθένου. Vulgo. πάρθενον, quod *Toupius* conjecit, debetur *Huetio* p. 49. — Verſus fortaſſe expreſſus ex *Meleagr.* Ep. XCIII. καὶ θῆρες ἄτεγκτοι τέρποντας τρυφερῇ χρωτὶ χλιαινόμενοι. — V. 3. πετάλ. *Strato* Ep. II. καὶ ἀηδόνας ἐν πετάλοισιν. — εἰ δέ. quod ſi natura loquax eſt muliebris natura, tamen, quaeſo, quieſcite. — Nihil hac clauſula languidius. Poëtae ſuppetias ivit *Grotius* vertens:

ſin muliebre eſt
Multa loqui, jam vos, nil veto, perficite.

qui ſenſus ex graecis verbis effici non poteſt. Vix tamen ea corrupta eſſe putaverim.

XXXIV. Vat. C. p. 591. ubi ἄδηλον. Ut *Meleagri* edidit *Warton.* ad *Theocr.* T. II. p. 201. A ſterili puer-

rorum amore dehortatur poëta. — V. 1. ἴαχε μ Vat. C. ἴσχετε. Ap. Guy. R. Pauw. Lipſ. — V. 2. ἀπρήκτοις ἐλπίσι. *Agath.* Ep. LXXVIII. 6. Spe vana amamus et tantum non furimus. Vide ad *P. Silent.* Ep. X. 3. — ¶. 158.] V. 3. ἐπὶ ψαφαρήν, intell. γῆν. θάλασσαν ἀντλεῖν cum aliis proverbiis de rebus inutiliter ſusceptis laudatur in Append. Vat. III. 49. p. 305. — Mox junge ψεκάδα ἀπὸ Λιβύσσης ψάμμου, abundante ἀπὸ, ut paſſim (vide ad Scol. XXII. T. I. P. I. p. 308.) et ἀριθμητὴν ἀρτιάσαι pro ἀριθμῆσαι, *numerare arenam Libycam.* Vulgo dicitur per paroemiam ἄμμον μετρεῖν. *Diogen.* Prov. II. 27. Similiter *Theocrit.* XVI. 60. ἀλλ' ἶσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ᾄδοντι κύματα μετρεῖν, Ὅσσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἁλὸς ὠθεῖ, Ἢ ὕδατι νίζειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον. Ad noſtrum locum plurimum facit *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXVI. 9. p. 32. ἄδικος ἡ μίξις, ἄγονος ἡ συνουσία· ἐπὶ πετρῶν σπείρεις, ψάμμους ἀροῖς· μετένεγκε τὰς εὐφροσύνας ἐπὶ τὴν φύσιν, τρέψον ἐπὶ τὴν γεωργίαν τοὺς ὀφθαλμούς, ἐγκάρποις ἥσθητι ἡδοναῖς· ὥς κε μὴ ἄσπερμος γενεὴ μετόπισθεν ὄληται. — Ceterum ψεκάδες ſunt res quaeque minutiſſimae, ramenta. *Brunck.* ad *Ariſtoph.* Pac. 121. — V. 6. ἐνιχθονίοις ἡδύ τε ἀκαμάτοις. Vat. C. quod in plurimis Apogr. emendatum eſt. — Fruſtra puerorum amorem tibi certum fore ſperas, quum eorum pulchritudo a Diis hominibusque expetatur, ut nunquam adeo a rivali tutus ſis. — V. 7. εἰς κενὸν ἦμαρ. Vat. C. ἡμῶν emendatum in marg. Ap. Guy. et R. recte ſine dubio. — V. 8. μόχθοις. Vat. C. et ἐκκέχυται. Omnes labores, quos inſumſeram, perierunt. Metaphora ducta ab agricola in litoris arena ſementem faciente. ψάμμον ἀροῦν ex *Maximo Tyrio* paulo ante laudavimus. Simile eſt hoc ap. *Theogn.* v. 108. ἶσον γὰρ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς· Οὔτε γὰρ ἂν πόντον σπείρων, βαθὺ λήϊον ἀμῷς, Οὔτε κακοὺς εὖ δρῶν, εὖ πάλιν ἀντιλάβοις.

XXXV. Vat. C. p. 593. Obſcurum Epigramma, nec fortaſſe integrum. Eſt dialogus aut inter ſervum et

herum, aut inter puerum et servum paederastae. — V. 1. *A.* Ne mihi hoc itera! *B.* Quid culpae admisi? Ipse me misit. αὐτὸς aut *dominus* est, ut passim; vide *Abresch.* Lectt. Arist. p. 207. aut puer amatus. Hoc fere malim. Puer amanti iratus invito animo ejus nuntium accipit. Servus deprecatur iram, servitii necessitatem praetexens. Pro ἔπεμψε tamen in marg. Ap. Guy. et Ruhnk. ἐπέμψω notatum. Sequ. versu fortasse mutata interpunctione legendum:

α. δεύτερον οὖν φήσεις; β. δεύτερον εἶπεν. ἴθι.

Num igitur denuo repetere audes, quae mihi ingrata esse intelligis? — Tum servus respondet: Quidni faciam? Iterum iterumque mihi dominus dixit: abi, nec cunctare. — Ad ἐκείνου subaudiendum videtur ῥήματα vel simile quid. — V. 4. εὑρήσω χ' ἥξω. Vat. C. Ordinem verborum mutavit cl. editor. At in his equidem caecutio. Pro οἶδα C. *de Pauw* οἶσθα malebat; fortasse recte. — Sensus latere videtur nequam, ut ap. *Meleagr.* Ep. XLVI. *Philodem.* Ep. XVII. σὺ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις, Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα. At totius carminis contextum alii explanabunt, qui nobis sagacitate praestant.

XXXVI. Vat. C. p. 584. Prius distichon edidit *Wetsten.* ad N. T. I. p. 400. Totum *Klotz.* ad *Tyrt.* p. 73. In puerum reliqua venustum, sed pedibus minus eleganter formatis. Optimae notae carmen. — V. 1. βοᾶτε Vat. C. male. — οὐχὶ Ap. Lips. — V. 2. Vide *Erasmi* Adag. III. Cent. 94. — πᾶσι δέδωκαν *Klotz.* — V. 3. ἐν ὄμμ. Ap. Lips. — Mox *Klotz.* male ὠπερίσαμος ex conjectura sua. Nihil verius lectione codicis, qua *insignis* verecundia in pueri oculis laudatur. — V. 4. ἀμφιτέθαλε χάρις. Cf. ad *Rhian.* Ep. IV. T. I. P. II. p. 323. — V. 5. Conf. Ep. *Antip. Sidon.* III. — V. 8. „Male in Cod. scriptum: κάλλεϊ δέ σ' ὀτέρῳ τέρψει ἀγαλλόμενος." *Br.* At in Apogr. Spallett. est σφετέρῳ, quod etiam in membr. legi nullus equidem dubito. — Est

in his verſibus ſuavis ironia: Illud pedis vitium crepida occultabis, cujus elegantia haud ſecus ac tua pulchritudine laetaberis. Si vera eſt *Brunckii* emendatio ἀγαλλόμενον, hoc pro σὲ poſitum eſt. *Pauto* ἀγαλλομένα tentabat, *crepidam* ſibi fingens Pyrrhi pulchritudine delectatam. Omnino male.

XXXVII. Vat. C. p. 585. Plan. p. 485. St. 630. W. Sic plane *Philodem.* Ep. XX. γιγνώσκω, χαρίεσσα, φιλεῖν πάνυ τὸν φιλέοντα, καὶ πάλι γιγνώσκω τόν με δακόντα δακεῖν. ubi vide not. T. II. P. I. p. 230. — V. 1. κοὐ μ' ἀδικεῖ. Vat. C.

XXXVIII. Vat. C. p. 514. „Ex ordine, quo hîc „poſita ſunt hoc et ſequ. Epigramma, quo ſenſu intelli„genda ſint, animadvertitur. Planudes ea retulit in „L. I. cap. Εἰς χρόνον." *Br.* p. 122. St. 176. W. Puerum monet, ut tempore utatur, antequam pili tenerum haedum in hircum vertant. — ἔριφοι autem appellantur pueri meritorii. cf. *Lucill.* Ep. V. 6. T. II. P. II. p. 440. — Cum ſenſu totius diſtichi conſpirat *Strato* Ep. LVII. *Martial.* L. IV. 7. *Cur bene quod dederas, hodie, puer Hyle, negaſti? Durus tam ſubito, qui modo mitis eras? Sed jam cauſſaris barbamque, annosque, pilosque: O nox, quam longa es, quae facis una ſenem!*

¶. 159.] *XXXIX.* Vat. C. p. 515. Plan. p. 122. St. 170. W. Similiter *Rufinus* Ep. XXXVIII. ad exoletum: μηδὲ συνάντα· Ἀντὶ ῥόδου γὰρ ἐγὼ τὴν βάτον οὐ δέχομαι. Commentarii inſtar eſt locus *Achill. Tat.* L. II. p. 98. ubi quis de puerorum agens κάλλει, ὅτι παρακύψαν μόνον εἴχετο καὶ οὐκ ἀπολαῦσαι δίδωσι τῷ φιλοῦντι. ubi in verbo παρακύψαι de roſa cogitavit auctor e calyce prorumpente. *Galenus* in Suaſ. ad Art. c. VIII. ἄμεινον οὖν ἐστιν ἐγνωκότας τὴν μὲν μειρακίων ὥραν τὴν ἡρίνοις ἄνθεσιν ἐοικυῖαν, ὀλιγοχρόνιον δὲ τὴν τέρψιν ἔχουσαν. *Ovid.* II. A. A. 115. *Nec violae ſemper, nec liantia lilia florent; Et viget amiſſa ſpina relicta roſa. Et tibi jam cani venient, formoſe,* ca-

pilli. — ἢν δὲ παρέλθῃ, οὔτως ὁ βαιὸς χρόνος scil. Idem dicit, sed efficacius etiam, paroemia ap. *Suidam* T. III. p. 262. ῥόδον παρελθὼν μηκέτι ζήτει πάλιν. ubi *Kusterò* παρελθὲν corrigenti non debebat calculum adjicere *Toupius* Em. in Suid. p. 400. Hoc enim dicere voluit paroemiae auctor: Rosam florentem ubi praeterieris, non amplius invenies; tam cito perire solet! Hoc sensu certe accepit *Suidas*, cum addit: ἐπὶ τῶν κυδαινόντων τινά. Alii in alium sensum detorserunt. Vide *Gataker.* ad *Antonin.* XI. 33. p. 342.

XL. Vat. C. p. 409. „Misere corruptum est in „membranis hoc epigr. quod ideo omissum in Gaulmini „codice. Aliquanto emendatius editum est a sagacissimo „Toupio in Addend. in Theocrit. p. 392. Salmasii no„tis adjutus aliter pridem emendaveram. Utri felicius „res cesserit, judicent eruditi, qui si secundum Toupium „pronunciaverint, a tanto viro me vinci facile patiar. „Obscoenum est carmen, sed tam planum nunc et perspi„cuum, ut interpretatione non indigeat. Dialogus est „duorum caprariorum in Hermaphroditi statuam. λακόπυ„γος non comparet in lexicis; sed vox proba est, quae „etiam duplici κ scribitur. Occurrunt apud Pollucem „p. 237. λακόπεδον et λακοσχέας." *Br.* Venustum est Epigramma et optimae aetatis, sed vereor, ut Hermaphroditi statuae conveniat τὸ φέλανδον ῥέγμα, aut ut omnino de statua agatur. Sed ut recte judicari possit de sensu carminis, lectionis primum auctoritas examinanda videtur. Quod ut rectius fiat, agedum, totum carmen, sicut in membr. habetur, adscribam:

Ἄδηλον. μιαρὸν τὸ ἐπίγραμμα ὅλον καὶ αἰσχρουργότατον.

Χαίρω τὸν λακόπυζον ὀρῶν θεὸν εἰςτοφέλανδον
ῥέγμ' ὑπὸ τὰν ὀχναν αἰνὰ τυπτόμενον.

αἰπόλε τοῦτον ἐγὼ τρὶς ἐπύγισα τοὶ δε τραγίσκοι
εἰς ἐμὲ δερκόμενοι τασχιμέρας ἔβλεπον.
ὄντως Ἑρμαφρόδιτε πεπύγικεν οὐ μὰ τὸν ἑρμᾶν
αἰπόλε καὶ τὸν πᾶν αἰπόλε καπιγελῶν.

— V. 1. λακέρυζον emendavit *Toup.* Nota est λακέρυζα κορώνη ex *Hesiodi* Ἔργ. 747. ap. *Hesych.* λοίδορος· φλύαρος. quod Satyris et Silenis aptum est epitheton. Idem *Pauwio* in mentem venerat. λακόπυγος formatum ad analogiam τοῦ λακκόπρωκτος, qua voce utitur *Aristoph.* in Nub. 1333. — In marg. Ap. Ruhnk. notata sunt haec: λακερύζειν. *multa verba facere. nugari. conviciari.* — φάλανθον βρέγμα. πολιόν. *Hesych.* Est et canum et calvum caput. Vide quae collegit *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VII. 160. p. 330. Hoc alicui ex senioribus Satyris, Sileno aut Priapo convenit. — Elegans est vs. 2. emendatio αἰγᾶν, quae jucundam imaginem praestat capellarum cum Deo quodam calvo arietantium. In Ap. Guy. et Ruhnk. est ἄχναν, quod nullius est pretii. — V. 3. Si caprarius senilem Deum paedicavit, id per contumeliam fecisse putandus est, ut ille ap. *Theocrit.* Eid. V. 41. ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὸ δ' ἄλγεες· αἱ δὲ χίμαιραι Αἵδε κατεβληχῶντο, καὶ ὁ τράγος αὐτὰς ἐτρύπη. qui locus ad nostrum est aptissimus. — Mox ἔβλεπον Codicis servavit *Toup.* At hoc non explet poëtae mentem, et gravius quid desiderari vel Theocriteus locus ostendit. Admodum itaque verisimilis, certe elegans et docta est *Salmasii* emendatio in marg. Guy. et Ruhnk. ἐβάτευν. Quod si *Virgilius* in exprimendis Theocriteis (III. Ecl. 8. *Novimus et qui te, transversa tuentibus hircis, Et quo, sed faciles Nymphae risere, sacello.*) turpiora omisit, in eo castitatem poëtae laudamus, a qua laude Anonymus noster longissime abfuit, βατεῖν sic usurpat *Theocrit.* Eid. I. 87. ἀ'πόλος ὅκκ' ἐςορῇ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται. — V. 5. 6. In his versibus emendandis valde recedit *Br.* a *Toupio.* Hic scripsit audaci conatu:

οὕτω σ', Ἑρμαφρόδιτε, πεπύγικα· καὶ μὰ τὸν Ἑρμῆν,
αἰπόλε, καὶ σαυτὸν αἰπόλα, κἀπτυγέλων.

ubi in poſteriore verſu emendando certe a vero aberravit. καὶ μὰ eſt in Ap. Ruhnk. ναὶ μά, Ap. Guy. Pro ὄντως in marg. Ruhnk. ὃν τρὶς notatur. — *Brunckii* emendatio elegans eſt et probabilis in reliquis; at quod Hermaphroditum a caprario πεπυγισμένον ponit, id mihi quidem a contextu alienum videtur. In hac voce ſinceram puto lectionem Codicis Ἑρμαφρόδιτε, quo non notus ille Mercurii filius, ſed ipſe caprarius ſignificatur. *Suidas*: Ἑρμαφρόδιτος· ἢ τὸν ἀμφότερα ἔχοντα τὰ μόρια — ἢ τὸν αἰσχρῶς καὶ ποιοῦντα καὶ πάσχοντα. Similiter Σατυρίσκον appellat laſcivum hominem *Theocrit.* Eid. IV. 62. et XXVII. 48. — Hoc admiſſo fortaſſe probanda *Reiskii* lectio in not. mſt. πεπύγικας. — Ultima verba κἀπτυγέλων firmare videntur, quod ſupra dixi, caprarium non tam libidinis, quam contumeliae cauſa, illud flagitium ſe admiſiſſe gloriari. Fateor, mihi haec nondum ſatis expedita videri, propius tamen *Brunckium* ad veritatem acceſſiſſe puto quam Britannum criticum.

XLI. Vat. C. p. 542. Planud. p. 131. St. 189. W. Salſum Epigramma. Patricii filius omnes amantes a ſe absterret; hoc ſanctitati ejus tribuendum videtur; at illum amantes fugiunt, quod eum Κύπριδι οὐχ ἁδεῖν, nefandae Veneri, deditum norunt. Haec fellatorem notant.

XLII. Vat. C. p. 553. qui Ἀμμιανοῦ inſcribit, quod in Plan. p. 153. St. 223. W. ἄδηλον eſt. Non eſſe puerile hoc carmen apparet ex diſticho ejusdem poëtae in eundem Polemonem, quod in membr. praecedit: nec *Planudes* amatorium eſſe putavit, ap. quem legitur in Tit. εἰς κλέπτας. Nihil hîc viderunt interpretes, quorum errores exagitat cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 251. ſqq. qui de judice venali et corrupto agi praeclare vidit. Idem jam diu antea viderat vir doctiſſimus *Triſtan.* T. I.

p. 553. qui etiam, quod *Huſchkium* fugit, hominem illum detexit, in quem hoc diſtichon ſcriptum eſt. Fuit is Polemo Sophiſta, qui ſub Trajano et Hadriano floruit, cujus vitam *Philoſtratus* ſcripſit L. I. 25. p. 530. ſqq. Ei *Antonii* nomen fuiſſe, apparet ex marmore Oxon. XXVIII. p. 95. ubi Smyrnaei dicuntur ἐπιτυχεῖν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἀδριανοῦ δι' Ἀντωνίου Πολέμωνος — μυριάδας ὁκατὸν πεντήκοντα. unde *Olearius* recte emendavit §. III. p. 533. Ἀντώνιος Πολέμων pro Ἀντωνῖνος, praeeunte *Rubenio*. Hunc hominem fraudis ap. Smyrnaeos ſuſpectum multisque ob alias cauſas inviſum fuiſſe, ex ejus vita ap. *Philoſtratum* abunde prodit. Senſus diſtichi igitur hic eſt: Antonius es, Polemon, quod nemo ignorat; nunc autem ὤνιος, i. e. venalis, es factus. Similis eſt luſus *Ammiani* Ep. VIII. T. II. p. 386.

XLIII. Vat. C. p. 582. Plan. p. 485. St. 630. W. Se a Venere tribus ſagittis confixum eſſe conqueritur. Perſpicuum eſt carmen. — V. 3. Vulgo ἣν δ' ἀ. Et ſic membr. niſi quod ibi etiam ἀπανεύσω legitur. In Sched. Tryll. ἤ. *Schneider*. Peric. crit. p. 24. πῇ vel ποῖ emendabat, quod praecedentis ſyllabae menſura vix tulerit. Praeferenda cl. editoris lectio, in quam etiam *Pauw* incidit, ᾗ δ' ἀπονεύσω. Eodem ſenſu *Meleager* Ep. III. ποῖ ῥέψω; ποτὶ παῖδ' ἢ μητέρα. ubi vide not. p. 18. — Ad τῇ *Pauw* ſubaudiens κόρῃ, et de duabus tantummodo hoc verſu agi videns, vitii ſuſpectum habuit praecedens diſtichon, ubi tentat: τί μοι δισσοὺς — ἰοὺς et δισσὰ βέλη. At neſcio equidem, an liceat poëtas ſic in ordinem redigere. Senſus eſt: In varias partes trahor, ſive hic illic cruciatibus afficior. Non igitur ad τῇ ſubaudiverim κόρῃ, ſed pro adverbiis loci acceperim, ut ap. *Heſiod.* Scut. 210. δελφῖνες τῇ καὶ τῇ ἐθύνεον.

XLIV. Vat. C. p. 584. Edidit *Dorvill.* in Vanno crit. p. 155. Veneri exprobrat amoris cruciatus, quibus laborat. — V. 1. οἴων. Vat. C. et *Dorv.* οἷον eſt in

marg. Guy. et Ruhnk. Jam olim mihi emendandum eſt viſum:

εἰς οἶδν με πόθων λιμέν' ἄξενον, ὦ Κύπρι, θεῖσα.

Idem placuit *Cornelio de Pauw* in not. mſt. Nota eſt ſignificatio τοῦ ἄξενος, qua *ferum*, *importunum*, *periculorum plenum* ſignificat locum. *Eurip.* Cycl. 91. ἄξενον στέγην ἐμβεβῶτες. Androm. 795. ἄξεινον ἐκπεράσαι ξυμπληγάδα. — V. 2. πεῖραν ἔχουσα πόνων. *Sophocl.* Trach. 142. ἀς ἐγὼ ξυμφοροῖς, Μήτ' ἐκμάθοις παθοῦσα· νῦν δ' ἄπειρος εἶ. *Meleager* Ep. XLI. οἶδα παθὼν ἐλεεῖν. — V. 3. ἡ Vat. ἢ Ap. Lipſ. — τοῦτ' ἔπος εἰπεῖν, glorioſae jactationis notionem habet. — V. 4. μόνη. Vat. C. quod revocandum. Pro ἕτρωσε haud ſcio an melius legatur ἕτρωσα. Ad ſenſum inprimis comparandum *Meleagri* Ep. XXXVII. — τὸν σοφὸν ἐν Μούσαις. *Meleager* Ep. CXXIII. 16. κἠν Μούσαις ποικίλος ὑμνοθέτας. *Theocrit.* Eid. VII. 12. ἐσθλὸν ἐὼν Μούσαισι Κυδωνικὸν ἄνδρα.

¶. 160.] *XLV.* Plan. p. 332. St. 471. W. ubi ſequitur Ep. *Gabrielii* in Amorem, quod legitur in Analect. III. p. 7. In eundem Amorem hoc diſtichon compoſitum eſſe, ſignificat lemma in Planudea: εἰς τὸν αὐτόν. Commodior videtur interpretatio de amante, qui ſe totum amoris flammis ardere dicat; nec tamen certa. Si amatorium eſſet carmen, vix deſideraretur in membr. Vat. quae nonniſi iis carent carminibus, quae imagines et ſtatuas deſcribunt.

XLVI. Vat. C. p. 360. in Capite τῶν ἐπιδεικτικῶν, cum lemmate: ἀδέσποτον. τοῦτο οὐκ ἐπιδεικτικὸν, ἀλλ' ἐρωτικόν τι ἐπίγραμμα. Tanquam ἀδέσποτον citatur etiam ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 21. *Gesn.* 253. *Gros.* Nec ejus auctorem indicavit, qui latinam *Portii Licinii* imitationem laudat, *Aul. Gell.* XIX. 9.

Cuſtodes ovium, teneraeque propaginis agnum,
Quaeritis ignem? ite huc, quaeritis? ignis homo eſt.

Si digito attigero, incendam ſylvam ſimul omnem,
Omne pecus flamma eſt, omnia quae video.

Neſcio igitur, qua auctoritate relatum ſit inter Callimachea T. I. p. 330. ed. *Ern.* — V. 3. ἄψον. Similiter de Cyniſca erubeſcente: χ' ἥφθαι σύμαχείας κεν ἀπ' αὐτᾶς καὶ λόχνον ἅψαις. ubi *Caſaubon.* Lectt. Theocr. c. XV. noſtrum Epigramma comparavit. — V. 3. γάμιν. Vat. C.

XLVII. Vat. C. p. 111. Plan. p. 450. St. 584. W. Nullas moleſtias periculave amantem timere affirmat auctor. Cf. *Aſclepiad.* Ep. XXVI. — V. 2. εἰς κρ. καὶ εἰς. Vat. C. De inſigni periculo. *Philodem.* Ep. XVI. οἶδ', ὅτι πὰρ κεφαλᾶν τέμνω πόρον, οἶδ', ὅτι βίπτω Πάντα κύβαν κεφαλᾶς αἰὲν ὑπερθεν ἐμᾶς. — V. 3. πόνοις. Vat. C. a pr. m. ο ſuperſcriptum. — ἀπαυδᾶσαι πόνοις dicuntur, qui laboribus obruti ſpei renuntiant. *Pſeudo-Plut.* de Liber. Educ. T. II. p. 9. B. σπεύδοντες γὰρ τοὺς παῖδας ἐν πᾶσι τάχιον περατοῦσαι, πόνους αὐτοῖς ὑπερμέτρους ἐπιβάλλουσιν, οἳς ἀπαυδῶντες ἐκπίπτουσι. — V. 3. Similis eſt color in Ep. *Poſidippi* IX. T. II. p. 48.

XLVIII. Vat. C. p. 95. Edidit *Reiſk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 117. nr. 294. Cum hoc diſticho *Schneider.* Per. crit. p. 8. jungendum cenſebat illud, quod vulgo finem conſtituit Ep. *Pauli Silent.* III.

καὶ τίς ὑποστολίη; τάχα τις τάχα τοῦτο ταλάσσας
δίψαν Ταντάλιην πλήσεται εὐμαρίας.

Cui conjecturae obſtat duplex diſtichi noſtri verſio ap. *Claudianum* nr. LXXXIX. XC.

Paupertas me ſaeva domat, dirusque Cupido.
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

* * *

Eſuriens pauper telis incendor amoris.
Inter utrumque malum diligo pauperiem.

XLIX. Vat. C. p. 140. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. nr. 394. p. 696. Ludibundus poëta Cupidinem ab iis, quos ſagittis vulneravit, comprehenſum fingit, Veneremque hortatur, ut periclitanti filio auxilium ferat. Simile phantaſma obverſabatur *Auſonio*, cum Amorem ab Heroïnis punitum fingeret in *Amore cruci affixo.* — V. 1. *ἰσοῦται.* Vat. C. et ſic *Reisk.* — V. 2. *οὐ λαλέεις* vix ſenſum habet idoneum. Legendum cum *Reiskio*:

οὐκ ἀλέγεις, Παφίη;

L. Vat. C. p. 444. Plan. p. 63. St. 91. W. Luſus minime probabilis, qui ductus videtur ex *Callimach.* Ep. XVI. Initio Vat. C. *τρεῖς εἶεν αἱ χάριτες.* — „*οὐ δὲ μία.* Sic recte in duobus Planudeae codicibus, ſalvo metro, de quo male ſolliciti ediderunt *οὐ δὴ μία.*“ *Br.*

¶. 161.] *LI.* Vat. C. p. 101. Plan. p. 476. St. 618. W.

LII. Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 627. W. Amores ſuos Deorum exemplo excuſat. — V. 1. *δαεῖς.* cum reſciverit. Friget hoc vocabulum. *φανῇ.* Cf. not. ad *Agath.* Ep. XXXI. — *ἰξόν. Meleager* Ep. IV. de oculis ſuis: *ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι,* ubi ſimilia quaedam notavi. — *θηρευτήν.* omnia, quae pulchra et venuſta ſunt, aucupantem iisque inhaerentem. De verbo *θηρᾶν* in re amatoria uſurpato vide *Dorvill.* ad *Char.* p. 555. ſq. Auctor translationis *Plato* in Conv. p. 203. D. ubi Amor dicitur *θηρευτὴς δεινός, καὶ τινας πλέκων μηχανάς.* unde emendandus *Themiſtius* Or. XIII. p. 162. D. — V. 3. *καὶ Ἀΐδα. Moſchus* Eid. I. 14. de Amore: *μικκύλα μὲν τύνη τὰ χειρύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει, Βάλλει κ' εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα.* — V. 5. Ad haec nemo eſt qui non meminerit loci Terentiani in Eunucho III. 5. 40. ubi Jovem ad Danaën deſcendentem in tabula videns Chaerea: *Quem Deum!* ait, *qui templa coeli ſumma ſonitu*

concutit. Ego homuncio hoc non fecerim? Ego vero illud fecerim et lubens. Deorum amoribus recensitis *Clemens Alex.* Coh. ad Gent. p. 28, 24. τούτους ὑμῶν αἱ γυναῖκες προσκυνούντων τοὺς θεούς· τοιούτους δὲ εὐχέσθων εἶναι τοὺς ἄνδρας τοὺς ἑαυτῶν, οὕτω σώφρονας, ἵνα ὦσιν ὅμοιοι τοῖς θεοῖς, τὰ ἴσα ἐζηλωκότες· τοιούτους ἐθιζόντων οἱ παῖδες ὑμῶν σέβειν, ἵνα καὶ ἄνδρες γενήσωνται, εἰκόνα πορνείας ἐναγῆ τοὺς θεοὺς παραλαμβάνοντες.

LIII. Vat. C. p. 365. Plan. p. 56. St. 79. W. Simile hoc est *Sidonii Apollinaris* Carm. XI. 89.

Nec minor haec species, totiens cui Juppiter esset,
Delia, taurus, olor, Satyrus, draco, fulmen et aurum.

Amori iratus Jupiter ap. *Lucian.* II. Deor. Dial. T. II. p. 4. ed. Bip. σκόπει, ὦ κατάρατε, εἰ μικρά, ὃς ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐντρυφᾷς, ὥστε μηδέν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, Σάτυρον, ταῦρον, χρυσόν, κύκνον, ἀετόν.

LIV. Vat. C. p. 374. Plan. p. 11. St. 20. W. Ap. *Stobae.* Tit. LXI. p. 389. 5. *Gesn.* 252. *Grot.* Jovis cum Amore dialogus. Paucis verbis impudentis pueri indoles adumbrata. Similis color est in Epigr. *Moschi* T. I. p. 411. Ap. *Achillem Tat.* L. I. 1. Amor in tabula picta ἐπέστραπτο ὡς ἐπὶ τὸν Δία καὶ ὑπεμειδία, ὥσπερ αὐτοῦ καταγελῶν, ὅτι δι' αὐτὸν γέγονε βοῦς.

LV. Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Sequioris aevi foetus. — V. 1. ὑφ' ἕσπερα. Vat. C. — ὑγροῖς. *tenet assuetis humectans oscula labris. Lucret.* IV. 1190. — V. 2. νέκταρ. *Alciphron* I. Ep. 38. p. 178. ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν. *Horat.* I. Odar. XIII. 15. *Oscula quae Venus Quinta parte sui nectaris imbuit. Statius* II. Sylv. I. 48. *Osculaque impliciti vernos redolentia flores.* — V. 3. ἔρωτα ποτωκώς. *Eustath.* de Am. Ism. IV. p. 116. καὶ πίνων οὐ πίνω, καὶ μὴ πίνων πίνω τὸν ἔρωτα.

LVI. In Vat. C. p. 88. nomen non adscriptum. τοῦ αὐτοῦ (i. e. *Meleagri*) additum in Plan. p. 472. St. 613.

W. Meretricis avarae, quam diu frustra expetiverat, amplexibus sibi frui visus erat poëta; quare nullis amplius precibus apud barbaram et crudelem puellam uti constituit. Nota historia de Thonide, meretrice, ap. *Plutarch.* Vit. Demetr. c. 27. T. VI. p. 34. ed. Tub. *ἐπεὶ γάρ τις ἐρῶν ἐν Αἰγύπτῳ τῆς ἑταίρας Θωνίδος, ἠτεῖτο συχνὸν χρυσίον, εἶτα κατὰ τοὺς ὕπνους δόξας αὐτῇ συγγενέσθαι, τῆς ἐπιθυμίας ἐπαύσατο.* — V. 1. „*τὴν βαρύμισθον.* Sic Vat. „membr. Hanc lectionem habet etiam optimus Planudeae „cod. reg. sed e correctione *βαρυ* supra *πολυ* scripto. Ce„tera, quae a vulgatis differunt, dederunt optimae mem„branae.“ *Br.* Vulgo *τὴν πολύμισθον.* — Meretricem, omnem civitatem amore sui incendentem, *καταφλεξίπολιν* facete appellat poëta, cui fortasse obversabatur simile cognomen Lamiae, Demetrii Poliorcetae amicae tributum. Haec enim appellabatur *ἑλίπολις.* — V. 2. *εἰ βούλόμενοι.* qui quaerunt, quomodo libidinem expleant. Vide *Abresch.* Lect. Aristaen. L. I. p. 106. Idem est de viro *πειρᾶν*, quod hoc sensu passim occurrit, et in fr. *Machonis* de Phryne ap. *Athen.* L. XIII. p. 583. C. ubi certa emendatione legendum:

πειρῶμαι τοίνυν καὶ σύ, φησίν, ἕως ἂν ἃ ὦ
βινητιάσω καὶ τοσοῦτον λήψομαι.

— *ἐρευγομένην.* totos thesauros vomentem ac poscentem, vertit *Brodaeus*; quasi idem esset *vomere* ac *poscere.* At haec sibi opposita sunt. *Grotius: ingenti pretio suetae licere viris.* Videtur verbum *ἐρεύγεσθαι* transitiva vi accipiendum esse: quae viros cogebat, aurum ipsi effundere, viros itaque *emungens.* Similis usus exempla desidero. — V. 4. Vulgo *χαριζόμενος*, quod cum *ὑπερος* conjunctum etiam elegans est. At praeferenda erat optimi cod. lectio *χαριζομένην.* Sic puella sine ulla mercede amanti corporis sui faciebat copiam. *Mnasalc.* Ep. I. *ἴσθ' ὅτι τοῖς καλοῖς πάντα χαριζόμενα.* Vide *Ruhnk.* ad *Tim.* p. 274. *Wernsdorf.* ad *Himer.* p. 353. — ¶. 162.]

V. 5. laudat *Suidas* in γουνάσομαι. T. I. p. 493. — ἐπ' ἐμαυτῷ. *ob fortem meam* plorabo. Vehementer jejunus est hujus versus exitus, quare fere existimaverim, scriptum esse olim:

οὐδ' ἐπὶ παστῷ
κλαύσομαι.

nec ad ejus limina plorabo. Ep. ἀδεσπ. XI. ἑστῶσαι δὲ κόραι ἐπὶ παστάδος αἰὲν ἄϋπνος. Idem παστὰς et παστός, ut apparet ex *Hesychio* v. ubi vide Interpp. — V. 6. ἔχων κεῖνά χ. Vat. C. Prius revocandum deleta interpunctione post κλαύσομαι. ἔχων κεῖνο vulgo. Verum est κεῖνα, quo pronomine res obscoenae tecte significantur. Iis, quae notavi ad *Straton.* Ep. L. T. II. P. III. p. 95. adde *Lucian.* T. III. p. 25. πιττοῦσθαι χρὴ μάλιστα μὲν τὰ πάντα, εἰ δὲ μὴ πάντως ἐκεῖνα. Ibid. T. III. p. 119. πάσχειν καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα.

LVII. „Epigramma hoc e schedis Leichii habuit „Reiske. An veteris poëtae sit, valde dubito.“ *Br.* Legitur nec in Vat. C. nec in Planudea. In sched. Leich. erat εἶλε καὶ, quod fortasse fic scriptum erat ad fraudem celandam. Similem ideam primus, ni fallor, poëta Gallicus expressit, *Clement Marot*, in carmine epigrammatico, cujus initium: *Amour trouva celle qui m'est amère.* Hoc Epigramma in memoriam revocat locum *Libanii* T. IV. p. 1070. ed. R. in descriptione pulchrae puellae: Ἔρως εὐτύχει (legendum forte εἰστήκει) παρ' αὐτῇ τὰ τόξα τείνων, καὶ κικρὸν ἐπαλείφων τοῖς βέλεσι φάρμακον, καὶ ταῖς βολαῖς τῶν ἐκείνης ὀμμάτων ἐμπιστεύων τὴν τόξευσιν· ἵστατο γοῦν ἡ κόρη μέσον Μουσῶν καὶ Χαρίτων καὶ Ἔρωτος· ταῖς μὲν παγκάλως συμπαίζουσα, ταῦ δὲ τὴν βελοθήκην κινοῦσα (sic leg. cum Morellio pro κινοῦσα) ταῖς τῶν ὀμμάτων τοξεύσεσιν.

LVIII. „In Planudea p. 478. St. 621. W. Epi„gramma hoc Dionysio Sophistae tribuitur et tribus „constat distichis. In membranis duo sunt disticha tantum, quae singula epigramma faciunt. Priori praefi-

„xus titulus: ἀδέσποτον εἰς ἐρωμένην. alterius titulus „est: ἀδέσποτον ὁμοίως. Posterius habet apogr. Bu„herianum. Tertium in membr. non comparet, et „spurium videtur; fortasse ipsius Planudis, qui sua sibi „habeat. Adumbratum est ex veteri scolio, quod ha„bes Tom. I. p. 158. XIX.“ *Br.* Fallitur cl. editor, cum tertium illud distichon in membranis extare negat. Duo priora ibi habentur p. 100. tertium, quod *Planudis* fuisse putat *Br.*, ibidem legitur p. 695. sic:

Θεοφάνους ἐρωτικόν.

Εἴθε κρίνον γενόμην ἀργένναον, ὄφρα με χερσὶν
ἀραμένη μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσῃς.

In Plan. est λευκόχροον. Ineptum hoc distichon peperit studium illud eandem sententiam variandi, cui etiam Anth. Lat. tot ridicula Grammaticorum Epigrammata debet. Peccavit autem *Planudes*, qui diversorum auctorum versus conjunxit, eosque omnes ad *Dionysium* retulit, cujus distichon praecedit; (conf. cl. *Huschke* in Anal. crit. p. 166. sq.) nec *Brunckius* causam habebat satis gravem, cur ea, quae in membr. separatim leguntur, conjungeret. Ex *Planudis* Anthologia tria haec disticha duxisse videtur *Schol.* ad *Dion. Chrys.* Or. II. de Regno ap. Morell. p. 95. 5. T. II. p. 556. ed. R. — V. 1. σὺ δὲ στίχουσα. Vat. C. καὶ σὺ στείχουσα. *Schol. Dion.* — V. 2. πνείοντα. Vat. C. — V. 4. ἀρσαμένη. Vat. C. Vitiose *Schol. Dion.* ἀραμένη χιονοῖς στηθέεσιν χαρίσῃ. Idem in postremo disticho ἀργένναον cum membr. legit, et in fine vers. ὄφρα με ῥισίν.

LIX. Vat. C. p. 195. Elegans hoc Epigramma edidit *Reisk.* in Anth. nr. 501. p. 45. Ex cod. protulit *Valcken.* ad Adon. p. 372. C. — V. 1. „Philaenium „meretrix, quam domi clam habuit Agamedes, vestem ei „texuit. Alterius distichi sensus est: Operi jam intentae „sunt meretrices, at matronae inertes colum et stamina „in quasillis intacta relinquunt.“ *Br.* λάθρῃ et Ἀγαμηλοὺς

Vat.

Vat. C. Hoc emendatum in marg. Ap. Guy. et R. κοσμηθεῖσα Ap. Lipſ. — εἰς κόλπους pro ἐν κόλποις. vide *Reiz.* ad Lucian. II. p. 568. III. 856. In Agamedis ſinu haerens, inter viri amati amplexus. — V. 3. αὐτὴ Κύπρις. Minus recte haec accepit *Reiskius*, quaſi puellae pulchritudo laudetur, quae, cum texeret, altera Venus eſſe videretur. Spectatur potius veſtis elegantia et Philaenii erga Agameden amor. De pulchra Circes tela *Homer.* Od. κ. 223. ἰστὸν — μέγαν, ἄμβροτον· οἷα θεάων λεπτά τε καὶ χαρίεντα, καὶ ἀγλαὰ ἔργα πέλονται. unde *Valckenarius* ap. *Theocritum* XV. 79. tentabat: λεπτὰ καὶ ὡς χαρίεντα· θεάων νήματα φασεῖς. — V. 4. ἀργὸς τάλαρος. in otioſo quaſillo penſa jacent et colus. Eſt hoc inter vulgares amoris effectus. *Horat.* III. Od. XII. 3. *Tibi qualum Cytherеae Puer ales, tibi telas, operoſaeque Minervae Studium aufert – Liparei nitor Hebri.* ubi vide *Mitſcherl.* — γυναῖκες *matronae* h. l. ταῖς ἑταίραις opponuntur. Illis lanificium et Minervae Ἐργάνης opera cordi erant. *Alciphron* III. Ep. XLI. καὶ ἡ παρθένος δὲ ἡ παῖς, ἣν ἔχομεν ἐν ὥρᾳ γάμου, συλλαμβανέτω τῆς ἱστουργίας ταῖς θεραπαινίσιν, ἵνα εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα μὴ κατάδηλον σχύνῃ τοὺς πατέρας ἡμᾶς. Καὶ ἄλλως δὲ εἰδέναι σε χρή, ὡς αἱ ταλασίαν ἀγαπῶσαι, καὶ τὴν Ἐργάνην θεραπεύουσαι, κόσμιόν βίου καὶ σωφροσύνῃ σχολάζουσι. ubi vid. *Bergl.* T. II. p. 130. ed. W. — V. 4. ἔχοι. membr. ἔχει. emendavit *Reisk.* Nec aliter exhibuit *Valckenar.*

LX. Vat. C. p. 566. ἐπὶ γυναικὶ πρεσβυτέρᾳ νέῳ ἐνοχλήσαντι. Plan. p. 136. St. 197. W. ubi *Opſopoeus* illud de ſene libidinoſo interpretatur. — V. 1. ἄλλην δεῦν βαλάνιζε. ἐπὶ τῶν ἐνδελεχῶς αἰτούντων τι, ἢ παρὰ τῶν αὐτῶν ἀεὶ δανειζομένων. *Suidas.* Vide *Erasm.* in Adag. Chil. I. V. 34. — V. 2. ἔκκαρον. Antiquiores edd. ἔκκαιρον Aſcenſ. et Steph. et ſic legendum eſſe ſponte vidit *Joſ. Scaliger* in not. mſt. — ῥυτίδα μήλων. poma rugoſa. μῆλον ἀῤῥυτίδωτον eſt ap. *Antiphil.* Ep. VIII. ῥυσσαὶ καὶ δρυπετεῖς ἐλαῖαι. *Archeſtratus* ap. *Athen.* II. p. 56. C. Ad huma-

nae formae conditionem respiciens *Epigon. Thess.* Ep. I. T. II. p. 306. de uva: ἴδ' ὁ χρόνος οἷα δαμάζει· καὶ σταφυλὴ γήρως αἰσθάνεται ῥυτίδων. — V. 3. Similiter de meretrice, quae nonnisi juvenes recipiebat, *Aristaen.* I. Ep. XVIII. p. 45. τοῖς ἀκμάζουσι χαίρεις. — ὥστε διὰ φιλεραστείας μηδὲν ἀποβαλεῖν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ. — συνακμάζουσα ὀπώρα. puellae florentis aetatis. *Chaeremon* ap. *Athen.* L. XIII. p. 608. F. πολλὴν ὀπώραν Κύπριδος εἰςορᾷν παρῆν Ἄκραισι περκάζουσαν οἰνάνθαις χρόνου. Similia multa collegit *Mitscherl.* ad *Horat.* II. Od. V. 10. p. 397. — V. 4. λευκὸν ἰδεῖν κόρακα. *Schneiderus* in Per. crit. p. 131. ex comparatione *Straton.* Ep. XXVII. hunc sensum extricat: Tu cana facta frustra quaeres corvum album, qui fructus marcidos comedat. At pro ἰδεῖν membr. ἰδὼν habent, quod gravioris corruptelae suspicionem movet. In verbis λευκὸν ἰδὼν latere videtur vocabulum ad vetulam referendum, non sine allusione ad canos ejus; cum contra κόραξ juvenem nigris capillis indicet. Talem igitur sensum desidero: Quid est, quod tu *alba columba* (vel simile quid) corvum tentes et sollicites? — Ejusmodi quid latere suspicor; at quid poëta scripserit, dicere non habeo. — Ceterum λευκὸς κόραξ inter res raras paroemiace dici potuit, ut *cygnus niger* ap. *Juvenal.* VI. 165. *Lucian.* Ep. XXII. θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας, πτηνάς τε χελώνας Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην. *Corvi albi* mentionem injecit *Aristotel.* III. Hist. An. III. 12.

LXI. Vat. C. p. 203. *Marco Argentario* hoc Epigramma vindicat, quod ἀδέσποτον est in Plan. p. 483. St. 627. W. Lychno sternutante, poëta optat, ut puellae adventus ipsi hoc omine significetur. Hoc ominum genus diserte commemorat *Ovidius* XIX. Heroid. 151. *Sternuit et lumen, (posito nam scribimus illo) Sternuit, et nobis prospera signa dedit.* Quo facto lucernae, ut numini cuidam, vino libabant: *Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.* Huc respexit etiam *Propert.*

IV. 3. 60. *Seu voluit tangi parca lucerna mero;* ad quem locum *Burm.* nostrum Epigramma excitavit. Vide eundem II. 2. 34. et *Intrpp. Appuleji* Metam. II. p. 177. — V. 1. ἦ τάχα. Similiter caprarius ap. *Theocrit.* III. Eid. 37. ἄλλεται ὀφθαλμός μευ ὁ δεξιός· ἆρά γ' ἰδησῶ αὐτάν; — V. 2. εἰς Vat. — ¶. 163.] V. 3. „εἰ γάρ. *utinam.* „Vulgo ἄναξ legitur, quod mutavi.“ *Br.* ἄναξ est etiam in membr. nec fortasse spernenda haec lectio. Numina hoc vocabulo appellari, satis notum est; pro numine igitur lucernam poëta colit statim post omen editum, addito promisso, se illam pro *summo* inter divinantes Deos habiturum esse, si illud omen puellae adventum portenderit. — παρὰ τρίποδι. Ridicule haec verba interpretatur *Schol Wech.* Sensus est: Tanquam Apollo apud mortales coleris, et tua oracula non minus magni fient, quam quae e tripode proferuntur. Facit huc Comicus ap. *Plutarch.* T. II. p. 513. F. Βακχὶς θεὸν σ' ἐνόμισεν, εὐδαῖμον λόχνε, Καὶ τῶν θεῶν μέγιστος, ἣν αὐτῇ δοκῇ.

LXII. Vat. C. p. 92. Plan. p. 482. St. 626. W. Ad puellam de coma. — V. 1. Sive nigricante, sive contra flavescente incesseris coma, ex aequo places. Cogitandum est de more mulierum comas tingendi. Vide *Intrpp. Ovidii* I. Amor. XIV. Orationis color est, ut apud *Tibullum* IV. 2. 9. *Seu solvit crines, fusis deces esse capillis, Seu comsit, comtis est veneranda comis.* — V. 4. θριξὶ πολιῇσιν. *Plato* de Archeanassa Ep. VI. ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων δριμὺς ἔπεστιν Ἔρως. ubi vid. not. p. 341. — Hoc Epigramma *Rufini* esse putaverim.

LXIII. Vat. C. p. 425. Plan. p. 62. St. 90. W. Lemma recte conceptum esse dubito. In natantem puellam Epigramma scriptum esse, nihil evincit; sufficit, puellam, quae laudatur, in Aegypto natam fuisse. — V. 1. πρώιαν Vat. C. πρῴαν Ed. Flor. pr. — V. 2. σταγόνων Οὐρανίων. Nota fabula de Veneris origine ex Urani sanguine ap. *Hesiod.* Theog. 188. sqq. — V. 3. Nilus

Oceanum aemulatus ex ſuis undis alteram Venerem progenuit. γλυκερῶν. propter fertilitatem undarum Nili, ni fallor. Eandem ob cauſam hoc epitheto Strymonem ornavit *Tullius Geminus* Ep. VII. Στρύμων, Ἠμαθίης τὸ γλυκερὸν πέλαγος.

LXIV. Vat. C. p. 99. Plan. p. 472. St. In balneatricem formoſam. — V. 1. τί μ' ἔκπυρα. Vat. C τί δή ποτε eſt in Plan. Quid me igne lavas? nondum enim veſte depoſita aeſtum ſentio. — V. 2. μ' ἀποδ. Vat. C. quod non ſpernendum.

LXV. Vat. C. p. 101. Plan. p. 483. St. 628. W. *Philodemo* tribuendum eſſe ſuſpicatur *Schneider.* in Per. crit. p. 7. ex comparatione Ep. *Philodemi* III. Dialogus amantis cum meretrice in publico loco ipſi forte obviam facta. Sic hoc carmen accepiſſe videtur cl. editor. Sed magis arridet interpretatio *Brodaei*, qui non ipſam meretricem, ſed ejus pediſſequam reſpondere exiſtimat. Tum verſus 2di et 3tii verba ſic inter perſonas distribuenda:

α. οὐκ ἀλόγως ζητῶ. β. δεσπότις ἡμετέρη.
α. ἐλπίζειν ἔξεστι.

Sic omnia bene procedunt, nec ulla difficultas eſt in verbis τίς ἡ προϊοῦσα; quae, ſi altera interpretatio admittitur, pro obliqua interrogatione habenda ſunt: Quae es, quaeſo? Sed hoc durum. Quanto lenius alterum, ubi vir ancillam interrogat: τίς ἡ προϊοῦσα; ubi tamen haud ſcio an rectius προϊοῦσα legatur: *haec in publico ambulans.* Hoc ſenſu verbum προϊέναι uſurpatur, quod, cum προϊέναι crebro confuſum, illuſtrat *Abreſch.* in Lect. Ariſtaen. p. 24. ſq. — V. 3. Vulgo et in membr. legitur: ἔξεστι; ζητεῖς δέ τι (δ' ἔτε Vat. C.), metro peſſum dato. θέλεις debetur *Reiskio*, idque probat *Schneider.* l. c. At fortaſſe praeferenda emendatio in marg. Wechel. propoſita: ἔξεστ' · αἰτεῖς δὲ τί; quod a vulgata propius abeſt. Hanc correctionem etiam *Dou-*

ſae in mentem veniſſe, intelligo ex *Burmanni* Not. in Propert. p. 376. — φέρεις τι; *Muneris ecquid habes? Propert.* II. 18. 58.

LXVI. Vat. C. p. 89. Plan. p. 486. St. 630. W. — Vulgo v. 2. φιλίης, quod ex membr. emendatum. — τὸν ἐν γᾷ ναυαγόν. *Alciphr.* I. Ep. XVIII. p. 70. πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος, μή σε ἀντὶ τῆς θαλάσσης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ. Vide ad *Poſidippi* Ep. VI. T. II. P. I. p. 138.

¶. 164.] *LXVII.* Vat. C. p. 100. Ineptum diſtichon. Similiter, ſed ſobrius luſit *Philoſtrat.* Epiſt. XXX. πέπομφά σοι στέφανον ῥόδων, οὐ σὲ τιμῶν, καὶ τοῦτο μὲν γάρ, ἀλλ' αὐτοῖς τι χαριζόμενος τοῖς ῥόδοις, ἵνα μὴ μαραν θῇ. — V. 2. μυρίαμ. Hoc inde ductum, quod pulchros pulchrasque μῦρον blande appellant amantes. Vide not. ad *Marci Argent.* Ep. XV. T. II. P. II. p. 285.

LXVIII. Vat. C. p. 100. Plan. p. 475. St. 617. W.

LXIX. Vat. C. p. 140. Plan. p. 487. St. 632. W. Puellam jam vetulam factam poëta rogat, ut ipſi reliquias ſaltem venuſtatis ſuae impertiat. — V. 1. ὄμφαξ. Vide ad *Oneſt.* Ep. I. T. II. P. II. p. 331. — ὅτε ἧς. Vat. C. Vulgo ὁ τῇ σταφυλῇ ex Aldin. 1 et 3. In Flor. pr. ὅτ' ἧς. Veram lectionem vidit *Brodaeus* et *Huetius* p. 49. A vero aberravit *Joſ. Scaliger*, qui tentavit in not. mſt. ὅ τοι σταφυλὴν περ ἔπεμψα. — V. 2. κἀν. Vulgo et in membr. Nec repudianda haec lectio. *Saltem* uvae paſſae aliquid ſibi tribui cupit. Hoc ſenſu uſurpatum κἀν illuſtravit *Locella* ad *Xenoph. Eph.* p. 202. Temere igitur *Reiskius* ſollicitavit *Dion. Chryſoſt.* Or. LXXX. p. 438. 21. κάπνῳ δὲ ἑπόμενοι κἂν μικρὸν (ille πάμμικρον volebat) αἴθυγμα δεικνύντι πυρός.

LXX. Vat. C. p. 95. Plan. p. 487. St. 632. W. In nuptias clandeſtinas cum puella ipſi amanti ignota. Argumentum in dictionis gratiam fictum, qualia multa apud Grammaticos. Quaeſivit auctor elegantiam in eo, quod primum verſum ex ſingulis verbis, iisque triſylla-

bis, praeter ultimum, compoſuit; alterum autem hemiſtichium ex monoſyllabis. — ἡ θεός. Venus, quae mihi illam adduxit.

LXXI. Vat. C. p. 448. Plan. p. 26. St. 41. W. — „Vat. membr. ἐτύχθη, quod aeque bonum.“ *Br.* In membr. praeterea eſt: λέκτρον πολλ.

LXXII. Plan. p. 130. St. 188. W. In Epiſcopum, cui concubina erat nomine Irene. — εἰρήνη πάντεσσιν ſolemnis eſt ſalutandi et benedicendi formula, de qua vid. *Ducange* in Gloſſ. v. ἀσπασμὸς et εἰρήνη, et *Albert.* in Obſſ. philol. p. 187. — „Vide omnino doctiſſimum Weſ„ſelingium ad Diodor. Sic. T. II. p. 595. Ridicule Bro„daeus et Opſopoeus ἐπίσκοπος pro nomine proprio acci„piunt, cum ſit dignitatis, et quidem ſacrae nomen.“ *Br.* Ex Actis Synodi Chalcedonenſis docuit *La Croze Hiſtoire du Chriſt. de l'Arm. et d'Ethiopie.* L. IV. p. 361. hoc Epigramma ſcriptum eſſe in Dioscurum, Alexandrinorum praeſulem. Reperitur ibi petitum Diaconi Alexandrini, quo Dioscurus, quem Monophyſitae pro ſancto habebant, tanquam luxurioſus homo traducitur. Ibi etiam Irenes fit mentio, cujus cum Dioscuro contubernium Alexandrinis multam ludendi occaſionem dederit. Probabile eſt igitur, hoc quoque diſtichon Alexandriae ſcriptum eſſe.

LXXIII. „Fragmentum hoc, quod Planud. p. 625. „Nicarcho tribuit, auctoris nomine caret in membra„nis.“ *Br.* Jungendi ſunt hi verſus Epigrammati *Nicarchi* II. quod docuimus T. II. P. III. p. 18. ſq.

¶. 165.] *LXXIV.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 142. St. 206. W. Luſus Grammaticus in foedum hominem, qui lingua ad turpia abutebatur miniſteria. *Vocem* quidem Homerus ἰνοχήν dixit; at quo magiſtro tu linguam ἰνοχὴν facis, i. e. ἐν ὀπῇ. Noſtrum eſt in membr. et Flor. ed. pr. Sequentes edd. ἐν ἐχῇ legunt ex gloſſemate. In eadem impuritate eleganter ludit *Meleager* in di-

ſticho, quod primus edidit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 245.

Εἰ βίνει Φαβορῖνος ἀπιστεῖς· μυκέτ' ἀπίστει·
αὐτός μοι βίνειν εἶπ' ἰδίῳ στόματι.

LXXV. Vat. C. p. 537. Plan. p. 130. St. 189. W. Etiam hoc diſtichon ſcriptum in impurae linguae hominem, Alpheum, cujus nomen auctori Arethuſae nomen in memoriam revocabat. Verba στόμα, κόλπους, πρηνής, ἁλμυρὸν πέλαγος ambigua, quippe quae ad fluvii amores et ad eam rem, quae tecte ſignificatur, quadrant. — πρηνὴς ἐμπίπτων, *capite demiſſo*, ut eſt de Clodio in Orat. pro Domo c. 31. *latitat omnino*; *ſed ſi requiri juſſeris, inveniens hominem apud ſororem tuam, occultantem ſe, capite demiſſo.* — κόλποι et πέλαγος ſunt ſecretiores Arethuſae partes. Εὐρώταν appellat *Rufinus* Ep. VI. λιμένα *Macedon.* Ep. III. 6.

LXXVI. Vat. C. p. 538. Plan. p. 131. St. 189. W. In Chilonem fellatorem luſus grammaticus. — V. 1. Verba Χείλων et Λείχων, quae iisdem literis conſtant, idem in computatione valent; hoc eſt ἴσα γράμματα ἔχειν. Idem igitur Chilon et Linctor. Sed fac, non ἴσα eſſe; Chilonis quidem nihil intereſt, qui et tunc linget et fellabit. — In membr. v. 1. χίλων καὶ λίχων. V. 2. λίχει γὰρ χίλων. γὰρ etiam Planudea exhibet. Nec aliter poëtam ſcripſiſſe puto.

¶. 334.] *LXXVI.*[b] „Sequitur hoc Epigramma in „Codice poſt Nicarchi V. et praefixum non habet auctoris nomen, nec illud ἄδηλον, quo ſignata ſunt carmina, quorum incogniti auctores. Ejusdem Nicarchi „eſſe credo.“ *Br.* Suſpicionem cl. editoris confirmat membr. Vat. ubi τοῦ αὐτοῦ inſcribitur p. 551. Argumentum eſt, ut in praecedentibus. — V. 1. In verbis κάτω βλέπειν et χαρίζου τῇ γλώσσῃ lepida eſt ambiguitas. Illud de hominibus verecundi oris uſurpatur (vide not. ad *Strato*n. Ep. VII. T. II. P. III. p. 58.); Demonax

bis, praeter ultimum, compoſuit; alterum autem hemiſtichium ex monoſyllabis. — ἡ θεός. Venus, quae mihi illam adduxit.

LXXI. Vat. C. p. 448. Plan. p. 26. St. 41. W. — „Vat. membr. ἐτύχθη, quod aeque bonum.“ *Br.* In membr. praeterea eſt; λέκτρον πολλ.

LXXII. Plan. p. 130. St. 188. W. In Epiſcopum, cui concubina erat nomine Irene. — εἰρήνη πάντεσσιν ſolemnis eſt ſalutandi et benedicendi formula, de qua vid. *Ducange* in Gloſſ. v. ἀσπασμὸς et εἰρήνη, et *Albert.* in Obſſ. philol. p. 187. — „Vide omnino doctiſſimum Weſ„ſelingium ad Diodor. Sic. T. II. p. 595. Ridicule Bro„daeus et Opſopoeus ἐπίσκοπος pro nomine proprio acci„piunt, cum ſit dignitatis, et quidem ſacrae nomen.“ *Br.* Ex Actis Synodi Chalcedonenſis docuit *La Croze Hiſtoire du Chriſt. de l'Arm. et d'Ethiopie.* L. IV. p. 361. hoc Epigramma ſcriptum eſſe in Dioscurum, Alexandrinorum praeſulem. Reperitur ibi petitum Diaconi Alexandrini, quo Dioscurus, quem Monophyſitae pro ſancto habebant, tanquam luxurioſus homo traducitur. Ibi etiam Irenes fit mentio, cujus cum Dioscuro contubernium Alexandrinis multam ludendi occaſionem dederit. Probabile eſt igitur, hoc quoque diſtichon Alexandriae ſcriptum eſſe.

LXXIII. „Fragmentum hoc, quod Planud. p. 625. „Nicarcho tribuit, auctoris nomine caret in membra„nis.“ *Br.* Jungendi ſunt hi verſus Epigrammati *Nicarchi* II. quod docuimus T. II. P. III. p. 18. ſq.

¶. 165.] *LXXIV.* Vat. C. p. 552. Plan. p. 142. St. 206. W. Luſus Grammaticus in foedum hominem, qui lingua ad turpia abutebatur miniſteria. *Vocem* quidem Homerus ἰνοχὴν dixit; at quo magiſtro tu linguam ἰνοχὴν facis, i. e. ἐν ὀπῇ. Noſtrum eſt in membr. et Flor. ed. pr. Sequentes edd. ἐν ὀπῇ legunt ex gloſſemate. In eadem impuritate eleganter ludit *Meleager* in di-

ſticho, quod primus edidit cl. *Huſchke* in Anal. crit. p. 245.

Εἰ βίνει Φαβορῖνος ἀπιστεῖς· μιχέτ' ἀπίστει·
αὐτός μοι βίνειν εἶπ' ἰδίῳ στόματι.

LXXV. Vat. C. p. 537. Plan. p. 130. St. 189. W. Etiam hoc diſtichon ſcriptum in impurae linguae hominem, Alpheum, cujus nomen auctori Arethuſae nomen in memoriam revocabat. Verba στόμα, κόλπους, πεηνής, ἑλμυρὸν πέλαγος ambigua, quippe quae ad fluvii amores et ad eam rem, quae recte ſignificatur, quadrant. — πεηνὴς ἐμπίπτων, *capite demiſſo*, ut eſt de Clodio in Orat. pro Domo c. 31. *latitat omnino*; *ſed ſi requiri juſſeris, inveniet hominem apud ſororem tuam, occultantem ſe, capite demiſſo.* — κόλποι et πέλαγος ſunt ſecretiores Arethuſae partes. Εὐρώταν appellat *Rufinus* Ep. VI. λιμένα *Macedon.* Ep. III. 6.

LXXVI. Vat. C. p. 538. Plan. p. 131. St. 189. W. In Chilonem fellatorem luſus grammaticus. — V. 1. Verba Χείλων et Λείχων, quae iisdem literis conſtant, idem in computatione valent; hoc eſt ἴσα γράμματα ἔχειν. Idem igitur Chilon et Linctor. Sed fac, non ἴσα eſſe; Chilonis quidem nihil intereſt, qui et tunc linget et fellabit. — In membr. v. 1. χείλων καὶ λείχων. V. 2. λείχει γὰρ χείλων. γὰρ etiam Planudea exhibet. Nec aliter poëtam ſcripſiſſe puto.

¶. 334.] *LXXVI.*[b] „Sequitur hoc Epigramma in „Codice poſt Nicarchi V. et praefixum non habet auctoris nomen, nec illud ἄδηλον, quo ſignata ſunt carmina, quorum incogniti auctores. Ejusdem Nicarchi „eſſe credo.“ *Br.* Suſpicionem cl. editoris confirmat membr. Vat. ubi τοῦ αὐτοῦ inſcribitur p. 551. Argumentum eſt, ut in praecedentibus. — V. 1. In verbis κάτω βλέπειν et χαρίζου τῇ γλώσσῃ lepida eſt ambiguitas. Illud de hominibus verecundi oris uſurpatur (vide not. ad *Strabon.* Ep. VII. T. II. P. III. p. 58.); Demonax

autem longe diverſa ratione κάτω ἔβλεπε, impurae voluptatis ſedem ſpectans ſcilicet. Vide Ep. LXXV. 2. — τῇ γλώσσῃ χαρίζεσθαι accipi poſſit de eo, qui delicatis cibis palatum titillat (vide not. ad *Luciani* Ep. XXX. T. II. P. II. p. 431.); *Nicarchus* autem de fellatore accipi voluit. — V. 2. χοιρὰς Vat. C. perperam. χοῖρος eſt porcus et pars muliebris, ut paſſim ap. *Ariſtophanem* et in *Crat.* Ep. T. II. p. 3. ubi ſimiles facetiae. In δεινὴν ἄκανθαν ſimul reſpicitur ad ſpinas erinacei, τοῦ ἀκανθοχοίρου, ſimul ad pilos τοῦ αἰδοίου. Nam pili etiam ἄκανθαι appellantur. *Lucian.* T. III. p. 183. ed. R. de pathico, In Palaeſtina, inquit, φραγμὸς appellatus es, εἰς τὰς ἀκάνθας τοῦ πώγωνος, οἶμαι, ὅτι ἔνυττε μεταξύ. — Poſt vſ. ſecundum haud ſcio an diſtichon exciderit. Priore *Nicarchus* Demonactem ab impuritate dehortari videtur; altero commoda recenſet, quae inde capiat. Deſideratur aliquid, quod duas has partes conjungat et melius copulet. — V. 3. Scribendum ex membranis: καὶ σὺ ζῇς ἡμῖν. *et tu nobis ſuaviter vivis.* ζῇν, ut *vivere*, de vita jucunda et hilari. Vide ad *Agathiae* Ep. XXVI. — ἐν Φοινίκῃ. Sic membr. Sed vide, an non Φοίνικι (ultima propter caeſuram producta) legendum ſit. — V. 4. κοὐκ ἂν (in Ed. Lipſ. male ἴον excuſum), ex *Salmaſii* an *Brunckii* emendatione, non conſtat. In membr. eſt κουκκν. Poſt Σεμέλης minor ponenda diſtinctio. Ceu Bacchum alterum μηδὲς te nutrit. μηδοτραφὴς Bacchi epitheton, quem in feminibus Jupiter aluit. Cf. *Weſſeling.* ad *Herodot.* p. 175. At μηδοὶ, quibus Demonax nutriebatur, mulieris, cum qua cubabat, μυχοὶ ſunt. Cf. *Rufin.* Ep. III.

¶. 165.] *LXXVII.* Vat. C. p. 107. Edidit *Reisk.* in Miſcell. Lipſ. IX. p. 145. nr. 323. Elegans ad lagenam Epigramma, cum quo comparandum Ep. *M. Argentarii* XVIII. — V. 1. εὐτόρευτε. Ex hoc vocabulo *Reiskius* lagenam ligneam fuiſſe colligebat. At eſt omnino

bene rotundata, ſive torno ſive in rota figlina facta fuerit. Cf. *Heynii antiqu. Aufſätze* T. II. p. 142. not. *d.* — μονούκτε, *unius anſae lagena.* μόνωτον ποτήριον eſt ap. *Athen.* XI. p. 467. unde apud eundem p. 484. C. κώθωνα μόνωτον ῥαβδωτὸν certa emendatione ſcripſit *Valcken.* in Epiſt. ad Röver. p. XXVI. Binis anſis inſtructum poculum caprarii ap. *Theocritum* Eid. I. 28. ἀμφῶες, i. e. ἄμφωτον. — V. 2. φθεγγομένη. unde vinum effuſum ſuavem ſonum efficit. Hinc ap. *M. Argentarium* l. c. εὔλαλε, περιήγελως, εὔστομε. — V. 3. Μουσῶν. Vat. C. — Κυθερείης. τερπνοτέρα γὰρ Ἀφροδίτη μετὰ Διονύσου καὶ τὸ παρ' ἀμφοῖν ἡδὺ σύγκρατον. *Lucian.* T. II. p. 410. ed. R. *Larga nec deſunt Veneris ſodali Vina craterae. Horat.* III. Od. XVIII. 7. ubi *Mitſcherl.* noſtrum locum cum ſimilibus excitavit. — V. 4. Ad συμβολικῶν notatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: *an* τῶν νέων τὰς συμβολὰς εἰσφερόντων? Malim πρόπτοσίων ſubaudire. Lagena jucunda dispenſatrix potionum in conviviis. συμβολικὴ πρόποσις eſt in *Poſidippi* Ep. XI. T. II. p. 48. — V. 5. ὁπότ' ἄν. Vat. C. Elegans converſio: ego cum ſobrius ſum, tu ebria es; cum ego probe ſum prolutus, tu ſicca es et ſobria. μεθύειν de rebus uſurpatum, quae plenae ſunt atque ſaturatae aliqua re, illuſtratum dedit *Ritterſh.* ad *Oppian.* II. Cyn. 576. IV. Hal. 671. V. 603. Cf. ad *Philodem.* Ep. XVII. T. II. P. I. p. 225.

LXXVIII. Vat. C. p. 508. „Eſt in Planud. p. 172. „St. 251. W. at genuinas lectiones ſervavit lapis anti„quus deſcriptus in Theſauro Murator. p. 1321. quas „hîc exhibui.“ *Br.* Mirum, quod hoc Epigramma cippo inſculptum fuiſſe dicitur. Vivus loquitur, eorum ſtultitiam et vanitatem reprehendens, qui unguenta et vinum, conviviis longe melius adhibenda, in tumulis effundant. *Dorvillius* ſe hoc carmen et ad marmoris et ad Palatini Cod. fidem exhibiturum eſſe ſpondens, in 1. certe verſu apographo interpolato deceptus eſt. In

membr. eſt: λιθίναις στήλαισι χαρίζου. plane ut in Planud. In marm. χαρις η. *Dorvillius* στήλαις χάρισαι λιθίναισι. *Salmaſius* in Exercit. Plin. p. 858. G. ſic eum exhibet: μὴ μόρα, μὴ στεφάνους καφαῖς στήλαισι πορίζου, memoriae, vel in *Salmaſio* interdum labantis, errore. Ceterum hoc carmen expreſſum eſt ex *Anacr.* Od. IV. 11. Τί σε δεῖ λίθον μυρίζειν; Τί δὲ γῇ χέειν μάταια; Ἐμὲ μᾶλλον, ὡς ἔτι ζῶ, Μύρισον. *Virgil.* in Copa v. 35. *Quid cineri ingrato ſervas bene olentia ſerta? Anne coronato vis lapidi iſta legi.* Plurima in hanc ſententiam collegit Vir cl. *Villoiſon* in *Magazin Encycl.* VII. an. nr. 8. p. 493. quibus addiderim *Philiſtionis* loca a *Dan. Heinſio* cum noſtro carmine comparata in *Rutgerſi* Var. Lect. IV. p. 411. et obiter hac opportunitate emaculanda. *Philiſtio* quidem v. 184. ſcripſiſſe videtur:

ὦ τὰν, τί τύμβον στεφανοῖς κόσμῳ κενῷ;
τὸ ζῆν τὸ σαυτοῦ στεφάνοις παρηγόρει.

non, ut vulgatur: ὅταν τινὰ τάφον σ. κόσμῳ ποικίλῳ. Notandum στέφανος priore ſyllaba producta, ut mox v. 188. ζῶν. Πάρασχε σαυτῷ στέφανόν τε καὶ μύρα· Χρήσῃ γὰρ αὐτοῖς αἰσθόμενος μετ' ἡδονῆς. ubi vulgo habetur: ζῶν γὰρ λαμὼν σαυτῷ στεφάνων καὶ μ. Χρ. γὰρ α. μετ' ἡδονῆς αἰσθόμενος. De more cippos ungendi et coronandi vide, praeter ea, quae *Brodaeus* ad h. l. dedit, *Deſ. Heraldum* ad *Martial.* X. 61. p. 204. et *T. Hemſterh.* ad *Lucian.* T. III. p. 404. ed. Bip. — V. 2. τὸ πῦρ φλέξῃς. Mirum, quod ne rogum quidem ſibi accendi velit is, qui hoc carmine loquitur. Si ſincera eſt lectio, ſic verba accipe: Ligna, rogo inſumenda, melius adhibebis igni in foco accendendo, id quod in compotationibus fieri ſolebat. *Alcaeus* ap. *Athen.* L. X. p. 430. B. κάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς πῦρ καὶ κίρναις οἶνον ἀφειδέως μελιχρόν. quem locum expreſſit *Horat.* I. Od. IX. 5. ſqq. At ſcribendum videtur:

μηδὲ τὸ πῦρ βρέξῃς —

quod primum *Opſopoeo* in mentem venit, in hoc ſaltem

loco ingenioso; deinde sic emendavit *J. Scaliger* in not. mst.; denique *G. Wakefield* in Sylv. crit. T. II. p. 60. Vinum rogis affusum eoque cineres extinctos esse, satis constat vel ex iis, quae collegit *Kirchmann.* de Funer. L. III. 7. — V. 3. εἴ τι θέλεις χάρισαι. Vat. C. et Plan. »V. 3. in lapide legitur: ζῶντί μοι εἴ τι σχεῖς [εἰ τις χεις] — »quod servari potuisset. Sed σχέω vix est in usu nisi in »aoristo per omnes modos, et quum σχῇς cum particula »εἰ non recte construatur, satius mihi visum reponere »εἴ τι γ' ἔχεις.« *Br.* Equidem nihil melius duxerim, quam lectionem membranarum revocare. Marmoris auctoritas in hac re nulla. Solebant enim seriori tempore, cum jam nemo reperiretur, qui versus commode pangeret, vetera Epigrammata cippis insculpere, sine judicio saepe et diligentia. — τέφρην. Vat. C. et Plan. — V. 4. πηλὸν ποιήσεις. Respici videtur ad locutionem paroemiacam οἶνον πηλὸν ποιεῖν, de qua tradidit *Casaub.* ad *Athen.* IX. 8. *Dorville* ad *Charit.* p. 39. — In fine carminis vulgo τίεται legitur. πίεται est in membr. et in marm. In hanc lectionem sponte incidit *Huetius* p. 18. et *Gataker* in Adversf. Posthum. c. V. p. 447. Ad sensum maxime facit *Anacreon* Od. XXXVI. 10. δὸς ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ, — βραχὺ μὴ ζῶντα καλύπτεις. Ὁ θανὼν οὐκ ἐπιθυμεῖ. — Ceterum hoc Epigr. in Planudea legi oblitus *Leichius* infeliciter illud tractavit in Misc. Lips. Nov. I. p. 484. serius, quid rei esset, intelligens in Curis Secund. p. 43.

LXXIX. »In quatuor Planudeae codicibus nihil »aliud adscriptum quam ἄδηλον. In Vat. C. ἄδηλον ἐπί »τινι τοῦτο γέγραπται, πλὴν ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Παλλαδᾶ ἐπιγράμ»μασιν εὑρέθη, μήποτε δὲ Λουκιανοῦ.« *Br.* Vat. C. p. 256. Planud. p. 178. St. 260. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. Posteriora verba absunt a Flor. pr. Aldinis, Ascens. et aliis. Quum nonnullae ex veteribus Auth. edd. nunc non ad manus sint, dicere non habeo, quaenam earum aucto-

ris nomen prima addiderit. Caeterum elegantius carmen, quam ut *Palladae* esse videatur. — V. 1. Nulla mea culpa factum est, ut nascerer; tamen morti obnoxius ad inferos abeo. — V. 2. Ἀΐδαν a man. sec. in Vat. C. — ¶. 166.] V. 3. γονέων. Vat. C. quod revocandum. Vulgatae certe sensum non perspicio. — V. 5. γενόμαν. Vat. — V. 7. ἀποστίλβωσον. *splendidum offer poculum*; docte et eleganter pro τὸ στιλπνὸν κύπελλον πρόσφερε. Nonnihil huc facit *Horat.* I. Epist. V. 23. *ne non et cantharus et lanx Ostendat tibi te.* At cl. *Mitscherlich* nostra verba admovens Horatianis II. Carm. VII. 19. *oblivioso laevia Massico Ciboria exple* – aliter haec interpretatur: *fac: ut ardeat, resplendeat, impleatur poculum* sc. vino; fere ut *Setinum* in aureo poculo *ardere* dicitur ap. *Juvenal.* X. Sat. 27. — Ceterum membr. Vat. ἀποστίλβων exhibet. — V. 8. „Vulgo λύ„πης λήθην. In membr. λύπης ὀδύνην. unde scribendum „vidi λήθην ὀδύνης, sicque concinnior versus.“ *Br.* λήθης δωροδότας Βρόμιος. *Meleag.* Ep. VI. ubi vide not.

LXXX. Vat. C. p. 505. sq. ἄδηλον. Plan. p. 179. St. 261. W. ἄδηλον, οἱ δὲ Παλλαδᾶ. „In hujus etiam titulo „Palladae nomen non praeferunt membranae, nec duo „regii Planudeae libri.“ *Br.* Praecedenti Epigrammati hoc nostrum tam simile est, ut alterum ex altero derivatum esse videatur. — V. 5. „Vulgo ἀλλὰ σύ μοι. „In cod. Jani Lascaris, ut in veteribus editionibus, omis„sum σύ, quod primus inferuit Stephanus ad fulcien„dum metrum. Recte in tribus aliis Planudeae codici„bus ἀλλ' ἄγε μοι. Tum recte veteres editiones et co„dices ἔντυε. Stephanus ἔντυνε, metri modo repugnante.“ *Br.* ἔντυνε prima dedit Ascensiana.

LXXXI Vat. C. p. 515. Hortatur poëta lectores, ut brevitatis vitae memores, eam hilariter transigant. Nihil his similius senariis ap. *Athenaeum* L. VIII. p. 336. B. C.

πᾶσιν δὲ θνητοῖς βούλομαι παραινέσαι,
τοὐφ' ἡμέραν ζῆν ἡδέως· ὁ γὰρ θανὼν
τὸ μηδὲν ἐστί, καὶ σκιὰ κατὰ (vulgo μετὰ) χθονός.
μικροῦ δὲ βιότου ζῶντ' ἐπαύρεσθαι χρεών.

Conf. ad Choerili Ep. T. I. p. 185. — V. 1. τί γὰρ αὔριον. ne craſtinus quidem dies quid allaturus ſit, ſcimus. Mortalium conditionem anguſtis terminis circumſcriptam ſignificans *Theocrit.* XIII. Eid. 4. οἱ θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον οὐκ ἐσορῶμες. — V. 3. θνητὰ λογίζου. Ne ad ea, quae ſupra mortalem naturam ſunt poſita, adſpires. — V. 4. τὸ ζῆν. *Brodaeus* comparavit *Euripidem* in Polyïdo fr. II. τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται. quod tamen in alium ſenſum accipiendum eſt. Vide *Gataker.* in Miſc. Poſth. c. X. p. 523. Ad noſtrum locum facit *Seneca* de Brev. Vitae c. 10. *Praeſens tempus breviſſimum eſt, adeo quidem, ut quibusdam nullum videatur: in curſu enim ſemper eſt, fluit et praecipitatur; ante deſinit eſſe, quam venit.* — V. 5. „Hic verſus in Planudea admodum corrupte legi„tur. In membr. βοπὴ (βοπὴν) μόνον, ἂν προλάβῃς, σόν. „Ultimum recte Salmaſius emendavit σοῦ. Planus et „perſpicuus ſenſus.“ *Br.* Poſt μόνον plenior diſtinctio ponenda erat, quae in Anal. neglecta. — Tota vita momentum, nihil amplius; quod ſi ea frueris, tua eſt; ſi cunctaris, cunctantem mors occupabit et omnia ad haeredem transibunt. *Horat.* IV. Od. VII. 18.

Quis ſcit, an adjiciant hodiernae craſtina ſummae
Tempora Di ſuperi;
Cuncta manus avidas fugient haeredis, amico
Quae dederis animo.

LXXXII. Vat. C. p. 195. Bis extat in Planudea p. 104. et 422. St. 154. et 557. W. In puellam olim ſuperbam et ſeveram, nunc, cum vetula facta eſſet, ad reſtim redactam. Commode huic Epigrammati *Mir-*

ſcherl. admovit *Tibull.* I. El. VI. 77. *Aſt, quae fida fuit nulli, poſt, victa ſenecta, Ducit inops tremula ſtamina torta manu. Horat.* III. Od. XV. 13. ad Chlorin vetulam: *Te lanae prope nobilem Tonſae Luceriam, non citharae, decent.* — V. 1. αὐχήσασα πολυχρύσοις. Color, ut in fragm. *Epicratis* de Laïde ap. *Athen.* L. XIII. p. 570. C. D. αὕτη γὰρ ὅπποτ' ἦν νεοττὸς καὶ νέα, Ἀπὸ τῶν στατήρων ἦν ἀπηωρημένη, Εἶδες ἂν αὐτῆς Φαρνάβαζον ἄττον ἄν. In medio horum verſuum deſideratur copula. — V. 2. „ϑεόν. „in membranis ϑεάν.“ *Br.* In Ap. Gothano ϑεὸν habetur cum correctione ϑεῶν. Quod ſenſum attinet, cf. not. ad *Straton.* Ep. XXXV. T. II. P. III. p. 82. et ad *Automedont.* Ep. II. T. II. P. II. p. 128. — V. 3. μισθία πηνίσματα κρούει. mercede conducta telam texit. πηνίσματα pro ὑφάσματα videtur poſitum: *ſubtemen* interpretatur *Schneiderus* in docta Diatribe de textrina, Indic. ad Scr. R. R. p. 367. ἱστότονα πηνίσματα aranearum telas appellat *Ariſtoph.* Ran. v. 1315. — σπαθίοις. idem quod σπάθαις, quo inſtrumento textores ſtamen percutiunt. Proprium in hac re κρούειν. *Heſych.* σπαθατόν. τὸ ὀρθὸν ὕφος, σπάθῃ κεκρουμένον, οὐ κτενί. Idem: σπάθημα· πύκνωμα· ἀπὸ τῶν ταῖς σπάθαις κατακρουόντων τὰ ὑφή. Hinc veſtes quaedam probe percuſſae ap. Latinos *cruſtae* appellabantur. Vide *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. II. p. 411. qui eandem rem fuſius explicat p. 564. ſqq. — V. 4. ὀψί τ'. Vulgo. — Ἀθηναίην Κύπρις. Ed. Flor. pr. Ald. I. 2. In tertia et Aſcenſ. error ſublatus. Cf. Ep. ἀδέσπ. CXVI. 5.

¶. 167.] *LXXXIII.* Vat. C. p. 565. ſq. „Epi„gramma hoc non aliunde habeo, quam e Salmaſii Notis „ad Hiſt. Aug. p. 113. [T. I. p. 474.]“ *Br.* De thermis nimium in modum calidis. Hoc et ſq. Epigr. *Agathiae* ingenium referre videntur. — V. 1. μᾶλλον κλήζειν. Vat. C. quod revocandum. — V. 2. ἦν. membr. — Ad vim hujus comparationis recte percipiendam legenda

descriptio rogi ap. *Homer.* Ια. ψ. 164. νήεον ὕλην· Πεύκεαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα. — V. 3. „Ap. Salmas. „legitur τὸν γείτον' ἐριννύς, quod manifesto corruptum est, „quum desit verbum, quod sensus omnino requirit. „Emendavi τὸν ὕφηνεν. Hercules apud Sophoclem in „Trachin. 1067. οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη Καθῆψεν „ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων Τ φ α ν τ ὸ ν ἀμφίβλητρον, ᾧ διέλλυ- „μαι. στέφανον *coronam.* Alii pallam a Medea pellici mis- „sam tradunt, cujus in nomine discrepant scriptores. „Vide Munkerum ad Hygini fabulam XXV." *Br.* Corona una cum palla Jasonis sponsae mittitur in *Euripid.* Med. 785. 1065. 1160. Ceterum cl. editoris emendatione vitium non tollitur, sed infucatur. Quid enim similitudinis inter γείτονα et ὕφηνεν? Nihil omnino. Eodem jure, sed non multo probabiliore mutatione scripseris:

τὸν τεῦξεν Ἐριννύς.

ut *Meleager* I. 2. ἤ τις ὁ καὶ τεύξας ὑμνοθέταν στέφανον. At hoc felicioribus ingeniis relinqui tutius. — V. 4. Αἰσονίδου. Vat. C. — V. 6. Poëtam se esse asseverat, ut balneatoris animum moveat. τὰ βροτῶν ἔργα. *Theocrit.* XVI. 1. αἰεὶ τοῦτο Διὸς κώραις μέλει, αἰὲν ἀοιδοῖς Ὑμνεῖν ἀθανάτους, ὕμνειν ἀγαθῶν κλέα ἀνδρῶν. in quo loco mihi rectius videtur ἀοιδοῖς legi quam ἀοιδαῖς, praesertim ob ea, quae sequuntur. — V. 8. μὴ λιθίνην. De pavimento balnei accipiendum, quod fistulis calefieri solebat. Cf. *Vitruvium* L. V. 10. *Plin.* Epist. III. 14. 2.

LXXXIV. Vat. C. p. 461. Plan. p. 352. St. 492. W. De frigore thermarum quarundam lepide jocatur poëta. — V. 1. Non balneum hoc, sed fluvius seu fons, quem quis muro circumdatum falso balneum appellavit. — V. 3. Versus Homer. Od. κ. 2. θεοῖσι. Vat. C. — V. 4. μετοικίσας. Vat. C. quod vulgato non deterius. Utram harum lectionum expresserit *Grosius*, non facile dixeris:

Aeolus Hippotades nimbis horrentia caſtra
Transtulit, et ventis haec nova regna dedit.

— V. 6. διὰ τὴν θερμήν. ne fervens pavimentum pedum plantam laedat. — V. 7. *Horroris* hîc et *Torporis* regna ſunt, novorum Deorum, quos ipſe poëta invenit. — V. 8. Inſcriptiones balneis praepoſitae. — Μεσορὶ. Vat. C. Μεσορὴ menſis ap. Aegyptios annum terminat praeceditque τὰς ἐπαγομένας. Jam cum primus eorum menſis Thot Auguſto Romanorum reſpondeat, menſis Meſori cum Julio fere congruit. Calidiſſimo igitur anni tempore frigidum illud balneum, in quo Boreas videbatur ſpirare, ſatis jucundum videri poterat.

LXXXV. Vat. C. p. 552. Plan. p. 168. St. 244. W. „Jocatur poëta in flagitioſum quendam, Damagoran nomine: cujus nomen cum peſtis nomine ἰσόψηφον eſſe „quidam cum audiviſſet, quaſi in ſtatera expendit ingenium peſtis et ingenium Damagorae; praeponderaſſe „autem eam lancem, in quam Damagorae ingenium impoſitum erat, quod videlicet multo leviora eſſent mala, „quamquae a Damagora importarentur.“ Verba ſunt *Mureti* in Var. Lect. XIV. 13. *Leonidae Alexandrini* hoc Epigramma eſſe probabiliter ſuſpicatur *Schneiderus* in mſt. not. — V. 2. ζαγὼν h. l. eſt jugum in trutina, quod vulgo ζυγόν. — V. 3. καθεῖλκεν Vat. C. — V. 4. οὖρον vett. nonnullae edd.

¶. 168.] *LXXXVI.* Vat. C. p. 535. Plan. p. 136. St. 196. W. In Moſchum quendam, qui, cum vetulam opulentam in matrimonio habuiſſet, ea defuncta, divitem haereditatem adeptus, virginem duxit, probe gnarus, et ubi numi, et ubi voluptas quaerenda. — V. 3. ἀνῆσεν. Vat. C. — V. 4. ὀὴ κ. Vat. C. — „κινεῖν. Hoc „contra codicum auctoritatem mutare nolui. Suſpicari „tamen quis poſſit, ſcriptum olim fuiſſe βίνειν.“ *Br.* Hujus conjecturae cauſam non reperio. κινεῖν eodem, quo βίνειν, ſenſu uſurpavit *Nicander Colophonius* Epigr. I. οὐδὲ τὴν

τὴν ἰδίην συνοχῆς, Χαρίδημε, γυναῖκα Κινεῖν ἐκ ψυχῆς τερπόμενος δύναται. *Archilochus* ap. *Suidam* in παλίνσκιον· πρὸς τοῖχον ἐκινήθησαν ἐν παλινσκίῳ. Adde *Ariſtoph.* Ran. 550. 1236.

LXXXVII. Vat. C. p. 567. Plan. p. 136. St. 197. W. — V. 1. σε θέλω. Vat. et Plan. πλαγκιανέ. Vat. — Scire te volo, quamvis opulentam vetulam pro capulo, auri pleno, habendam eſſe. — σορός. σορεῖ, τύμβοι, *capulares* paſſim appellantur ſenes. Comicus ap. *Athen.* L. XIII. p. 580. C. ἐπεὶ προέβη τοῖς ἔτεσιν ἡ Γνάθαινα καὶ Ἤδη τελέως ἦν ὁμολογουμένως σορός. *Schol. Euripid.* Med. 1209. τύμβους καλοῦσι τοὺς γέροντας, παρὸσον πλησίον εἰσὶ τοῦ θανάτου καὶ τύμβου. Cf. *Salmaſ.* ad Solin. p. 848. C. D. et quae notavimus ad *Ruſin.* Ep. XXXII. T. II. P. III. p. 176.

LXXXVIII. Vat. C. p. 448. Plan. p. 112. St. 163. W. Hominem, magiſtratu, quem gerebat, indignum, poëta dicit a Fortuna ad illud faſtigium evectum eſſe, ut oſtenderet, quantum vel in infimae ſortis hominibus efficere poſſet. In hac ſententia verba οὐκ ἐφίλουσα non ſatis videntur commoda. Expectares οὐχὶ φιλοῦσα T. σε πρ. *non quod te amaret*, ſed ad impotentiam ſuam oſtentandam. Hoc ſenſu vulgatam accepit *Grotius:*

Non te provexit Fortuna favore, ſed ingens
Te dedit exemplum, cuncta licere ſibi.

— V. 2. καὶ om. Vat. C.

LXXXIX. Vat. C. p. 552. Plan. p. 138. St. 201. W. Hoc Epigramma *Brodaeus* in Grammaticum ſuſpicatur eſſe compoſitum, qui in Cynegiri hiſtoria a veritate aberraverit, eumque in proelio non manibus tantum, ſed etiam pede privatum eſſe tradiderit. Equidem de vitioſa nominis pronuntiatione interpretari malim, quod ille *Cynegīrum* in *Cynegĭrum* forte mutaverit. — V. 2

κοπίσῃ. Vat. C. — V. 3. τῇ πέσε μαϛαμένῃ χείϛ. Si codex offerret μαϛαμένου, id non ſpernerem.

XC. Vat. C. p. 535. Plan. p. 140. St. 203. W. „In „Planudea ἄδηλον. In Vat. Cod. adſcriptum Ηϱα. Forte „Ἡϱακλείδου, cujus tria Epigrammata habemus T. II. „p. 261.“ *Br.* In naſum longiſſimum et ad plurima negotia habilem. Alia hujus argumenti vide in *Ind.* v. *Naſus.* — V. 2. σαλπιγ ἄν. Vat. — V. 4. „Vulgo „ἄγκιϛϱον ναύταις. *Hamus* piscatorium inſtrumentum eſt; „de egregii illius naſi nautico uſu dictum eſt jam: „ἐν πλοίοις ἄγκυϱα, unde omnino hîc emendandum erat „ἄγκιϛϱον γϱιπεῖ. Tum mallem: ὀψοποιῷ κϱεάγϱα. ſed „vulgatum ſtare poteſt.“ *Br.* ναύταις habent etiam membranae, male ſine dubio. Mihi in mentem venit, quod propius a vulgata abeſt: ἄγκιϛϱον νηκτοῖς. *hamus contra pisces. Leonid. Tar.* Ep. XXV. τοῦτον νηκτοῖϛιν ἐπ' ἰχθύϭι τεχναϭέντα κύϱτον. — V. 5. „Vulgo κίνδυλα. „male. Vide Heſych. in σχενδυλόληκτοι. Hinc accedat „huic voci auctoritas in Lexicis.“ *Br.* χαλκευτικὸν ὄϱγανον eſſe τὴν σχενδύλην ex Lexicographo intelligitur. — πϱαϭόκουϱον inſtrumentum, quo porrum caeditur. Vocabulum alibi vix obvium. Aliud eſt πϱαϭοκουϱὶς, de quo *Ariſtotel.* V. Hiſt. Anim. 19. et *Heſych.* v. — V. 6. κόϱαξ. *Pollux* VII. 111. οἷς πϱοϭετέον, ὅτι ἣν Ὅμηϱος κοϱώνην λέγει, νῦν κόϱακα καλοῦϭι. Καὶ Ποϭίδιππος ἐν Γαλάτῃ εἰπών· Κόϱακι κλύϭτῃ ϑύϱα. ubi *Kuhnius* κϱούϭτῳ emendavit. Rectius fortaſſe *Stephanus* κλειϭτῇ, in Theſaur. Gr. L. T. II. p. 380. A. B. quod *Pollucis* editores fugit. Nam τῷ κόϱακι non ad pulſandam ſolum, ſed etiam ad claudendam ſive potius attrahendam januam utebantur. *Euſtath.* ad Od. α. p. 72. 2. κοϱώνη δὲ ἀγϱυϱέα ἢ τὸ κοϱάκιον ἢ μᾶλλον κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ὁ κρίκος, ᾧ ἐϭτι τὴν ϑύϱαν ἐπεϱύϭαι ἤγουν ἑλκύϭαι, ἐκιϭπάϭαϭϑαι. ϑϑεν καὶ ἐκιϭπαϭτὴϱ — ὃϛ καὶ ῥόπτϱον ἐλέγετο. At illam tam elegantem et probabilem emendationem incertam reddit alius ap-

Polluc. locus X. 23. ubi κόρακι κρούεθ' ἡ θύρα legitur. — V. 8. ἐργασίης. Vat. C.

¶. 169.] *XCI.* Vat. C. p. 542. Plan. p. 141. St. 204. W. In astronomum scriptum putant; perperam. Est in geometram, cui poëta nasum pro virga mensoria esse asseverat. In hunc sensum *Grotius*:

Non opus est radio, mensor, tibi: quaerere noli:
Tres cubitos nasus qui patet, is satis est.

XCII. Vat. C. p. 552. Planud. p. 142. St. 206. W. In herniosum, cujus tanta hernia, ut virum ipsum celet. — προτέθεικας, monstras herniam, quam prae te fers. In membr. est προτέθηκας. — V. 2. Ne mihi solam herniam, ostende sc. Te ipsum videre cupio. — In fine distichi vulgo ἰδεῖν ἐθέλω. σ' inseruit cl. editor. In Vat. C. legitur αὐτὸν ἰδεῖν δύναμαι, quod sensum non habet. Praecedit nimirum, uno disticho interjecto, Epigramma *Palladae* XV. ad cujus ultimam vocem δύναμαι librarii oculus aberravit. Certe nihil facile reperiri poterit aptius ad contextum quam ea lectio, quam *Planudes* aut in alio cod. invenit, aut ex ingenio reposuit. — Ceterum cur *Opsopoeus* vetulam hîc loqui existimet, causam non reperio.

XCIII. Vat. C. p. 542. Plan. p. 144. St. 210. W. Consentiunt editiones et membr. in βουλεύειν, quod tamen falsum esse, contextus perspicue docet. Hinc *Brunckius* ad *Aristophan.* Concion. 443. T. II. p. 27. ne acumen Epigrammatis pereat, τοῦτο τὸ οὐλεύειν scribendum docet. Hoc ante eum viderat *Salmasius*, cujus haec sunt in not. mst. libri Lennepiani: „τοῦτο τόδ' „οὐλεύειν est ambiguitas. Hoc, inquit, οὐλεύειν diu est „quod habeas, sed βῆτα non agnosco, cum prius δέλτα „legeretur. Si jungis τοῦτο τὸ δουλεύειν et hoc tantum est „pronuntiatione: at si βουλεύειν scribas, ut vulgati habent, „falsum est, illum hoc τὸ βουλεύειν ἐκ τοῦ ἀρχαίου ha„buisse; nam contrarium innuit Epigramma, illum

„nempe ſemper fuiſſe ſervum, nuper autem ſenato„rem.“ In his quaedam ſunt argutiora quam veriora, quae *Brunckius* recte vitavit.

XCIV. Vat. C. p. 552. Planud. p. 144. St. 210. W. In Agathinum, qui ſenatoriam dignitatem pretio emerat, cum antea ſervus eſſet.

XCV. Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Charino, oculorum medico ineptiſſimo. *Lucillii* ingenium ſapit. — V. 1. μήλῃ, *ſpecillo*, (*Sonde*) ad vulnera et ulcera exploranda praecipue utebantur. Interdum eodem inſtrumento aliquid extrahitur, infunditur, immittitur et reſpergitur. Vide *Foeſium* in Oecon. Hipp. v. Specilli uſum in oculis inungendis illuſtravit *Harduinus* ad verba *Plinii* VII. 54. p. 409. *Super omnes C. Julius dum inungit, ſpecillum per oculum trahens.* Derivatum a μήλη verbum ἀναμηλᾶσαι, quod illuſtravit *Ruhnken.* Ep. Crit. p. 213. levi negotio corrigens verſum *Phrynichi* ap. *Polluc.* IV. 181. quem Onomaſtici editores fruſtra tentarunt. — V. 2. „σπόγγον καινόν. Sic membr. „quod verum eſſe credo. Recens ſpongia, uſu non„dum ſubacta, aſperior eſt.“ *Br.* Vulgo σπ. ε. κενεὸν τῶν γναφικῶν. Noviſſimam vocem ſic etiam membr. exhibent. Sed γραφικῶν jam *Brodaeo* in mentem venerat et *Scaligero* apud *Huetium* p. 16. qui ipſe πιδάκων legebat: *liquorum detergendi vim habentium. Salmaſius* haec notavit in not. mſt. libri Lennepiani: „Quid notet „σπόγγος γναφικῶν πινάκων, fortaſſe multis eſt obſcurum; nos „alibi planum faciemus. Legi poſſet etiam τῶν γραφικῶν. „multus enim eſt uſus σπόγγου apud pictores. Sed hoc „alias.“ — V. 3. ἕλκων. *per oculum trahens ſpecillum.* — V. 5. Si me iterum inunxerit, alterum mihi oculum effodiet, neque ei amplius oculorum meorum valetudine moleſtus ero.

XCVI. Vat. C. p. 525. Plan. p. 149. St. 216. W. De Cratea quodam medico, qui pactum cum veſpillone

fecerat, quo omnes aegrotos, ipſius curae commiſſos, illi traderet. Talem igitur nobis fingamus Crateam, qualem *Martialis* ridet I. Ep. 31. *Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus: Coepit quo poterat clinicus eſſe modo.* et Ep. XLVIII. *Nuper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus: Quod veſpillo facit, fecerat et medicus.* — V. 3. τελαμῶνας. faſcias, quibus cadavera a capite ad pedes vinciebantur. Eaedem ταινίαι appellabantur; vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 96. et δεσμοὶ ἐνταφίοι, docente *G. Cupero* in Obſſ. II. 9. p. 203. qui profert verba *Georgii Palami*, infantium recens natorum ταινίας καὶ πειρίας σπαργάνων συγγενεῖς ἐνταφίων δεσμῶν dicentis. Cf. *Salmaſ.* ad Scr. Hiſt. Aug. T. II. p. 422. Has faſcias veſpillo cadaveribus clam detractas medico dabat, ea lege, ut omnes aegrotos ad Libitinam Deam amandatet. Medicus autem faſciis ad obliganda vulnera utebatur. Hunc uſum, ni fallor, ſpectabant taeniae in ſigno Hygieae in agro Corinthiaco, quod circumdabant κόμαι γυναικῶν, αἱ κείρονται τῇ θεῷ, καὶ ἐσθῆτος Βαβυλωνίας τελαμῶνες. *Pauſan.* L. II. 11. p. 137. — V. 4. εἰς ἐπιδεσμεύειν. junctim Steph. et Wech. Sic mox ἐνταφιάζειν. Utrumque correxit *Huetius* p. 16. Faſciis Antigone Polynicis vulnera obſtringit in *Eurip.* Phoen. 1663. ἀλλ' ἀμφὶ τραύματ' ἄγρια τελαμῶνας βαλεῖν. Troad. v. 1232. τελαμῶσιν ἕλκη τὰ μὲν ἐγώ σ' ἰάσομαι.

¶. 170.] *XCVII.* Vat. C. p. 546. Plan. p. 160. St. 232. W. Addendum erat hoc et ſeq. carminibus heroïco metro conſcriptis, ubi plures ejusmodi verſificatorum luſus reperiuntur. Num forte tabula picta his verſibus locum dederit, neque ſatis tuto affirmari neque negari poteſt. Vinoſam ſibi fingebat auctor matrem, quae puero, quamvis enixe roganti, vini hauſtum denegaret. — V. 4. *Br.* dedit ex vulgatis edd. In Vat. C. eſt: καὶ παύεο δίψαν σεῖο. unde procul dubio ſcribendum:

καὶ παύεο δίψαν ἐοῖο.

ἔδς enim in ſecunda perſona non minus locum habet quam in tertia. Vide exempla ap. *Stephan.* Theſ. Gr. L. T. I. p. 1068. E. F.

XCVIII. Vat. C. p. 546. cum praecedente conjunxit, verſibus transpoſitis. Leguntur enim hoc ordine: v. 1. 4. 5. 6. 7. 2. 3. qui minime probandus eſt. Deinde ſubjiciuntur hi verſus:

μῆτερ ἐμὴ δύςμητερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα,
Εἰ φιλέεις τὸν υἱὸν, δίδου μετυτθὸν ἀφύσσειν.

quae putida eſt inepti verſificatoris vulgatae variatio. „Leguntur hi verſus in Planudea p. 160. St. 233. W. „ſed transpoſiti. Turbatum ordinem reſtitui.“ *Br.* Fieri tamen poſſit, ut v. 2. 3. haud ſecus ac illi, quos membr. Vat. addit, ab aliena manu adſcripti ſint. In ejusmodi luſibus, ſtili exercendi cauſa ſcriptis, nihil his interpolationibus frequentius. — V. 2. καλεπου. Vat. C. — Tu quae gravem novercae animum in me ſumſiſti. Verbum ἀντικρατεῖν, in vulgaribus Lexicis omiſſum, ex hoc loco notavit unus *Schneiderus.* Factum ad analogiam verborum ἀντιλάζεσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. — V. 3. ἡδύτατα. Vat. C. — V. 5. ἐν λαγύνῳ πίνουσα. Sic veteres loquuntur. *Etymol. M.* p. 502. v. Κεράσαι. — πρὸ γὰρ εὑρεθῆναι τὴν τῶν ποτηρίων χρῆσιν, ἐν τοῖς κέρασιν ἔπινον. *Martial.* VIII. Ep. VI. *Hac propinavit Bitiae pulcherrima Dido In patera. Senec.* Agam. v. 878. *Merum in auro veteris Aſſaraci trabunt.* Illuſtravit dicendi uſum *Munker.* ad *Hygin.* F. CCLXXIV. et *Burmann.* ad *Phaedr.* I. Fab. XXV. 3. — V. 5. βρόχθου ἐμεῖο veteres edd. quae in fine ἐμοῖο habent. At Vat. C. longe aliter:

ἐκ βρόχθου ὀλίγου τί σοι δώσω, τέκνον ἐμεῖο.

unde apparet legendum eſſe:

ἐκ βρόχθου ὀλίγοιο τί σοι δῶ —

ὀλίγος in talibus pro μικρὸς ponitur innumeris in locis; nec quidquam huic contextui aptius. βρόχθος autem h. l.

non eſt *gutture*, ſed ὀλίγον πόμα, ut interpretatur *Schol. Nicandri* Ther. 366. — V. 6. ξείτας. λάγυνον μέτρου λέγουσιν εἶναι ὄνομα — χωρεῖν δ' αὐτὸ κοτύλας Ἀττικὰς δώδεκα. *Athen.* L. XI. p. 499. B. — Vat. C. μόνας λαγύνη τόδε. μόνας verum puto.

XCIX. Vat. C. p. 567. Εἰς Ὀπιανὸν ἡγεμόνα πότην. Parum intereſt, utrum *Opianus* ille appellatus fuerit an *Apianus*. Planudea ei p. 160. St. 233. W. poſterius nomen tribuit. Primam literam in hoc nomine abundare vult auctor, qua detracta πιανὸς reſtat, nomen a πιεῖν derivandum, hominis moribus congruens. — V. 2. ἀκριβῶς Vat. C. — Ejusmodi generis luſum vide ap. *Auſon.* Ep. XL. XLI.

C. Vat. C. p. 541. Plan. p. 162. St. 236. W. De obeſi hominis imagine. — V. 2. μισήτην. — τὸν δὲ ἁπλῶς μισητόν, τὸν ἀνίκανον ἢ ἄπληστον τῇ τροφῇ. *Heſych.* nec aliter *Suidas*, quem emendavit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 151.

CI. Vat. C. p. 529. Plan. p. 170. St. 248. W. In imaginem rhetoris muti. — V. 1. „Vulgo legitur ὁ δὲ „ῥήτωρ, ῥήτορος εἰκών. quo nihil inſulſius. Ex ſenſu et ex „Epigr. CIV. emendavi.“ *Br.* Idem viderat *Caſaubon.* in not. mſt. Emendationem, jam per ſe ſat evidentem, firmat etiam *Auſon.* Ep. LI.

Ore pulchro et ore muto, ſcire vis quae ſim? Volo.
Imago Ruſi rhetoris Pictavici.
Diceret ſed ipſe, vellem, rhetor hoc mi. Non poteſt.
Cur? Ipſe rhetor eſt imago imaginis.

¶. 171.] *CII.* Plan. p. 376. St. 514. W. „Melius „ſcriberetur σιγᾷς, οὐ λαλέει, ſc. ὁ τύπος, ἡ εἰκών.“ *Br.* Certe ingrata eſt tautologia in verbis σιγᾷς, οὐ λαλέεις, incertum, auctoris culpa an librarii. Evitavit eam *Auſonius* Ep. XLVI. *Elinguem quis te dicentis imagine pinxit? Dic mihi, Rufe. Taces? Nil tibi tam ſimile eſt.*

CIII. Plan. p. 376. St. 515. W. Aliorum hominum imagines honoris cauſa pingi; Marini autem, inſigni deformitate hominis, in ipſius contumeliam factam videri.

CIV. Vat. C. p. 528. Plan. p. 169. St. 247. W. Conf. Ep. CI. — V. 1. *μελετᾷ.* Non de meditatione, ſed de ipſa, quae habetur, oratione accipiendum eſſe, contextus docet. Eodem ſenſu *Lucill.* Ep. LXXXV. 4. Cf. *Wetſten.* ad N. T. I. p. 670. — V. 2. Imago igitur pro rhetore, rhetor pro imagine imaginis habendus eſt. — Haec non ſatis faciebant *Joſ. Scaligero*, qui in not. mſt. tentavit: Ῥήτορος ἥδ' εἰκών. quod vulgato minus argutum eſt.

CV. Vat. C. p. 529. *ἄδηλον.* In Plan. p. 170. St. 248. W. *Ammiano* tribuitur, cujus Epigr. in Anthologia C. Cephalae noſtrum diſtichon ſequitur. — V. 1. *Μέζων.* Vulgo. — V. 2. *στειλάμενος*, ad dicendum compoſitus. Proprie verbum *στέλλεσθαι* ad oratoris cultum referri debet, cui quantum tribuerint veteres, conſtat ex *Quintil.* XI. 3. 137. ſqq. Cf. *Böttigerum* de *εὐσχημοσύνῃ* docte disputantem *in den Vaſengem.* Faſc. II. p. 54. ſq.

CVI. Vat. C. p. 521. Plan. p. 127. St. 185. W. Scriptum eſt in Periclem ſtadiodromum tam tardum, ut, certamine jam finito, ne transverſum quidem digitum progreſſus eſſet. Comparandum Ep. *Nicarchi* ſive *Callicteris* potius XXVI. et Ep. *ἀδέσπ.* CCCXII. quod mutilum ex noſtro et *Nicarchi* Ep. reſtitui poteſt. — V. 2. *εἶδεν.* Vat. C. male. — V. 3. *ὕσπληγος.* Vat. C. Ad carminis acumen penitus percipiendum facit inprimis *Lucian.* in Timone §. 20. T. I. p. 90. ed. Bip. ubi Plutus: *ὁπόταν ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν ἀρενέων ὠκύτερον· ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ· κἀγὼ ἤδη ἀνανηεύττομαι νενικηκώς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἴσως τῶν ἄεθλων.* in quo loco manifeſta eſt, ſed a nemine

animadversa allusio ad Ep. ἀδέσπ. CCCXII. ubi vide notata. Noster autem idem Epigr. suaviter παρῳδεῖ.

CVII. Plan. p. 16. St. 27. W. Nihil ventre impudentius, propter quem parasiti libertatem vendunt. — κυνόμυια. sive κυνάμυια. gravissimum convicium ex duobus impudentissimorum animalium nominibus compositum. Talia plura protulit *Eustath.* ad Od. ρ. p. 633. 34. adde *Intrpp. Hesychii* v. T. II. p. 378. 14. Similiter de ventre *Linus* ap. *Stobae.* p. 37. *Grot.* νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων, Ἣν ἐπιθυμία ἡνιοχεῖ μάργοισι χαλινοῖς. ut haec emendavit *Valcken.* in Diatr. p. 282. Quod hic in ventrem, id in parasitos passim dictum. De hoc hominum genere *Clemens Alex.* Paedagog. II. p. 167. μυῖαι τούτοις οἰκεῖαι τοῖς ὀνόμασι καὶ γαλαῖ, κόλακές τε καὶ μονομάχαι (num fort. ζωμομάχαι;) καὶ τὰ ἄγρια τῶν παρασίτων φῦλα· γαστρὸς ἡδονῆς οἱ μὲν τὸν λόγον, οἱ δὲ τὴν φιλίαν, οἱ δὲ τὸ ζῆν ἀποδιδόμενοι. qui locus inprimis ad nostrum distichon facit. κόλακες autem parasiti simpliciter appellantur passim. *Eupolis* ap. *Athen.* VI. p. 236. E. F. *Machon* in Variis Historiis ap. eund. VIII. p. 349. C. ubi legendum videtur:

> τοῦτ' εἶπε· ποσσὶν ὅλως μὲν ἔῤῥωμαι, ξένε,
> καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω.

vulgo εἶπε τοῖς ὅλοις. — ζωμοῦ. libertatem pro jusculo vendunt. Non minus sarcastice *Clemens Alex.* l. c. p. 166. 19. χαλεπώτατον δὲ πάντων πτωμάτων, τὴν ἄπτωτον ἀγάπην ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τοὺς ζωμοὺς ῥίπτεσθαι χαμαί.

CVIII. Vat. C. p. 521. *Lucillio* vindicat. In Plan. p. 133. St. 193. W. male appositum ἄδηλον, quod rectius deest in Ed. Flor. cum *Lucillii* Ep. praecedat. Hyperbolicum in hominem ita brevem, ut nihil brevius esse possit. Frigida hyperbole et inepta; nam si poëtae acumen recte assequor, Hermogenes eo, quod projicit, inferior fuisse dicitur, ita ut illud unco versus ter-

ram trahere opus haberet. ὅταν ἐκβάλῃ τι de ſputo accipit *Opſopoeus*, eumque ſecutus *Grotius*:

Pumilus Hermogenes ſi quicquam deſpuit, illud
Ut terram poſſit tangere, falce trahit.

Nihil video, quod nos cogat huic interpretationi adhaerere. — δοιυδρέπανον eſt *falx praeacuta longuriis inſerta et affixa*, ut *Caeſar* loquitur III. de Bell. Gall. 14. Illuſtravit *Fabricius* ad *Dion. Caſſ.* XXXIX. 43. T. I. p. 212.

¶. 172.] *CIX.* Vat. C. p. 522. ubi nomen auctoris non adſcriptum eſt; ſed cum *Nicarchi* Epigrammati adhaereat, et proximo carmini appictae ſint voces τοῦ αὐτοῦ, dubitari non poteſt, *Nicarchi* eſſe. In Plan. p. 158. St. 230. W. *Lucillio* tribuitur, errore obvio, cujus fontem indicavimus ad Ep. *Lucillii* XXXVI. T. II. P. II. p. 463.

CX. Servavit *Athenaeus* L. IV. p. 162. A. ex *Hegeſandri* Commentariis ſumtum, quem *Scaliger* ad *Varron.* L. I. p. 5. ed. Bip. memoriae lapſu pro auctore carminis habuit. Relatum in Append. Plan. p. 533. St. 29. W. cum erronea inſcriptione εἰς γραμματικούς. Operoſe in hoc carmine vertendo luſit *Scaliger* l. c.

Silonicaperones, vibriſſaſperomenti,
Manticobarbicolae, exterebropatinae,
Planipedatquelucernitui, ſuffarcinamicti,
Noctilarentivori, noctidoloſtudii,
Pullipremoplagii, ſutelocaptiotricae,
Rumigeraucupidae, nugicanoricrepi.

Multo, me quidem judice, felicius, primus latinae Muſae inter recentiores ſacerdos, *Hugo Grotius*, cujus elegantem verſionem et ipſam adſcribam:

Arquiſupercilii, mentopropendulonaſi,
Sacculibarbigeri, plenipatellirapi,
Retrojectitogi, pedinudilucernituentes,
Noctilatentivori, frauditenebrifabri,
Pupillinſidii, captentuliſyllabiprendi,
Virtutaucupidae, vaniperitiloqui.

Eadem fere, quae in hoc Epigrammate, Philoſophis objiciuntur ap. *Lucianum* in Icaromen. §. 29. T. VII. p. 41. ſq. ed. Bip. qui locus noſtro carmini commentarii inſtar eſt: γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστίν — ἀργόν, φιλόνεικον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπόλιχνον, ὑπόμωρον, τετυφωμένον, ὕβρεως ἀνάπλεων. — οὗτοι — ὄνομα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες, καὶ πώγωνας ἐπισπασάμενοι, περιέρχονται ἐπιπλάστῳ σχήματι κατάκτυστα ἤθη περιστέλλοντες. — τοιοῦτοι δὲ ὄντες ἀνθρώπων μὲν ἁπάντων καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δὲ ἀλλόκοτα διεξέρχονται, καὶ συνάγοντες σόφισμάτια μειράκια, τήν τε πολυθρύλλητον ἀρετὴν τραγῳδοῦσι καὶ τὰς τῶν λόγων ἀπειρίας ἐκδιδάσκουσι. — V. 1. ὀφρυαν. De ſupercilio philoſophorum omnia plena. Cf. *Ruperti* ad *Juven.* II. p. 58. Simili vocabulo ſeſquipedali ſuperbi cujusdam mores indicat *Ariſtophanes* Veſp. 135. ὀφρυαγμοσεμνακουσίνους eos appellans. — μυκτ. quorum naſus mentum tangit. — V. 2. σακκογ. ingentem barbam nutrientes. σάκκος ſive σάκος eſt *barba*. *Ariſtoph.* Eccl. 498. μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα. Cf. ad *Cereal.* Ep. I. T. II. P. III. p. 11. Simili vocabulo Nicium ſcortum philoſophos appellabat ἄνδρας γενειοσυλλεκτάδας ap. *Athen.* IV. p. 157. B. — λοπαδαρ. qui appoſitas in menſa dapes prae cupiditate ad ſe rapiunt. Cf. *Lucian.* in Conviv. ſive Lapith. §. 11. et 42. Nigrin. §. 25. Ad hanc philoſophorum guloſitatem referendum videtur fragmentum *Sophoclis* ex Συνδείπνοις ap. *Athen.* XV. p. 679. A. ubi γαστρὸς παῖς hominem *gulae deditum* ſignificat. — V. 3. ἱματιανατ. obſcurius vocabulum, quo philoſophorum ſignificatur amictus, qui tamen non idem

erat ap. omnes ſectas; aliter enim Cynici, aliter alii pallium ſumebant. Vide *Salmaſ.* ad *Tertullian.* p. 397. et p. 425. Propria in hac re vocabula περιβάλλεσθαι et ἀναβάλλεσθαι, quae illuſtrata dedit *Caſaubon.* ad *Athen.* L. I. 18. p. 53. Sed diſertius haec expoſuit, vir omnis antiquitatis peritiſſimus, *Boettigerus*, qui per literas a me conſultus haec fere reſpondit: „Poſt Antiſthenem aut Diogenem (v. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* VI. 13.) Cynici tunicam ſimul cum interula depoſuerunt, pallio contenti, cujus inferior pars crura ambiebat, ſuperior ſupra laevum humerum rejiciebatur. Hinc dicebantur διπλῶσαι τὸ ἱμάτιον, τὸν τρίβωνα. Cf. *Ferrar.* de Re Veſt. P. I. L. II. 12. p. 166. *Winkelmann.* Mon. Ined. p. 228. Hinc explicandum venit verbum ſeſquipedale ἱματιανωτεριβαλλοι, quo ſignificantur philoſophi, qui pallium ſupra humerum rejiciebant ſive duplicabant. Hinc derivandum voc. *abolla*, i. e. ἀναβολή, quod de philoſophorum amictu proprium. Vide *Ramirez* ad *Martial.* IV. 43. p. 343. ſq.“ — ψηλιποπαιβλ. ψήλιποι, ἀνυπόδητοι. *Heſych.* Dicitur etiam ἀνάλιπος eadem ſignificatione ap. *Theocrit.* Eid. IV. 56. Socratem nudis pedibus incedentem rigidioris virtutis adſeclae ſequebantur, de quorum ἀνυποδησία vide *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Cer. v. 125. *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Nub. 103. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 16. — βλεπτίλαιοι. Ut λύχνον ὄζειν dicuntur ea, quae nocturno ſtudio nimiaque diligentia elaborata ſunt, quod jaciebatur in Demoſthenis ἐνθυμήματα, (vide *Plutarch.* Vit. Dem. T. I. p. 849. *Lucian.* T. III. p. 502. ed. R. et *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VII. 7.) ſic hoc loco philoſophi ipſi, qui multa ad lucernam meditantur, doctius etiam, τὸ ἔλαιον βλέπειν dicuntur. Late patet hic verbi βλέπειν uſus, quem exemplis illuſtravit *Ez. Spanh.* ad *Ariſtoph.* Nub. 1178. ad Ran. 616. *Valcken.* ad N. T. p. 344. et alii. — V. 4. νυκτιλαθραιοφάγοι, qui interdiu frugalitatem et abſtinentiam ſimulantes,

noctu, teſtibusque remotis, ſeſe ingurgitant. *νυκτιπατρι-πλάγιοι.* proprie ſunt, qui in tenebris per obliqua incedunt itinera. Hoc traxeris ad eos, qui in angiportis, hominum adſpectus vitantes, turpes libidines ſectantur, qualis is eſt, quem deſcribit *Alciphron* I. 34. p. 142. et III. 64. p. 434. *Quis enim non vicus abundat Triſtibus obſcoenis? Juven* II. 8. qui ſcilicet *vultum et triſtitiam et diſſentientem a ceteris habitum peſſimis moribus praetendunt. Quintil.* Prooem. L. I. §. 8. Si quis tamen malit, vocem generaliori ſignificatione, de morum perverſitate, tenebris occultata, interpretetur. *πλάγια* in talibus idem quod *σκολιά*, et ut prava atque perverſa, *τοῖς ὀρθοῖς* et *εὐθέσι*, rectis et bonis opponuntur. Cf. Scol. XIV. T. I. p. 157. — V. 5. *συλλαβ.* qui ſyllabas aucupantes adverſarios interrogationibus captant. — V. 6. *δοξομαν.* qui vanam de ſapientia ſua opinionem excitare ſtudent. *Timon.* Sill. fragm. III. *δοξῶν τε κενοφροσύνης τε σοφιστῶν.* — *ζηταρετ.* qui ſe virtutem unice ſectari ſimulant, ſive, qui in diſputationibus de virtute omne tempus conſumunt.

CXI. Vat. C. p. 117. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 461. nr. 356. Hinc *Toup* ad *Suidam* p. 174. Alexo meretrix Priapo poſt pervigilium faſcias et corollas dedicat. Conf. *Hedyli* Ep. I. II. — V. 1. *ὁ κρόκος.* Hoc paulo obſcurius. Ipſumne crocum, an unguentum crocinum dedicavit? Neutrum ſatis commode. Videtur itaque *κρόκος* pro *κροκωτός*, *luteo coloris indumento*, dictum eſſe. — *μύροισι πνείοντες.* ut ap. *Hedylum μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα.* Notandum verbum *πνέειν*, quod hac ſignificatione genitivum et accuſativum ſibi adſciſcit, cum ſexto caſu junctum. Coronae unguentis delibutae ad conviviorum luxuriam pertinebant. *Meleager* Ep. XCVIII. *καί μοι τὸν βεβυθέντα μύροις καὶ χθιζὸν ἰόντα — ἀμφιτίθει στέφανον.* ubi vide not. p. 111. — V. 3. Ap. Lipſ. *καπίλλωτόν τε*, quod ex ſchedis LaCroz. emendavit

Reiskius. κατιλλώπτοντι ſervavit etiam *Suidas* in ἰλλώπτειν T. II. p. 115. ubi vitioſe τὸν γλυκερὸν et τὸν γλυκερῷ. *Obliquis et patrantibus oculis aliquem adſpicere* dicitur ἰλλώπτειν, ἐπιλλώπτειν, κατιλλώπτειν. *Obliquis pathicae quid me ſpectatis ocellis?* Luſ. in Priap. LXXVI. *Altera —limis ſubriſit ocellis. Ovid.* II. Amor. XIX. 33. id eſt, κατιλλώπτουσα, quo compoſito uſus eſt etiam *Aeſchylus* in Siſypho ap. *Polluc.* X. 20. Plura de hoc aliisque derivatis vocabuli ἰλλὸς eâ, qua ſolet, copia tradidit *T. Hemſterh.* ad *Heſych.* in ἰλλώπτειν T. II. p. 42. (46.) not. 4. ubi et noſtrum verſiculum excitat. Reſtituit verbum κατιλλώπτειν *Philemoni* ap. *Clement. Alex.* Paed. III. p. 294. *Bentleius* in Emend. in Menandri Reliqu. p. 133.— Noſtro loco adſcripſit *Salmaſius:* μαλακῶς καθοῤῥῶντι καὶ στρεβλίζοντι ἐπὶ τῷ τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς παῖδας ἀπατᾶν. — V. 4. κεῖται. Vat. C. κεῖνται emendatum in marg. Guy. et R.

CXII. Vat. C. p. 117. Edidit *Pierſon* ad Moer. p. 413. *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 462. nr. 357. Leontis in noctis cum Sthenio transactae memoriam Veneri barbiton dedicat. Citharistriam igitur fuiſſe apparet. — V. 1. Pro ἑῷον vitioſe Ap. Lipſ. ἕπινον, in marg. ἑπινεν. — V. 2. τῷ χρυσέῳ. probi viro ingenii. Vide ad *Calliae* Ep. T. II. P. I. p. 9. In Ap. Lipſ. τῷ χρῷ, quod *Reiskius* mutavit in χρυσῷ. — Ad σθενίῳ notatum in marg. Ap. Guy. et Ruhnk.: *fortaſſe* κτενίῳ *id eſt* κτενὶ ποέσιce. Σθενίῳ κύριον. — V. 3. „Scriptum in Cod. μούσαισι „μελησθέν, quod a Salmaſio emendatum.“ *Br.* Barbiton σὺν Μούσαις μελετηθέν, ſi recte intelligo, cithara eſt Muſarum ope attemperata. Eſt enim μελετᾶν *ſtudioſe tractare*, non de oratoribus tantum, ſed de omnibus, qui ad aliquam artem incumbunt.

CXIII. Vat. C. p. 118. Edidit *Reisk.* in Miſc. Lipſ. IX. p. 469. nr. 361. Nihil hoc Epigrammate illuſtrius ad docendam τῆς ἴυγγος formam et uſum. Rhombus

erat filis ex lana circumdatus, quem agitabant veneficae, carminibus simul pronuntiatis, quibus effici posse putabant, ut e longinquo aliquis alliceretur. In his omnes, qui hujus instrumenti mentionem fecerunt, consentiunt. Sed pro superstitionis varietate modo haec modo illa fuisse addita, alia demta, et per se probabile est, et ex veterum locis apparet. Vide inprimis *Schol. Theocr.* Eid. II. 17. et ad *Pindar.* Pyth. IV. 380. quaeque collegit *Ernest.* ad Xenoph. Mem. III. 11. 17. et *Vossius* ad *Virgilii* Eclog. VIII. 68. p. 419. sqq. — V. 1. ἴυγξ γύνικους. Vat. C. Primam vocem rectius scriptam servavit *Suidas* T. II. p. 159. Ἴυγξ τὸ ἑλκον τὴν διάνοιαν εἰς ἐπιθυμίαν καὶ ἔρωτα. ἐν Ἐπιγράμματι· Ἴυγξ ἡ νικῶσ' ἡ καὶ διακόντιον ἄνδρα καὶ ἐκ θαλάμων παῖδας ἐπισταμένη. Omisit Lexicographus verbum in fine versus, quod in suo codice depravatum reperit. Etiam in Vat. C. non ἕλκειν, sed ηεακειν legitur. Illud ex conjectura procul dubio restituit *Bisetus*, qui hoc distichon excitavit ad *Aristophan.* Lysistr. 1112. Idem in marg. Apogr. Guy. et R. notatum. Et recte, ut puto. Parum distant literae CAKEIN et EAKEIN; H autem ortum ex N finali praecedentis vocabuli, quae literae in codicibus sibi similimae. ἕλκειν proprium in hac re vocabulum. *Theocritus* l. c. ἴυγξ ἕλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. — V. 2. παῖδας puellas interpretatur V. D. in marg. Guy. De amoris impotentia *Theocrit.* II. Eid. 136. σὺν δὲ κακαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο Καὶ νύμφαν ἐφόβησ', ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῦσαν Ἄνδρος. Verius tamen videtur *pueros* dilectos et a veneficis expetitos intelligere. — ¶. 173.] V. 3. ποικίλλουσα. Vat. C. quod servavit *Reiskius.* Solent nonnunquam graeci activo pro passivo uti, de quo vide *Brunck.* ad *Sophocl.* Oed. Colon. 74. at hoc loco poëta ποικιλθεῖσα scripsisse videtur, quod *Salmasii* ingenio deberi puto. — V. 4. πορφυρέης. Purpureo colori peculiaris quaedam vis in incantamentis, quod notavi ad Ep.

XVI. Adde *Clem. Alex.* Strom. VII. p. 843. 24. ἔρια πυῤῥά, καὶ ἄλλων χόνδρους καὶ δᾷδας, σκίλλαν τε καὶ θεῖον δεδίασι, πρὸς τῶν γοήτων καταγοητευθέντες. — μαλακί. Vat. C. μαλακῇ. Ap. Guy. et R. — V. 6. παίγνια erranti calamo ſcripſiſſe videtur *Salmaſius*; ſic enim exhibent Apographa, quae ex Salmaſiano fluxerunt. In membr. ipſis eſt ξείνια, quod reponendum. Eodem verbo pro ἀναθήματι, δώρῳ ſimpliciter, utitur auctor Ep. CXI. κεῖνται τῆς ἱερῆς ξείνια παννυχίδος.

CXIV. Vat. C. p. 193. Πέρσου. Hoc auctoris nomine forte a *Salmaſio* omiſſo, hoc Epigr. inter ἀδέσποτα relatum ap. *Reisk.* Anthol. nr. 518. p. 53. Hinc protulit *Warton* ad *Theocr.* T. II. p. 300. Expreſſum carmen ex *Leonid. Tar.* Ep. II. Comparandum etiam *Marc. Argent.* Ep. XX. — V. 1. ὦ Λατοῖ. vitioſe ſic Cod. Legendum:

ὦ Λατῶα.

De Lucina enim agitur, quae parturientibus auxilium praeſtat. — Ad v. κύπασσις Schol. adſcriptum in membr. οἱ μὲν περιζῶμα, ἄλλοι δὲ εἶδος ἱματίου. Disputavimus de cypaſſi ad *Leonid. Tar.* l. c. T. I. P. II. p. 59. ſq. — V. 2. μαστοῖο. Vat. C. faſciam papillas ambientem. παλαιὰ μίτρα μαστῶν ἐνδύματα. *Hedylus* Ep. I. Vide ad *Leonid. Tar.* Ep. V. T. I. P. II. p. 62. — V. 3. Τιμώσσα Vat. C. a man. ſec. et ſic *Reisk.* qui in Τιμώνασσα incidebat. — V. 4. ἀργαλέον βάρος. *Ovid.* II. Faſt. 453. *Maturumque utero mollirer aufer onus. Phaedr.* I. Fab. XVIII. 5. *Onus naturae melius quo deponeret.* ubi vide Interpp. *Sarcinam matris* appellat *Ovid.* VI. Met. 224.

CXV. Vat. C. p. 194. „Edidit *Pierſon* ad *Moerin* „p. 235. quod cl. Toupium fugiſſe videtur, qui hoc carmen protulit e Reiskii Anthologia [nr. 498. p. 43.] „Epiſt. crit. p. 158. [p. 130.]“ *Br.* Duo priora diſticha dedit etiam *Valcken.* ad Hippol. p. 188. A. Timareta crepundia ſua ante nuptias Dianae dedicat. Cf.

Epigr.

Epigr. *Perſae* II. — V. 1. *τὴν τ' ἐρατεινήν*. Vat. C. Dorismus reſtitutus in Ap. Guy. — *ἐρατεινὰ σφαῖρα* eſt pulchra. Inter pueritiae oblectamenta commemoratur ap. *Glaucum* Ep. I. T. II. p. 347. — V. 2. *τὸν δέ*. Apogr. Scalig. et Voſſ. — *βύτρᾳ κεκεύφαλον*. *Archias* Ep. V. *πολυπλέκτου δὲ Φιλαινὶς Πορφύρεον χαίτας βύτρᾳ κεκεύφαλον. σφιγκτῆρα κόμης* ejusmodi linteum appellat *Antip. Sidon.* Ep. XXI. — V. 3. „Scriptum in cod. *τάς τε κόρας λιμνᾶτι „κόρᾳ κόρα. κόραι* nihil aliud eſt quam *κόρᾳ*, poſito ad „latus *ι*, quod ſubſcribi ſolet. *κόρας* i. e. *puppas. λιμνάτι*, „apocope pro *λιμνάτιδι*, cujus exempla multa congeſſit „Maittaire de Dial. p. 333. Diana autem Limnatide „nihil notius, de qua plurima ap. Pauſaniam mentio.“ *Br.* In ap. Goth. *τάς τε κόμας*, vitioſe. Inſigniter hunc verſum corrupit *Reiskius*, quum Apogr. Lipſ. fere integram ſcripturam offerret. Legit enim: *τάς τε κέρως λίμνας τε κόρας κόρᾳ*, *lacus filias* pro *arundinibus* accipiens, unde tibiae fiebant, in ſuperiore parte *cornu* munitae. Non magis Diva Critica in hoc loco favit *Toupio*, qui *τάςδε κόρας λίμνας τε κόρᾳ κόρα ὡς* — legundum eſſe pronuntiat, *nymphas marinas* Epigrammatiſtae obtrudens, i. e. ipſo interprete, *pupas corallinas* ſive *ex coralio factas*. *Brunckii* lectio debetur ingenio *Salmaſii*. Puella virgo virgini Dianae *pupas* dedicat, quae ipſae quoque *virgines* appellantur. Nihil apertius. De hoc puellarum more Veneri, Dianae aliisve Deabus puellaria ludicra conſecrandi vide *Pierſon.* l. c. qui etiam de Limnatide nonnulla dedit. Cf. etiam *N. Heinſ.* ad *Ovid.* V. Metam. 48. — V. 4. *κατακόραν*. Vat. C. *κάτα κομᾶν*. Ap. Lipſ. *κορᾶν*. Voſſ. et Scal. *καὶ τὸ κορᾶν*. Ap. Guy. Vera lectio nullum editorum fugit. Una cum pupis Timareta etiam indumenta puparum dedicaverat. De ejusmodi ornamentis accipiendus locus *Sapphûs* ap. *Athen.* X. p. 410. E. quem, cum depravatiſſimus ſit, emendare conati ſumus ſic: *Σαπφὼ δ' ὅταν λέγῃ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν με-*

λῶν πρὸς τὴν Ἀφροδίτην· χειρόμακτρα δὲ πλαγγόνων παρφυρόβαπτα μὴ ἀτιμάσῃς, ἃ πέμψα παρθενίας δῶρα τίμια. — V. 5. Λητῴα τὸ δὲ παιδὸς ὑπὲρ χεῖρα. Vat. C. non παιδὶ, quod ibi legi cl. editor affeverat. De locutione χεῖρα ὑπερέχειν pro *tueri* vide ad *Phaedimi* Ep. III. T. I. P. II. p. 188. — παιδὸς Τιμαρετείας. *ipſius Timaretae.* Quae enim ſupra *Timareta*, eadem diverſa terminatione *Timaretea* appellari potuit; de qua forma *Euſtath.* ad Od. α. p. 49. 52. et *Valckenar.* in Callim. Fr. p. 78. ſq. — V. 6. θήκαμεν ἄ. Vat. C. et plurima apographa.

¶. 333.] *CXVI.*ª Ex *Aeliani* H. A. XI. 40. p. 655. τετράκεερων δὲ ἐλαφον Νικοκρέων ὁ Κύπριος ἔσχε καὶ ἀνέθηκε Πυθοῖ. De Nicocreonte, Cypriorum rege, nominisque diverſitate disputavit *P. Leopardus* Emend. I. 10. p. 7. ſq. qui eum nihil diverſum exiſtimat a Nicocle, Euagorae filio, ad quem exſtant *Iſocratis* ſcripta, in quo ſibi conſentientem habet *Caſaubon.* ad *Athen.* VIII. 9. p. 607. Is fuit, qui Anaxarchum crudeli morte affecit, id quod multi tradunt, quorum loca congeſſit *Menagius* ad *Diog. Laërt.* IX. 59. p. 424. Oraculum ei a Serapide datum refert *Macrob.* Sat. I. 20.

¶. 173.] *CXVI.*ᵇ Vat. C. p. 149. Plan. p. 422. St. 556. W. Bitto, textrix, egena vita, quam ſub Minervae tutela geſſerat, relicta, Veneri ſe in poſterum operaturam eſſe promittit. Cf. ejusdem argumenti Epigramma *Antip. Sid.* IX. — V. 3. ἀποστύξας. Ed. Flor. „τοὺς ἐνεῤῥιθους. e Vat. membr.“ *Br.* Fallitur vir doctiſſimus. In membr. ita ut in Plan. legitur ἐν ἐῤῥιθοις, quod revocandum exiſtimo. οἱ ἐν ἐῤῥιθοις μόχθοι ſunt οἱ μόχθοι τῶν ἐῤῥιθων, eleganti uſu praepoſitionis ἐν, cujus exempla quaedam dedit *Fiſcherus* in Anim. ad Veller. T. III. 2. p. 144. — V. 5. Telae et lanificii ſtudium Veneris cultus auferebat huic puellae, ut illi ap. *Horatium* III. Od. XII. 4. *Tibi qualum Cythereae Puer ales, tibi telas Operoſaeque Minervae ſtudium aufert, Neobule, Liparei ni-*

gor Hebr. quem locum cum noſtro carmine comparavit *Valcken.* ad Adoniaz. p. 339. — V. 6. τὴν Πιερ. eandem contra te ſententiam ferens, quam Paris tulit.

CXVII. Vat. C. p. 379. Plan. p. 23. St. 50. W. ubi ἔτευξα et μηδὲν ἔχῃς legitur. Utrumque etiam in membranis. μηδὲν ἄγαν vere emendavit *Gracvius* in Lect. Heliod. c. XIV. ἔτευξα cur mutetur, cauſam non video. *Grotius* vertit, vulgatam ſecutus:

Spem Nemeſinque ſimul poſui, ceu cernis, ad aram:
Iſta dat, ut ſperes: haec, nihil ut capias.

¶. 174.] *CXVIII.* Relatum in Append. Anth. Steph. p. 506. St. 11. W. Ap. *Bonadam* p. 70. Ex *Pauſania* l. VIII. 42. p. 687. qui hoc carmine utitur ad definiendam Onatae aetatem. Onatas enim Miconis filius, Aegineta, τὰ ἀναθήματα, quae ab Hierone pro victoriis e certaminibus reportatis voto promiſſa Dinomenes poſt patris mortem dedicaverat. Erant autem haec ἀναθήματα currus aëneus cum binis equis, quibus pueri inſidebant, ut apparet ex *Pauſania* VI. 12. p. 479. Victoriam ſingulo equo, μονοκέλητι, reportaſſe videtur Hiero Ol. LXXV. ex computatione *Heynii* V. Ill. ad *Pindari* Ol. a. Diem ſupremum obiit Ol. LXXVIII. 2. — V. 5. 6. Hoc diſtichon *Pauſanias* laudat iterum l. V. 25. p. 445. ubi id Thaſiorum cuidam muneri inſcriptum fuiſſe docet. Saepius itaque Onatas iisdem verſiculis uſus eſt, nec tamen ſemper nec in omnibus operibus ſuis. Cf. Ep. ἀδέσπ. CXXXVIII.

CXIX. Vat. C. p. 610. ἐπὶ ἑξαμέτρῳ πεντάμετρον, εἶτα τρίμετρον. In membr. v. 1. τόνδε πυρῆς legitur. *Salmaſ.* adſcripſit: *legendum* πυρῆ. *Cf. Heſych.* πυρεῖον. *Hic* τὸν πυρῆα θυμιατήριον *aut* λύχνον *ex auro aut argento eſſe non dubitamus. Heſych.* πυρεῖον, ἀγγεῖον κεράμιον εἰς πυρὸς ἔνθεσιν. *Idem* πυρίας, πυρπολήτας, ἐμπυρισοῦντας τὴν πόλιν, ἀπὸ τῆς πυρεὺς εὐθείας. Non ſatis apparet ex hic explicationibus, quid illud fuerit, quod Polymneſtis filius Miner-

vae dedicavit. Verisimile tamen, *zuribulum* fuisse. — V. 2. Τριτογενεῖ. quae vulgo Τριτογένεια. Forma obvia in *Aristoph.* Eqq. 1186. Cf. *Eustath.* ad Ια. δ. p. 385. 15. — V. 3. Κριτίας sive Ἀκρίσιος scribi malebat *Corn. de Pauw* in not. mst. Idem metri causa εἰργάζετο tentavit. Laudat h. v. de metro securus *Dorvill.* in Misc. Obss. T. VII. p. 95.

CXX. Vat. C. p. 610. Edidit *Jos. Scaliger* ad *Euseb.* Chron. p. 428. *Wesseling.* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 14. — De Dicone, cujus victoriae hoc Epigr. recensentur, *Pausan.* VI. 3. p. 459. Δίκων δὲ ὁ Καλλιβρότου πέντε μὲν Πυθοῖ δρόμου νίκας, τρεῖς δὲ Ἰσθμίων, τέσσαρας δὲ ἐν Νεμέᾳ καὶ Ὀλυμπικὰς μίαν μὲν ἐν παισί, δύο δὲ ἄλλας ἀνδρῶν· καὶ οἱ καὶ ἀνδριάντες ἴσοι ταῖς νίκαις εἰσὶν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Hinc apparet, vitiosam esse in nostro Epigrammate v. 2. lectionem δὶς Ὀλύμπια, quam immutavit *Wesselingius.* Quod vero idem haeret in nomine Καλλιβρότου, idque ex Inscriptione nostra in Καλλιμβρότου mutandum censet, id necessarium non videtur. Fuit autem Dicon Caulonniates ex Italia, cujus loci civis renuntiatus est Olympiae puer. Vir factus idem obtinuit, ut Syracusanus renuntiaretur.

CXXI. Vat. C. p. 610. Παρμένοντος ἐπὶ ἕξαμέτρῳ ἐνδεκασύλλαβος. »Qui in Codice legitur titulus Παρμένοντος, »non est auctoris, sed dedicantis nomen. Subauditur, »aut, quod saepe factum, a scriba omissa vox ἀνάθημα.« *Br.* Sunt haec in *Reiskium* dicta, qui hoc Ep. edidit in Notit. Poët. Anth. p. 256. Parmenon, Phocriti filius in victoriae, quam equo κέλητι reportaverat, memoriam χάλκεα ἔργα, fortasse ipsius equi aëneam imaginem, dedicat. — V. 1. λέγοιτε *Reisk.* — V. 2. »In Cod. κεν»τροφαγῇ. Recte Salmasius emendavit κεντροπαγῇ, i. e. τὸν »κέντρον πηγνύοντα, eadem activa significatione, qua le»gitur supra in Macedonii Ep. XIII. Male Reiskius in

»poëtarum notitia κεντρομανῆ.« *Br.* In membr. eſt κεντροῤῥαγῆ βαλοῦσα παῖδα. Prius in marg. Ap. Guy. et R. alterum in contextu emendatum eſt. Varia hic molitur *Cornel. de Pauw* in not. mſt. quae repetere nolo, quamvis eum *Salmaſio* h. l. obloquentem facile fero. Mihi in mentem venit:

ἥτις κεντρομανῆ λαβοῦσα παῖδα.

Puerum, equitandi artis ſtudioſiſſimum, non inepte poëta appellaſſet κεντρομανῆ, ubi altera compoſitionis parte nil niſi ἐπίτασις ἐπιθυμίας ſignificatur, ſine ulla contumelia, ut in μουσομανὴς ap. *Theaet. Schol.* Ep. II. ἡλιομανὴς, ὑλομανὴς et aliis. — V. 3. ψίλλῃ λευρὸν ἔθυσε. Vat. C. In marg. Ap. G. et R. ψύλλῃ λ. ἔθυνεν. Poſterius dedit *Reiskius;* initio vſ. ψιλῇ ſcripſit. Hoc etiam *Cornelio de Pauw* in mentem venit, qui interpretatur *exilem, tenuem, levem.* Eſt potius equus *non inſtratus*, quo ſenſu acceptum nihil mihi quidem huic loco videtur accommodatius. — ἔθυσε. *per ſtadium properavit.* Θύων. σπεύδων. *Heſych.* Ibid. Θῦνον. ἔσπευδον. ἔτρεχον. Ἔθυεν. ἐνεμαίνετο, ἔτρεχεν. ἐπέσευτο – θύων junxit *Homer.* ιλ. φ. 234. De Pherenice, Hieronis κέλητι, *Pindar.* Ol. α. 32. ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτα, δέμας ἀκάματον ἐν δρόμοισι παρέχων. — V. 4. »Hic »verſus labem contraxiſſe videtur; nam pes ſecundus, »qui dactylus eſſe debet, ſpondaeus eſt, quum in χρυσέης »prima omnino producatur, et duae ultimae ſyllabae per »ſynizeſin in unam coaleſcant. Scripſerat forte poëta »ἀγλαῆς aut ἱερῆς.« *Br.* In membr. eſt χρυσῆς. In quibusdam apogr. eſt χρησῆς, unde *Corn. de P.* metrum ſibi reſtituere viſus eſt ſcribendo: Π. χρυσέης ἔκυρσε, primam in κύρσε neceſſario produci exiſtimans; perperam. Cf. *Theocr.* Eid. XVII. 6. — V. 5. ὑλαῖδα'. Sic Vat. C. unde quaedam apographa ὑλαΐδᾳ, alia ὑαλίδαι. *Reiskius* Ταμίδαι dedit, Phocidis magiſtratus quosdam hoc nomine appellari exiſtimans. Ap. *Pauſan.* L. IX. 6. p. 811. quo le-

ctores remittit, nihil invenio, quod ad ejus conjecturam firmandam magnopere faciat. At non magis apertum, qui sint Ὑλαΐδαι βασιλῆες, quos membranae nobis offerunt. Cogites de iis, qui festo in Hylae honorem ap. Prusienses celebrato praeerant. Cf. *Strabon.* XII. p. 845. B. Ibi certe solemnes *quotannis cursitationes* institutae, secundum *Solin.* c. XLII. Cf. *Salmas.* in Exerc. p. 617. Nihil tamen de equestribus certaminibus in hac solemnitate habitis constat. Et sane probabilius, τοῖς ὑλαΐδαις βασιλεῦσι non homines quosdam, certaminum arbitros, sed Deos significari, quorum favore Parmeno victoriam adeptus sit. Hoc visum etiam V. D. cujus prostat nota in marg. Ap. Guy. et R.: ὑλάται (sic) βασιλῆες. *sunt Castor et Pollux.* ὑλάτης Ἀπόλλων *etiam dicitur.* Omissa haec nota in Ap. Pauwiano, quod plerasque annotationes Codicis Guyetani exhibet. ὑλάτης Ἀπόλλων appellatus ab urbe Ὕλη in Cypro, secundum *Eustath.* ad Ιλ. p. 454. 20. quod ductum ex *Lycophr.* v. 448. ubi vide *Tzetz.* At hoc quid ad nostrum locum expediendum faciat, non video. Frustra, ni fallor, in vulgata explicanda laboraveris, quam depravatam esse, vel καὶ ante ὑλαΐδαι indicat, quod hoc quidem loco nullam vim habet. Scribendum existimo:

Φώκριτε, σῷ δ' ἄρα παιδὶ ΑΜΥΚΛΑΪΤΑΙ βασιλῆες
πατρῴων ἔδοσαν λαχεῖν ἀέθλων.

Jam de regibus *Amyclaïtis* dubitari non potest, quin Dioscuri significentur, quorum natale solum Laconia. Ἀμύκλαι autem pro Laconia et universa Peloponneso passim obviae. *Pindar.* Pyth. α. 125. de Heraclidarum expeditione in Peloponnesum agens: ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι Πινδόθεν ὀρνύμενοι Λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδοξοι γείτονες, qui locus inprimis notabilis. Cf. Pyth. ια. 48. ibique *Heynium.* *Amyclaeus canis* pro Laconico est ap. *Virgil.* Georg. III. 345. et ap. *Pindar.* in Fragm. Hyporch. VI.

At Tyndaridae non ob Laconicam originem in universum *Amyclaei* apellabantur, (ut *Amyclaeus Pollux* ap. *Virgil.* Georg. III. 89.) sed quod *Amyclis* educati tradebantur. Hinc Pollux, expeditione in Colchidem suscepta, *passus Amyclaea pingue fcere Cyllaron herba*, ap. *Valer. Flacc.* L. I. 426. ubi *Burmannus* comparavit *Statium* VI. Theb. 337. *Tua furto lapsa propago, Cyllare, dum Scythici diversus ad ostia Ponti Castor Amyclaeas remo permutat habenas.* Cf. *Pausan.* III. 1. p. 204. Formam Ἀμυκλαίτης tuetur *Stephan. Byz.* in Ἀμύκλαι, et qui eum exscripsit *Eustath.* ad IA. p. 223. 26. — Jam Dioscuros ἄνακτας, βασιλεῖς appellatos esse, notius est, quam quod probatione indigeat. Studiose hoc tractavit *Davis.* ad *Ciceron.* de Nat. Deor. III. 21. — Superest, ut doceamus, Dioscuros recte et merito Parmenonti victoriae auctores dici ἐν πατρώοις ἀέθλοις, quae sunt procul dubio certamina Olympica. Nam his certaminibus illi praeesse putabantur, jubente Hercule, qui παισὶ Λυδὰς ἐπέτρεπεν, Οὔλυμπόνδ' ἰὼν, Θαητὸν ἀγῶνα νέμειν Ἀνδρῶν ἀρετὰς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου Διφρηλασίας. quae *Pindari* sunt Ol. III. 64. ubi vide *Heynium.*

CXXII. „In Museo Veronensi p. 63.“ *Br.* Exhibetur etiam in *Maffei* Art. crit. lapid. p. 55. in Marmor. Oxon. p. 85. et in *Gruteri* Inscr. p. CCCXVII. 3. ubi vitiose legitur sic:

Λαμπάδα νεικήσας σὺν ἐφήβοις τῇδ' ἀνέθηκα
Ὁ τηγιδὴς πάντων ωτυχίδου αθμονευς.

Bonadae Anth. p. 124. *van Dale* de Gymnas. p. 587. cui imposuit corrupta lectio Marm. Oxon. παντωνωτυχίδου, ut nobis *Otigiden Pantonotychidae* fil. inde eliceret. Minorem versum sic emendavit *Scaliger* p. CCCVIII. Συνστυχίδης πάνθων Εὐτυχίδου Ἀθμονεύς. Novissimam vocem sic etiam exhibet *Maffeus*; recte. *Athmonenses* appellantur populares tribus Cecropidis. V. *Steph. Byz.* in

Ἄθμονον et *Interpp. Harpocrationis* v. Ἀθμονεύς. p. 16. et *Hesychii* T. I. p. 130. 15. — De certamine τῶν λαμπαδοφόρων ad aram Promethei omnia nota. Vide inprimis *Pausan.* L. I. 30. p. 75. sq. *Meurs.* in Gr. Fer. p. 59. et 185. Panathen. c. 8. p. 11.

¶. 175.] *CXXIII.* Cod. Vat. p. 159. Ἀνάθημα τῷ Ἑρμῇ παρὰ Ἀντιφάνους. In marg. Κριναγόρου. Tanquam *Crinagorae* edidit Vir doctus in Obss. Misc. T. V. P. III. p. 18. et *Reisk.* in Anthol. nr. 411. p. 8. Etiam hoc Ep. de victoria in Lampadophoriis agitur. — V. 2. πυρικλοπίης. Vat. a pr. manu. — μνῆμα. In memoriam ignis inventi illud certamen institutum esse, ex *Istro* tradit *Suid.* in Λαμπάδος. T. II. p. 413. — V. 3. ἄεθλον ἐκ χειρός. Vat. omisso ἔτ', quod margo Ap. Lips. suppeditavit. — ἐκ χερὸς ἔμπυρον. τὸ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην ἐστίν. *Pausan.* l. c. — V. 4. ὁμωνυμίῃ — Ἀντιφάνης. Vat. C. ὁμωνυμίῃ — Ἀντιφάνους. *Reiske* ex Apographo suo, ut videtur. In marg. Ap. G. et R.: ὁμωνυμίης *ionice pro* ὁμωνυμίας. *quod nove dictum pro* ὁμώνυμος. — In novissima carminis voce membr. scriptura servari poterat.

CXXIV. Vat. C. p. 157. sine auctoris nomine. In Plan. p. 425. St. 560. W. *Agathiae* tribuitur. Pan, Echûs amore inflammatus, a Bacchi comitatu aberrans, huic deo clavam et pellem hinnulei dedicat. — V. 1. κορύνην. quam pastores gerunt. *Theocrit.* Eid. VII. 19. 43. IX. 23. — νεβρίδας. bacchantium gestamen. Laudat h. v. *Suid.* in νεβρίς. T. II. p. 604. — V. 4. τέχνην. Vulgo. De amandi arte interpretatur *Brodaeus.* Revocanda Vat. C. lectio τύχην; quae voces saepenumero confusae. Ap. *Nonn.* in Dionys. XLII. p. 1092. cum Bacchus Pani exposuisset amorem suum, hic ὀλίγην παραίφασιν εἶχεν ἐρώτων, Ἄλλον ἰδὼν φλεχθέντα μιῆς σπινθῆρι φαρέτρης· Ξυνὰ παθὼν, φίλε Βάκχε, τεὰς ᾤκτειρα μερίμνας.

CXXV. Vat. C. p. 147. Edidit *Kusterus* ad *Suidam* v. ἄθυρμα. T. I. p. 75. *Reisk.* in Anthol. nr. 400. p. 2. unde id sumsit *Toupius* in Epist. ad Syr. T. II. p. 340. Optimae notae Epigramma, quod ab antiquo poëta profectum puto. — V. 1. καὶ est in membr. *Etiam hunc ramum, praeter alia.* *Reiskius* tamen κατὰ scripsit, non male: κατακεκυφότα. Pastores fagi ramum rustica manu edolaverant, sive ut Pana quodammodo referret, sive, quod verisimilius, ut clavae usum praestaret Deo. Hinc ἄθυρμα vocatum illud munus, quod *Suidas*, qui v. 3. laudat l. c., per ἄγαλμα explicat, quod et ipsum ambiguum. — V. 3. In contextu Ap. Guy. et R. ξέσαντος. in marg. ξέσσαντος, quae est genuina membr. lectio. — V. 4. „ὡραίων dedit Kuster, quae „est Codicis lectio, sed corrupta, quam recte emenda„vit Salmasius, reponens οὐρείων, eodem sensu, quo cl. „Toup suadet ὠρείων. Illud ideo probabilius, immo „unice verum, quia ὠρείων Doricum est. Nullum au„tem in codicis scriptura Dorismi vestigium, quem pro „lubitu suo, et ut veri speciem conjecturae suae „conciliaret, obtrusit Toupius scribens: φαγινὸν ὄσδον, βω„κόλοι, βωκολίων, exemplo Critices Patribus Conscri„ptis non probando.“ *Br.*

CXXVI. Ex *Pausaniae* L. VI. 13. p. 484. relatum in Append. Planud. p. 506. St. 11. W. *Bonadae* Anth. p. 274. Insculptum fuit hoc distichon statuae equi, quo Lycus, Phidolae filius, victoriam reportaverat. Puerum fuisse Lycum, cum victor renuntiaretur, tradit *Pausanias:* ἐγένετο δὲ καὶ Λύκου τοῦ Φειδώλα τοῖς παισὶν ἐπὶ κέλητι ἵππῳ νίκη. ubi ἐν τοῖς παισὶν scribendum esse vidit *Facius* T. II. p. 175. ut ex hoc ipso disticho apparet, ubi νίκαις παίδων jungendum, *victoria inter pueros.* Vide *Dorvill.* ad *Charit.* p. 60. sq. Aliter tamen haec verba accepit *Pausanias*, qui de victoria a *Phidolae filiis* reportata agi existimabat. — V. 1. ὠκυδρόμοις *Camerarius* malebat.

Notanda certe forma ὠκυδρόμας. — In Cod. quodam *Pausaniae*, olim *Matthiae Roeveri*, ἴσθμια πρὸς legi, notavit *Dorvillius* l. c. — δόμους. Ad patrem enim et universam victoris familiam ejus gloria redundabat.

CXXVII. Vat. C. p. 459. „Sequitur in membranis „hoc carmen post *Dioscoridis* Ep. XV. forte ejusdem est. „Prius distichon protulit vir praestantissimus ad Euripid. „Hipp. p. 166.“ *Br.* In apographis, quae ex Salmasiano fluxerunt, hoc Epigr. excipit *Dioscoridis* carmen; in membranis eadem longo intervallo disjuncta leguntur. Quod si igitur cl. editoris suspicio de *Dioscoride*, hujus Epigrammatis auctore, hoc uno argumento nitebatur, ea sponte corruit. Sed aliud etiam ejus animo obversatum esse suspicor. Est nempe illius poëtae Ep. in *Aleximenem* XXXVIII. p. 503. et in nostro quoque de Aleximene quodam agitur. At nec hoc argumento multum efficitur. Ut enim taceam, diversos plane homines in utroque carmine significari, ne nomen quidem satis certum est. Nam in *Dioscorid.* Ep. XXXVIII. membr. Vat. Ἀλεξαμένους, in nostro eaedem Ἀξιμένης exhibent. — V. 1. τὸ περισσόν. *ingens hoc simulacrum.* — Ἀφροδίτα. Vat. unde fortasse Ἀφροδίτᾳ scribendum, quod *Valcken.* habet, et v. 2. φύλακι. Aptius enim videtur, hanc appositionem, quam vocant, ad ipsam Deam, quam ad ejus simulacrum referri. Nec tamen vulgata temere damnanda videtur, cui quodammodo patrocinatur *Anytes* Ep. V. ἀμφὶ δὲ πόντος Δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον. — V. 4. εὐξύσεις. Obscurioris loci sensum esse puto hunc: Si mihi naviganti lucrum et inde divitias concesseris idoneas, videbis navem non mihi tantum, sed tibi quoque fructuosam fore. Alia igitur munera Deae faventi et propitiae pollicetur. τὸ κοινὸν id est, quod ad plures pertinet, cujus fructus pluribus conceditur. In postremis his verbis quaedam molitur *Corn. de Pauw*, sed parum feliciter. Idem in toto hoc carmine non

de vera navigatione, ſed de figurata illa, cui et ipſi Venus praeeſt, agere putat.

¶. 176.] *CXXVIII.* Vat. C. p. 144. Plan. p. 413. St. 548. W. Emendatum dedit *Toup.* in Ep. crit. p. 60. quem ſequitur cl. Editor. — Mercurio in loco edito ad maris litus collocato piſcator quidam inſtrumenta ſua dedicat. Simillimum Epigramma *Archiae* X. T. II. p. 94. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in λέπας. T. II. p. 430. Alterum verſum iterum in ἀστιβές. T. I. p. 359. et in βολίς. T. I. p. 440. — σήραγξ. h. l. eſt rupes in maris litore, undis alluentibus excavata. — V. 2. αἰθυίας. Vat. C. a pr. manu. — Pro ἰχθυβόλοισι *Huetius* p. 39. malebat ἰχθυβόροισι, ex *Leonid. Tar.* Ep. LXXIV. καύηξι καὶ ἰχθυβόροις λαρίδεσσι τεθρέμνηται ἄπνους. Vulgatam tuetur *Suidas*. Nec ineleganter mergi *piſcatores* appellantur, ut, contra, piſcatores cum mergis comparari vidimus ad *Leonid. Tar.* Ep. XCI. 2. T. I. P. II. p. 143. — V. 3. „λίνον eſt etiam in membranis, manifeſta menda „pro λίνου, quod Salmaſius adſcripſerat: in iisdem pro „ἅλμῃ aliud quid prius ſcriptum fuerat.“ *Br.* λίνου jam *Brodaeus* correxit. *Archias* l. c. ταῦτα σαγηναίοιο λίνου δηναιὰ λείψανα. — V. 4. αὐχμηρὸν ξανθῶν. Vat. C. αὐχμηρὸν ξανθόν. Vulgo. ξανθὲν emendavit *Toupius*. *Antip. Sid.* Ep. XIX. λείψανον σκολοπένδρας deſcribens: πολλὰ θαλασσαίῃ ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι. — V. 5. περιδηνέα. Vat. — V. 6. λαβόντα. Vulgo. Veram lectionem ſervavit Cod. et *Suidas* in βολίς. T. I. p. 440. Expreſſus verſus ex Ep. *Archiae*: φελλὸν ἀεὶ κρυφίων σῆμα λαχόντα βόλων. — βόλον membr. Senſum explicavimus ad *Archiam* T. II. P. I. p. 255. — V. 8. λιμνοφυρῆ. Vat. C. — Comparatio cum ſimilibus Epigrammatis docet, noſtrum in fine mutilum eſſe. Deeſt dedicantis nomen una cum dedicationis cauſis.

CXXIX. Vat. C. p. 145. Plan. p. 413. St. 548. W. Heliodorus piſcator, poſtquam multum laborans nihil ceperat, rete ſuum Syriae Deae ſuſpendit. Huic Deae

piſces aut omnes aut nonnulli ſaltem ſacri erant; quare illius regionis homines *nefas ducunt genus hoc imponere menſis, Ne violent timidi piſcibus ora Syri. Ovid.* II. Faſt. 474. Cf. *Selden.* de Diis Syr. Synt. II. 3. Oper. T. II. p. 359. ſq. *Manſo mythol. Abhandl.* p. 19. not. *x.* Hinc apparet, cur ille huic potiſſimum Deae rete dicaverit, quo nihil ceperat. Hinc etiam lux verbis: ἁγνὸν ἀπ' ἰχθυβόλον θήρας. — V. 2. προθύροις. Vulgo. — V. 4. cum parte praeced. laudat *Suid.* in φύκος. T. III. p. 642.

CXXX. Vat. C. p. 170. Plan. p. 419. St. 554. W. At hoc et ſequens carmen illuſtrandum facit inprimis *Aelianus* H. An. III. c. 10. Ἐχῖνος — ἑαυτὸν ἐν ταῖς τραπεζαῖς κυλίειν φασί, καὶ τῶν ἰσχάδων τὰς περιπαρείσας, αἱ πολλαὶ πήγνυνται ταῖς ἀκάνθαις, ἡσυχῇ κομίζει καὶ ἀποθησαυρίσας φυλάττει. *Plin.* H. N. VIII. 56. *Praeparant hiemi et herinaceī cibos, et volutati ſupra jacentia poma affixa ſpinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. — Apprehenſus pede altero e poſterioribus ſuſpendio ac fame necatur: aliter non eſt occidere et tergori parcere.* Cf. *Ritzersbuf.* ad *Oppian.* II. Cyneg. 598. et 604. — V. 1. 2. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. ubi θηλοπέδῳ habetur, ut in Planudea et in membr. Idem θειλοπέδῳ praebet in κώμαυλος. T. II. p. 363. — V. 2. ἀπέκτεινεν. Vulgo et in membr. — V. 3. 4. *Suid.* in αὐήνας. T. I. p. 378. ubi λαῒζόμενον legitur. — Διονύσου vitioſe in Ed. Steph.

CXXXI. Vat. C. p. 149. Plan. p. 419. St. 553. W. — V. 1. laudat *Suidas* in ἐχῖνος. T. I. p. 929. et totum diſtichon in σίντης. T. III. p. 318. ubi θηλοπέδων eſt, ut in Plan. et in membr. Sed θειλόπεδον eſt ap. eundem T. II. p. 193. Θειλόπεδον· ὁ τόπος, ἐν ᾧ αἱ σταφυλαὶ ἐξηραίνοντο. et iterum in βαγολόγος. T. III. p. 249. — ἀξέσι κέντροισι. Duplex erinaceorum genus deſcribens *Oppianus* l. c.

οἱ μὲν γὰρ βαιοί τε καὶ οὐτιδανοὶ τελέθουσιν,
τυτθῇσι φρίσσοντες ἐπὶ προβολῇσιν ἀκάνθαις·
οἱ δ' ἄρα καὶ μεγέθει μάλα μείζονες, ἠδ' ἑκάτερθεν
ὀξέα πεφρίκασιν ἀρειοτέρῃσιν ἀκωκαῖς.

— V. 3. cum obſervaſſet eum conglobatum corpus per uvas volutantem. — V. 4. ζωόν. Hoc ex loco Pliniano ſupra allato intelligitur.

¶. 177.] *CXXXII.* Vat. C. p. 175. ἀδέσποτον. In marg. Ἀρχίου γραμμ. — „Τριτοῖ. i. e. Pallas, quae alias „Τριτωνίς, Τριτωνία, Τριτογενὴς vocatur. Nominis origo „Τριτώ, quod veteri lingua caput ſignificat.“ *Br. Heſych.* Τριτώ. Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος φησί, τὴν κεφαλὴν καλεῖν Ἀθαμᾶνας. ubi vide Intrpp.

¶. 333.] *CXXXII.*[b] In certamine navium, apud Corinthum a Neptuno et Apolline inſtituto, Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν· ἀλλ' αὐτὴν ἀνέθηκεν ὁ Ἰάσων ἐνταῦθα τῷ Ποσειδῶνι, καὶ τὸ Ἐπίγραμμα ἀνέγραψεν, ὃ λέγουσιν Ὀρφέως εἶναι· Ἀργὼ κ. τ. λ. *Dio Chryſoſtom.* Or. XXXVII. T. II. p. 107. ed. R. — De illo certamine nihil tradens *Diodor. Sicul.* IV. 53. p. 296. Jaſonem narrat μετὰ τῶν ἀριστέων εἰς Ἰσθμὸν τὸν ἐν Πελοποννήσῳ πλεύσαντα θυσίαν ἐπιτελέσαι τῷ Ποσειδῶνι καὶ καθιερῶσαι τὴν Ἀργὼ τῷ θεῷ.

¶. 177.] *CXXXIII.* Ex *Pauſania* L. X. p. 849. relatum in Append. Anth. Steph. p. 504. 10. W. Cf. *Bonadae* Inſcr. p. 71. In illuſtri illa Gallorum in Graeciam irruptione, quae Brenni nomen conſpicuum reddidit, pugna commiſſa eſt ad Thermopylas, ubi Graeci copias contraxerant, duce Callippo Athenienſi. Nam Athenienſibus in illo tam gravi bello a reliquis Graeciae populis ἡγεμονία conceſſa erat. Inter omnes autem, qui hac pugna virtutis documenta ediderunt, maxime excelluit Cydias, Athenienſis, qui tenera adhuc aetate primum tum temporis faciebat ſtipendium. Qui cum in

proelio occisus esset, ejus scutum a propinquis et amicis Jovi Liberatori dedicatum est, addito Epigrammate: Ἡ μάλα δή — —. Pugnatum est illud proelium Ol. CXXV. 1. Cydiae autem scutum mansit usque ad Syllae tempora, qui omnia scuta ex Jovis liberatoris porticu sustulit. — V. 1. ποθέουσα ἤβην. De armis ignavorum *Nossis* Ep. VI. θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κεῖνται, οὐδὲ ποθεῦντι κακῶν πάχεας, οὓς ἔλιπον. — Ad ποθέουσα subaudiendum κείμη sive ἥμαι. Nisi forte fuit:

Ἥμαι δὴ ποθέουσα — —

Cf. *Mnasalc.* Ep. II. *Myro Byz.* I. *Hegesipp.* Ep. III. — V. 4. ἤκμασε. bello contra Gallos suscepto.

CXXXIV. Legitur in Append. Anth. p. 504. St. 10. W. et in *Bonadae* Inscriptt. p. 66. ex *Pausan.* V. 10. p. 398. qui hos versus inscriptos fuisse tradit scuto aureo, quod sub Victoriae statua in fastigio templi Olympici collocatum erat. Hinc apparet, v. φιάλαν χρυσέαν in ipso carmine non de scypho, sed de scuto, quod scyphi formam referebat, accipiendum esse. Vide cl. *Voelkel über den grossen Tempel zu Olympia.* Lipsiae 1794. 8. p. 58. Erat illud munus Tanagraeorum, sub quorum moenibus Athenienses et Argivi a Lacedaemoniorum Boeotiorumque copiis superati erant Ol. LXXX. 4. Cf. *Diodor. Sic.* XI. p. 466. *Pausan.* I. p. 73. et *Thucyd.* I. 107. sq. ubi et alii Athenienium socii commemorantur. — V. 4. Vulgo in fine praecedentis versus comma ponitur, et v. 4. τῷ πολέμῳ legitur, quod *Camerarius* mutavit in τῶ πολέμω. Nihili est conjectura *Goldhagenii* in versione vernacula τῶν δεκάτων corrigentis.

CXXXV. Append. Plan. p. 505. St. 10. W. et *Bonada* p. 67. ex *Pausan.* V. 22. p. 435. Olympiae prope τὸ Ἱπποδάμιον. statuae erant heroum, qui ad Trojam pugnaverant, Lycii, Myronis filii, opera. Has Apolloniatae, qui ad Ionium mare habitant, Jovi dedicaverant. Erat autem inter eas ipsius Jovis statua, ad cu-

jus pedes hoc carmen, antiquis literis (γεάμμασιν ἀρχαίοις, non ἀρχαῖον. vide *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 400. 17.) exaratum, legebatur. — V. 1. Ἀπολλωνίας vulgo. Originem ſuam Apolloniatae referebant ad Apollinem, cujus imago etiam in eorum numis expreſſa conſpicitur. — V. 3. Ἀβαντίδος. Abantis eſt regio Epiri ad montes Ceraunios, ab Abantibus appellata, qui poſt bellum Trojanum, una cum Locrenſibus ex Thronio urbe ad Ceraunios montes delati, urbem condidere, et ipſam Thronium appellatam. Hi poſtea a finitimis Apolloniae civibus bello ſuperati et loco, quem habitabant, pulſi ſunt. Ad hos referendus locus *Apollon. Rhod.* IV. 1214. κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων Οὔρεα, Νεσταίους τε καὶ Ὠρικον εἰσαφικέσθαι. Idem populus Ἄμαντες quoque appellabantur, earumque regio Ἀμαντίνη. Vide *L. Holſten.* ad *Steph. B.* in Ἀβαντίς.

CXXXVI. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonadam* p. 68. ex *Pauſania* V. 23. p. 438. Inſculptum Epigramma ſtatuae Jovis, quam Clitorii dedicaverant Olympiae. Ultimum diſtichon *Brunckius* exhibuit ex conjectura *Kubnii*, qui ſic emendavit vulgatam: καὶ μετρεῖτ' ἀρίστων ἡ δὲ τελετὰς αὐτοκασίγνητοι. Ariſtonem et Teleſtam Lacedaemonios fuiſſe *Kubnius* collegit ex verbis *Pauſaniae*, quae ſequuntur: ἀλλὰ Λάκωνας μὲν τούτους οὐκ ἐς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν ἐπιφανεῖς νομίζω γενέσθαι· εἶχον γὰρ ἄν τι καὶ Ἠλεῖοι περὶ αὐτῶν λέγειν, καὶ πλέονα ἔτι Λακεδαιμόνιοι, πολιτῶν γε ὄντων. — Clitorii fuerunt in Arcadia, cives urbis Κλείτορος, quam Azanis filius condidiſſe dicitur. *Pauſan.* VIII. 4. p. 605. qui hujus urbis memorabilia recenſet c. 21. p. 639. — V. 2. βιασάμενοι. Sic codd. *Facii* v. cl. Vulgo βιασσάμενοι.

CXXXVII. In Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pauſan.* V. 24. p. 439. Legebatur hoc diſtichon in baſi ſtatuae Jovis Olympiae, quam Lacedaemonii bello ſecundo cum Meſſeniis dedicaſſe fe-

rebantur. Exitum habuit hoc bellum Ol. XXVIII. 1. (*Pauſan.* IV. 23. p. 336.

¶. 178.] *CXXXVIII.* Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 68. ex *Pauſan.* V. 25. p. 444. Achaei Jovi Olympico dedicaverant ſtatuas heroum, qui in bello Trojano cum Hectore, fortiſſimos Graecorum ad ſingulare certamen provocante, congreſſuri erant. Prius diſtichon inſculptum ſtatuae Idomenei; alterum legebatur in ejusdem clypeo. Onatam, Miconis filium, floruiſſe conſtat circa Ol. LXXVIII. Cf. Incert. Epigr. CXVIII.

CXXXIX. Append. Plan. p. 505. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pauſan.* V. 27. p. 450. Etiam hoc Epigr. legebatur inſculptum ſtatuae Jovis, quam Mendaei Olympiae dedicaverant. Mendaeos, Thraciae populum, *Pauſanias* docet a Graecis ortos in maris ora habitaſſe, poſtquam Ionia relicta in Europam venerant. *Thucydides* eosdem Euboeae coloniam fuiſſe ait, L. IV. 123. Cf. *Gatterer* in Comment. de Thrac. T. III. p. 27. Celeberrimum fuit vinum Mendaeum, quod *Hermippus* laudat ap. *Athen.* I. p. 29. E. Cf. *Bergler.* ad *Alciphr.* III. 5. p. 286. *Stephan. Byz.* Μένδη· πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδωρος Μένδιν αὐτὴν φασι. τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος οἶνος. Lege repetito vocabulo: τὸ ἐθνικὸν Μενδαῖος. Μενδαῖος οἶνος. De Sipte *Pauſanias* dubitabat, utrum caſtellum eſſet an urbs Thraciae. — Ceterum hoc quoque loco ſcribendum erat βιασάμενοι, ut Ep. CXXXVI.

CXL. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. et ap. *Bonad.* p. 69. ex *Pauſan.* L. VI. 10. p. 476. Inſculptum currui Cleoſthenis Epidamnii, qui Ol. LXVI. victoriam retulerat. Hunc virum ex omnibus, qui in Graecia equos nutriverint, primum poſuiſſe equorum ſtatuas, aſſeverat *Pauſanias.* In Κλεοσθένης antepenultima

tima corripitur, ut media in τόκαμπὲς ap. *Leonid. Tar.* Ep. XXV. ubi vid. Not. T. I. P. II. p. 85.

CXLI. Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pauſan.* VI. 10. p. 476. *Bonadae* Anth. p. 273. Legebatur hoc diſtichon in ſtatua Demarati Heraeenſis, qui Olympiae vicit ἐν ὁπλίταις Ol. LXV. et Ol. LXVI. Primus hanc palmam accepit, aſſeverante *Pauſania* V. 8. p. 395. qui eum omnes Arcadiae athletas gloria ſuperaſſe fradit L. VI. 26. p. 652. Eutelidae et Chryſothemidis, ſculptorum, nomina ex hoc uno Epigrammate habemus cognita.

CXLII. Append. Plan. p. 508. St. 13. W. et *Bonada* p. 69. ex *Pauſania* L. VI. 19. p. 499. Antiquis literis Atticis hoc diſtichon inſculptum fuit cornu eburneo Amaltheae, quod Miltiades, Cimonis filius, Jovi Olympico dedicaverat. Hunc Miltiadem primum ex illa familia imperium in Cherſoneſo Thracica tenuiſſe, *Pauſanias* affirmat. At hic, ut alii quoque ſcriptores, confudit Miltiadem illum, quem pugna Marathonia nobilitavit, cum Miltiade, Cypſeli filio, qui Cherſoneſum condidit. Vide *Rutgerſ.* in Var. Lect. I. 9. p. 30. ſq. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XII. 35. quorum ſententiae accedit *Weſſeling.* ad *Herodot.* VI. p. 452. De Miltiadis progenie conſulendus etiam *Edw. Simſon* in Chron. a. M. 3514. p. 22. Miltiades, Cimonis fil. in Cherſoneſo imperium exercebat Ol. LXVIII. 1. Cf. *Herodot.* IV. 137. p. 340. — V. 2. Qualis locus ſit ille, quem noſter τεῖχος Ἀράτου appellat, et de qua pugna agatur, ignoro equidem.

CXLIII. Legitur hoc Epigramma ap. *Diodor. Sic.* T. I. p. 415. *Bonadae* Anthol. p. 76. Xerxes, irruptione in Graeciam facta, manum miſit, quae Delphici Apollinis templum diriperet. Et jam Perſae usque ad Minervae templum penetraverant, cum ingens tempeſtas exorta eos in fugam conjecit. Quo facto Delphici tro-

paeum posuerunt ad Minervae templum cum hoc Epigrammate. Sic haec apud *Diodorum* traduntur. At in Epigrammate ipso Delphici Persas, Apolline juvante, fugasse dicuntur, quod cum *Herodoti* narratione convenit L. VIII. 38. p. 636. Delphici enim, cum Persas vi tempestatis perculsos animadvertissent, impetu in eos facto multos interfecerunt. Praeterea Autonoum et Phylacum heroas, quibus sacellum erat prope Minervae templum, Delphis auxilium tulisse idem scriptor tradidit. Cf. *Pausan.* X. 8. Hinc apparet, ferri posse vulgatam lectionem, quam *Valckenarius* tamen, ne omnis Persarum devictorum gloria a Diis ad homines transiret, ita mutandam censuit:

— — — — πτολίπορθον ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων,
καὶ χαλκοστέφανον ῥυσαμένοις τέμενος.

ubi participia referenda sunt ad *Jovem* et *Apollinem*, qui Medorum copias fugasse et lucum, i. e. templum Delphicum, servasse dicuntur. — V. 4. χρυσοστέφανον, opulentum. In talibus στέφανος *ornamentum* significare solet.

¶. 179.] *CXLIV.* Servavit *Diodor. Sic.* XI. 33. T. I. p. 430. *Bonadae* Anth. p. 79. Inscriptum erat hoc distichon tripodi, quem Graeci post pugnam Plataeensem ex manubiis conflatum Delphis dedicaverant. Adscribam notam *Wesselingii*: „Dubium est, sitne hoc Epi„gramma tripodi inscriptum. Pausanias insculpi jusserat: „Ἑλλήνων ἀρχηγός, ἐπεὶ στρατὸν ὤλεσε Μήδων, Παυσανίας Φοίβῳ „μνῆμ' ἀνέθηκε τόδε. quod Lacedaemonii eraserunt, substi„tutis earum civitatum nominibus, quae barbaros ad Pla„taeas prostraverant. Thucyd. I. 132. a quo non dissen„tit Demosthenes, seu quis alius auctor Or. in Neaer. „p. 740. Itaque si hoc distichon in tripode fuerit scri„ptum, oportet earum, quas dixi, civitatum nomina „subjecta fuisse arbitreris."

CXLV. Servavit *Athenae.* I. XII. p. 536. B. qui Nymphide Heracleota auctore tradit, Pausaniam, Lacedae-

moniorum ducem, eum, qui Perſas apud Plataeas ſuperavit, cum Byzantii eſſet, Diis ad Bosporum poſitis lebetem dedicaſſe, nomine ſuo inſcripto. Factum hoc circa Ol. LXXV. quo tempore Pauſanias expugnavit Byzantium. *Diodor. Sic.* L. XI. 44. p. 438. Ejusdem doni mentionem facit etiam *Herodot.* IV. 81. p. 319. Cur Pauſanias eum Neptuno potius quam Jovi dedicaverit, quaerit *Gyllius* in Deſcr. Bospori Thr. L. III. c. 5. — V. 4. Vulgo Κλεμβρότου; quod librariis debetur metro timentibus. *Caſaub.* in Animadv. p. 846. 36. in Κλεομβρότου aut ſynizeſin admittendam aut Κλευμβρότου ſcribendum cenſebat.

CXLVI. In Append. Plan. p. 508. St. 13. W. ex *Pauſania* L. IX. 11. p. 731. Oſtendebantur Thebis in Boeotia rudera domus, quam Amphitryon habitaſſe dicebatur, quum ex patria profugus Thebis commoraretur; nec harum modo aedium, ſed Alcmenae etiam thalami ruinae ſupereſſe putabantur. Hunc thalamum ab Agamede et Trophonio exſtructum dicebant auctoritate Epigrammatis, quod moenibus inſculptum legebatur. De Agamede et Trophonio vide in *Junii* Catal. v. — Genuinam eſſe hanc inſcriptionem idoneis argumentis adductus negavit *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. LVI. not. 20. — V. 2. ἐλλέξατο. Vulgo.

CXLVII. Vat. C. p. 142. Hoc monoſtichon cum duobus ſeqq. Epigrammatis profert *Herodotus*, L. V. 59. p. 400. qui ſe ea Cadmeis literis inſculpta vidiſſe ait tripodibus quibusdam in templo Apollinis Ismenii, quod Thebis erat. Cf. Anth. *Bonad.* p. 78. ſq. Tripodis ab Amphitryone in hoc templo dicati mentionem facit *Pauſan.* L. IX. 10. p. 730. Quomodo haec carmina ſcripta fuerint, disputavit *Salmaſ.* in Inſcr. Herod. p. 54. Cf. *Scaliger.* ad *Euſeb.* p. 121. — Vulgo legitur ἀνέθηκεν ἰὼν, quod etiam membr. Vat. exhibent. *Valckenarius* tentabat ἰόντ' ἀπὸ. T. ut tripus ſe a devictis

Telebois dedicatum affirmet. Mutato accentu *Reiskius* ἑῶν corrigit, ab antiquo verbo ἕω, *eo*; alii ἰῶν correxerunt. Hanc emendationem unice probabat *Wolfius* in Prolegg. ad Homer. p. LV. n. 18. ubi Bentlejanam lectionem ἀνέθηκε νέων eo nomine improbat, quod nullus sit auctor hujus formae idoneus, praeter Grammaticos quosdam et Hym. Homer. in Cerer. in v. depravato 395. νέων tamen aliis vehementer placuit, ut *Thomae Perellio* in Nuovi Miscell. Lucchesi. T. I. p. 52. *Villoisonio* in Anecdotis T. I. p. 129. et *Heynio* ad *Apollodor.* T. I. p. 323. Ceterum has Inscriptiones tam antiquas fuisse, quam *Herodoto* videbantur, post ea, quae nostra aetate de artis scribendi initiis et usu ap. Graecos a doctissimis viris disputata sunt, nemo facile sibi persuadebit.

CXLVIII. Vat. Cod. p. 142. Scaeus pugil, qui, in victoriae memoriam, Apollini statuam dedicavit, *Herodoto* auctore, circa Oedipi tempora floruit. Fuit is Hippocoontis filius, (*Apollodor.* III. 10. 5.) ejus, quem Hercules, Lacedaemone expugnata, cum filiis interfecit. *Apollodor.* II. 7. 3. p. 152. *Pausan.* III. p. 244. — V. 2. laudat *Suidas* in τεὶν. T. III. p. 414.

CXLIX. Vat. C. p. 142. Tripus dicatus a Laodamante, Eteoclis filio, quo imperante Cadmei, ab Argivis ejecti, se ad Encheleas contulerunt. Cf. *Pausan.* IX. 5. p. 722. Alii Laodamantem in pugna cum Argivis ab Alcmaeone occisum tradiderunt. Vide *Heynium* ad *Apollodor.* III. 7. p. 643. Facile apparet, hoc Epigramma ad praecedentis exemplum esse factum, unde non modo secundus versus desumtus, sed prioris etiam numeri expressi. In Ἀπόλλωνι prima syllaba producta, duplicato π, quod notandum.

CL. Vat. C. p. 149. »Ex Eustathio in Homerum »p. 1313. 44. unde prolatum a Clarkio in notis ad Λ, »ψ. 513. In Vat. cod. male divulsa disticha, omisso ὅ' »posterioris initio.« *Br.* Agitur de tripode, quem

Diomedes in certaminibus ad Patrocli tumulum ceperat. *Euſtathius* hoc Epigramma ſumſit ex *Athen.* L. VI. p. 232. D. qui id ipſe ex *Phaniae* de tyrannis Siciliae libro deſcripſit. — ¶. 180.] V. 3. δ' om. Vat. — V. 4. ἱπποισιν ἐπὶ Vat. C.

CLI. Vat. C. p. 207. in marg. et iterum p. 216. Planud. p. 270. St. 389. W. In Agone Homeri et Heſ. p. XXVI. ed. *Barn.* Exhibet *Apianus* in Inſcriptt. CDLXXXXVII. Spectat hoc diſtichon ad fabuloſum illud Heſiodi cum Homero certamen, de quo *Plutarchus* quaedam ex Leſche tradens T. II. p. 153. ſq. verſus affert, quibus Heſiodus tripodem meruerit. De illo certamine vide *Fabric.* Bibl. gr. T. I. p. 570. ſq. ed. *Harl.* et quae nuper de eo disputavit cl. *Heinrich* in Epimenide p. 139. ſqq. Conflatum eſt hoc diſtichon ab *Heſiodi* admiratoribus (*Salmaſ.* ad Solin. p. 610. D.) ex *Heſiodi* Ε. καὶ Η. 654.

ἔνθα με φημὶ
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' ὠτώεντα,
τὸν μὲν ἐγὼ Μούσης Ἑλικωνιάδεσσ' ἀνέθηκα.

ubi, *Proclo* teſtante, fuerunt, qui legerent

ὕμνῳ νικήσαντ' ἐν Χαλκίδι θεῖον Ὅμηρον.

Epigrammatis noſtri mentionem fecerat *Varro* in libro de imaginibus, ubi de aetate Homeri et Heſiodi disputans *non eſſe dubium* dixit, *quin eodem tempore vixerint; idque ex Epigrammate oſtendi, quod in tripode ſcriptum eſt, qui in monte Helicone ab Heſiodo poſitus traditur.* ap. *Gellium* in N. A. III. 11. Tripodem ipſum viderat *Pauſan.* IX. 31. p. 771. — V. 1. Ἑλικωνιάδεσι τῷδ' Vat. C. loco ſec. τάδ' loco pr. ἀνέθηκα Vat. utroque loco. τῇδ' ἀνέθηκα vulgo. τοῦτο ſive τόνδ' emendabat *Brodaeus*. τόνδ' ἀνέθηκεν exhibet *Dio Chryſ.* qui hoc diſtichon lau-

dat Or. II. p. 20. 30. T. I. p. 76. ed. R. — V. 2. χαρκιδι Vat. C. loco seq.

CLII. Hoc quoque distichon legitur in Certam. Hesiodi p. XXVIII. ed. *Barn.* Narratur ibi Homerus phialam auream accepisse a filiis Midae pro Epigrammate, cujus initium: Χαλκέη παρθένος εἰμι, eamque Delphis dedicasse Apollini cum hac Inscriptione. In ed. Barn. notatur varia lectio ἑλὼν τόδ' Ὁμηρος, et v. 2. ἧς ὑποφραδμοσύνης.

CLIII. Vat. C. p. 166. Ἀνακρέοντος. „In Buherii et „Guieti apographis titulus est ἀνάθημα Σοφοκλέους, et se„quitur post Simonidis Ep. LXVIII. cujus etiam esse vi„dentur quae praecedunt pleraque et Anacreonti ad„scripta sunt. Hocce autem Anacreontis esse non potest, „cui Barnesius tribuit. Vide Misc. Obss. T. II. p. 4.“ *Br.* Constat, Anacreontem esse mortuum, antequam *Sophocles* primum drama in scenam produceret. Legitur hoc carmen inter Reliqq. Anacr. p. 487. ed. Fisch. *Anth. Reisk.* nr. 434. — V. 2. ἀνεθήκατο πρ. *R.* — εἶδε Vat. C. quod *R.* in εἶχε mutavit.

CLIV. In Append. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* IV. 88. p. 322. Anthol. *Bonadae* p. 109. Inscriptum imagini pictae pontis, quo Mandrocles, Dario jubente, Bosporum junxerat. In illa tabula conspiciebatur rex in solio collocatus et exercitus mare transiens. Facta illa ἐκ τῆς δεκάτης, quam Darius Mandrocli concesserat. — V. 2. Μανδρόκλεων. Vat. C. *Gyllius*, qui hoc Epigr. profert in Opere de Bosp. Thr. II. 13. ex schedis Ἀνδροκλέης dedit. — σχεδίας. Vat. C. *Aeschyl.* in Pers. 69. exercitus. λινοδέσμῳ σχεδίᾳ ποροθμὸν ἀμείψας — πολύγομφον ἔρεισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου. — Ἥρῃ. Junoni, patriae Deae, hanc tabulam dedicaverat Mandrocles Samius. — V. 3. τῷ μὲν δὴ στεφ. Vat. — στέφανον sensu translato de ornamento et honore accipiendum esse, (vide *Simonid.* Ep. XLI. p. 133.) monuit *Wesselingius* contra *P. Bertium*, qui in Libro de

Agger. et Pont. c. 2. Mandroclem corona aurea a Dario donatum esse dixit. — V. 4. desideratur in Vat. C. — βασιλέος in Wessel.

CLV. Append. Planud. p. 502. St. 9. W. ex *Aeschin.* Or. c. Ctesiph. p. 572. ed. R. *Plutarcho* in vita Cim. T. III. p. 115. ed. Bry. *Tzetza* ad *Lycophr.* v. 417. Anth *Bonadae* p. 344. Eione, urbs Thraciae ad Strymonem, (*Thucyd.* IV. 103.) quae Persis paruerat, post horum in Graecia cladem a Cimone oppugnata est, Bogâ sive Butâ urbem tanta cum pertinacia defendente, ut, cum ei, Eione tradita, potestas facta esset abeundi, quocunque vellet, hanc conditionem accipere nollet, ne regi suspectus fieret, sed se potius cum omnibus suis rogo concremaret. Diserte rem narravit *Herodot.* VII. 107. p. 553. ubi vid. *Wessel.* attigit *Thucyd.* I. 98. *Pausan.* VIII. 8. p. 614. Nostrum Epigramma cum duobus seqq. Hermis insculptum erat. — V. 1. ἡ ἄρα mallet *Valcken.* ad *Herodot.* V. p. 376. 21. — V. 3. κρυερόν. Vulgo. αἰθωνα est ap. *Aeschin.* et *Tzetzam.* *Callim.* H. in Cerer. 67. ἄγριον ἔμβαλε λιμὸν Αἰθωνα, κρατερόν. Cf. *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. I. 27. — V. 4. Primi omnium viam et rationem invenerunt, qua hostes in consilii inopiam conjicerent.

CLVI. Append. Plan. p. 502. St. 9. W. ex *Plutarcho* l. c. et *Aeschine.* Anth. *Bonadae* p. 344. — V. 1. μισθόν. hunc honorem. — V. 2. ἀντ' εὐεργεσίης. *Simónid.* Ep. XL. πατρὶς δὲ Κέρινθος Ἀντ' εὐεργεσίας μνᾶμ' ἐπέθηκε τόδε. — ¶. 181.] V. 3. ἰδὼν καὶ ἐπεσσ. ἰθελήσαι. *Plut. Aesch.* quod fortasse emendatione non indigebat. Sensus idem in Ep. *Mnasalcae* XVI.

ἄρνυνται δ' ἀρετᾶς αἶνον μέγαν· ἀλλά τις ἀστῶν
τούσδ' ἀϊδών, θνάσκειν πλάτῳ ὑπὲρ πατρίδος.

— V. 4. ἄμειν ἔχειν. *Plut.* ἀμφὶ ξυνοῖσι πρ. μόχθον. *Aesch.* Versum initio mutilum indicant variae lectiones in codd.

quorum alii χαίρων ἀμφὶ ξυνοῖς πρ. alii ἀμιξινοῖσι, alii denique ἀμφὶ τοῖς ξυνοῖς habent.

CLVII. Appendix Plan. l. c. Ap. *Aeſchinem* et *Plutarch.* Il. cc. *Bonadae* Anth. p. 345. — V. 1. Μενεσθεύς. Reſpicitur ad Homer. Ιλ. β. 552. qui ſic de Meneſtheo:

τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ,
κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.
Νέστωρ οἷος ἔριζεν.

— V. 2. ἀμπέδιον vulgo ap. *Aeſchin.* Noſtrum eſt in codd. — V. 3. πύκα χαλκοχιτώνων. *Aeſchin.* Cod. Bern. ut *Plutarch.* — V. 4. κοσμήτορα *Aeſchin.* Idem ἔξοχον ἄνδρα. — V. 5. ἀεικὲς *Marklandus* in ἄληϑες mutandum cenſebat. *Non igitur inſolitum Athenienſibus.* — V. 6. κοσμητὰς π. *Aeſch.*

CLVIII. In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Aeſchine* cont. Cteſ. p. 580. ed. R. Inſcriptio prope curiam in Metroo affixa in eorum honorem, qui Thraſybulo duce Athenas, triginta tyrannis expulſis, in libertatem vindicaverunt. His, quorum virtute reſpublica reſtituta fuit, praeter alia honorum praemia etiam haec inſcriptio decreta eſt. Rem fuſe et accurate expoſuit *Taylor* in Vit. Lyſiae p. 145. ed. R. — V. 1. στεφάνοις. *honoribus.* ut Ep. CLIV.

CLIX. Vat. C. p. 205. ἄδηλον Ἡροδότου. Append. Plan. p. 508. St. 12. W. ex *Herodoto* V. 77. p. 411. unde illud ſumſit *Ariſtides* T. II. p. 380. Anth. *Bonadae* p. 113. Athenienſes cum in bello contra Chalcidenſes ſuscepto (Ol. LXVIII. 2.) ditiſſimos horum cepiſſent, eos una cum Boeotiorum captivis in carcerem conjecerunt. Quos cum paulo poſt binis ſingulos minis multatos ſolviſſent, eorum vincula in arce ſuſpenderunt, decimis τῶν λύτρων Minervae conſecratis. Illius expeditionis mentionem fecit *Himerius* Or. II. 12. ubi vide *Wernsdorf.* Quadrigas vero ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτας καὶ

Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ commemorat *Pausan.* I. 28. p. 67. — V. 3. Horum superbiam in tenebris bene muniti carceris domuerunt. Sic δεσμὸν σιδήρεον accipere malim de carcere quam de vinculis, propter epitheton ἀχλυόεις. — Ad ἔσβεσαν ὕβριν *Wesselingius* comparavit dictum Heracliti ap. *Diogen. Laert.* IX. 2. ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊήν. Sic etiam in Oraculo ap. *Herodot.* VIII. 77. δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβριος υἱόν. *P. Silent.* Ep. XXXV. σβέσσον ἀγηνορίην, ἐγγὺς ἴδ' ἐς Νέμεσιν. Ep. ἀδέσπ. DCXXIX. σβεννύντας ποτε τούσδε τυραννίδα. — Caeterum in membr. ἀχλυνθέντι et ἔσβεσεν legitur.

CLX. Anth. *Bonadae* p. 119. Ex *Plutarchi* Vita Themist. c. 8. Tom. I. p. 255. ed. Bry. qui hoc carmen insculptum fuisse tradit uni columnarum ex marmore, quae stabant circa templum Dianae in Artemisio, promontorio Euboeae. Spectat illustrem Graecorum de Persis victoriam, in illis regionibus reportatam. — V. 1. παντοδαπῶν. quia Xerxes ex omni Asia copias contraxerat. Cf. *Valckenar.* ad *Herodot.* VII. p. 536. 35. — V. 4. σήματα. illas columnas. *Plutarch.* l. c. στῆλαι κύκλῳ λίθου λευκοῦ πεπήγασιν· ὁ δὲ λίθος τῇ χειρὶ τριβόμενος καὶ χρόαν καὶ ὀσμὴν κροκίζουσαν ἀναδίδωσιν.

¶. 182.] *CLXI.* Anthologia Lat. II. XIV. T. I. p. 195.

Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis,
Civibus ingratis et patria interiit.
Πάντες, Μιλτιάδη, ταλαρήϊα ἔργα ἴσασιν
Πέρσαι, καὶ Μαραθὼν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

Ad hoc Epigramma *Burmannus* commemoravit scriptores, apud quos hi versus reperiuntur, omisso tamen *Fleetwoodio* p. 168. 3. — V. 1. *Reinesius* ap. *Gruterum* ταλαρήϊα in μάλ' ἀρήϊα mutat. τὰ σ' ἀρήϊα emendavit *Wessel.* ad *Herodot.* VI. p. 501. 6. Eandem emendationem

ut ſuam profert *Klotzius* ad *Tyrt.* p. 52. — V. 2. *σῆς* ἀρ. eſt ap. *Gruterum* p. CCCCXXXVIII. *τῆς* ap. *Pithoe.* in Praeterm. poſt L. IV. Ep. p. 181.

CLXII. „Extat hoc Epigramma ap. Aelian. H. A. „X. 40. ubi mendoſe editum. Emendatius vero in Sto„baei Ecl. Phyſ. p. 167. *Grot.*“ *Br.* *Stobae.* l. c. LII. nr. 48. T. II. p. 1017. ed. *Heer.* *Φίλων ὁ Ἡρακλειώτης ἐν τῷ πρὸς Νύμφιν περὶ θαυμασίων ἐν Σκυθίᾳ, φησὶ ὄνους γίγνεσθαι κέρατα ἔχοντας, ταῦτα δὲ τὰ κέρατα δύνασθαι τοῦτο τὸ ὕδωρ διαφέρειν. Καὶ Ἀλεξάνδρῳ Μακεδόνι ἐνεχθῆναι ὑπὸ Σωπάτρου κέρας τοιοῦτον, ὃ καὶ ἀνατεθεῖναι ἐν Δελφοῖς, ἐφ' οὗ καὶ ἐπιγεγράφθαι· Σοὶ τόδ' κ. τ. λ.* Ad hunc locum clariſſ. Editor veterum loca de Stygis aqua collegit poſt *Beckmann.* ad *Antigon. Car.* c. CLXXIV. p. 217. *Nicol. Loënſ.* in Epiphyll. III. 10. (Fac. crit. Suppl. V. p. 353.) et *P. Leopardum* in Emendd. IV. 8. p. 98. — V. 2. *σχῆμα τὸ δ.* *Aelian.* quod variis conjecturis locum fecit. Verum viderunt *Trillerus* et *Kuhn.* ad *Aeliani* V. H. I. 27. p. 48. ubi quaedam de *κάνθωνι.* Cf. ad *Apollinar.* Ep. I. T. II. P. II. p. 318. — V. 3. „*Λουσηΐς* dicitur Styx ab Arca„diae vicina urbe, cui nomen *Λουσοί*, de qua praeter „Stephanum videndus Pauſanias p. 636.“ *Br.* Ap. *Aelian.* eſt *Λουδησιάδος*, in codd. quibusdam *Stobaei Λουσιάδον.* — Vulgatum *ἀχράντου* *Brunckius* in *ἀχράντῳ* mutavit. Sic certe epithetorum elegantior collocatio. — V. 4. *βάσταζε* vulgo ap. *Aelian.* — *ἠνορέην.* vim illam aquae omnia perrumpentis.

Lectt. p. 287.] *CLXII.b* Ex *Gruteri* Inſcript. p. MDCCIII. Deeſt finis. Bales quidam Aeſculapio, qui ipſi cum adverſa valetudine conflictanti opem tulerat, columnam ſive ſtatuam ex marmore ponit. — V. 1. *Παιῆον* et *Παιᾶν* Aeſculapius. — V. 3. Major diſtinctio ponenda poſt *βαρυαλγέος.* Tibi ſtatuam Bales ponit, memor eorum, quae tibi, aegritudinis, qua laborabat, averruncatori, debet; quod autem ad futuram ipſius

aetatem attinet . . . . — V. 2. ἐτήλλην ap. *Grut.* frequenti errore lapidariorum, qui literas temere duplicabant, et C cum E confundebant. — V. 4. ἐλαθείς. *Grut.*

¶. 182.] *CLXIII.* Anth. Plan. p. 10. St. 18. W. Philippus, Demetrii filius, rex Macedoniae, Ciroada, Odryſarum rege, ſuperato, Dianae manubiarum partem dedicat. *Alcaei Meſſenii* hoc Epigramma eſſe ſuſpicabatur *Schneiderus* in not. mſt. Hujus poëtae carmen in Planudea praecedit, quod huic conjecturae nonnihil probabilitatis addit. Equidem tamen illud ad *Antipatrum Sidonium* referre malim, quem vide Ep. XVIII. ubi de Philippi expeditionibus contra Odryſas monuimus. Ignotam eſſe hujus Epigrammatis hiſtoriam notavit *Joſ. Scaliger* in notis mſt. Ciroadas rex, quem *Cary* in *Hiſtoria regum Thraciae* ne nominat quidem, inter eos regulos latere videtur, quos Philippus, Amadoco devicto, timore compeſcuiſſe dicitur ap. *Livium* XXXIX. 36.

CLXIV. Ex *Plutarchi* Vita Flamin. T. II. p. 417. ed. *Bry.* Anth. *Bonad.* p. 77. Flamininus poſt reſtitutam Graecis libertatem Delphis argentea ſcuta et ſuam ipſius peltam poſuit, Dioscuris hoc munus in titulo ſuperſcripto offerens. — V. 3. Τίτος. In eundem eſt Ep. *Alcaei Meſſen.* XVI. ubi cum Xerxe comparatur: ἀλλ' ὁ μὲν Εὐρώπᾳ ζοῦλον ζυγὸν αὐχένι θήσων Ἕλλην· ὁ δ' ἀμπαύσων Ἑλλάδα δουλοσύνας.

CLXV. Ex *Plutarcho* l. c. *Bonadae* Anth. p. 78. Adſcriptum coronae aureae, quam Titus Flamininus Apollini dedicavit. — V. 1. „Corruptum mihi videtur „ἐθηκε, quod verbum ſubjecto caret; nam a ταγὸς pen„dere non poteſt, niſi ſcribatur καὶ πόδεν, quod plus quam „frigidum eſſet, ἐθηκε κεῖσθαι ἐπὶ πλοκάμοις καὶ πόδεν. Lu„bens reponerem ἐπὶ πλοκάμοισι γεγηθοις, quae emenda„tio veriſimilis eſt et elegans.“ *Br. Reiskius*, commate poſito poſt ὃν πόδεν, verba ſic junxit: ὁ ταγὸς Αἰνεαδᾶν τόνδε στέφανον, ὃν πόδεν, ἐθηκεν ὥςτε κεῖσθαι σοῖς ἐπὶ πλοκά-

μοις. Non omnes inſcriptiones, donariis additae, ab optimis poëtis compoſitae ſunt; fieri igitur potuit, ut verſificator, qui hoc Epigrammation conſcripſit, verſus implendi cauſa ad duram verborum ſtructuram confugeret. Hoc tamen loco minima fortaſſe mutatione ſcribendum:

ὃς πόρεν Αἰνειάδαν ταγὸς μέγας.

Auream hanc coronam, Phoebe, Romanorum imperator, cujus ea donum eſt, (ὃς πόρεν) eam ob cauſam dedicavit, ut immortalem tuam ornaret caeſariem.

¶. 183.] *CLXVI.* In Gudianis Inſcriptt. ab Heſſelio editis p. 55. Eandem ex Camilli Peregrini Diſſert. de Campania Felici protulit *Cuperus* in Harpocr. p. 152. et *Bonada* in Anth. p. 81. Arrianus Nemeſi et συννάοις θεοῖς aram dedicat. Qui ſint illi σύνναοι θεοί, intelligitur ex Inſcriptione Latina, graeco diſticho addita:

Juſtitiae, Nemeſi, Fatis, quam voverat aram,
Numina ſancta colens, Cammarius poſuit.

CLXVII. „In Notis J. B. Zenobetti in Meleagri „Idyll. p. 20“ *Br.* Hermae inſculptum fuit. Edidit, praeter *Zenobettum*, *Winkelmann in den Nachr. von den Herkulanenſiſchen Entdeckungen* II. p. 94. Obſcurum Epigramma propter loci, ubi ille Hermes poſitus fuit, ignorantiam. Putaverim, illum ſtetiſſe in veſtibulo bibliothecae, ſive etiam ante januam, in loco platanis conſito. Certe verba ἄλσος Μούσαις ἱερὸν de bibliotheca apte explicari poſſunt, ut Ep. in Byz. Mon. XIII. οἶκος Ἑλικῶνος. Quae ſi vera eſt interpretatio, de aedibus Muſis dicatis proprie dixit poëta ἀνακεῖσθαι, quod in hac re idem eſt ac ἀνεῖσθαι, conſecratum eſſe. Vide cl. *Visconti* Iſcr. Triop. p. 80. *Valcken.* ad Phoen. p. 350.— V. 2. βύβλους et ταῖς πλατ. *Winkelm:* Recte. Nota ſunt plataneta in tectorum impluviis ſata. Fortaſſe in villa

fuit illa bibliotheca, (cf. *Lipſ.* de Biblioth. c. VIII.) ubi platanis inprimis locus. Cf. *Senec.* Ep. XII. 1. et LV. 7. et *Mitſcherl.* ad *Horat.* II. Od. XI. 13. — V. 3. ἡμᾶς. Muſas puta. Hae promittunt, ſi quis literarum vere ſtudioſus ad hunc locum acceſſerit, ſe eum hedera coronaturas eſſe. — τῷ κισσῷ. Hedera igitur idem ille locus conſitus, ut Muſis et Apollini ſacer eſſe videretur. *Dioscorid.* Ep. XXV. Ἑλικὼν εὔκισσος. Terra circa Ibyci tumulum πολὺν κισσὸν χεύατο. Ep. ἀδέσπ. DXXVIII.

CLXVIII. „Refert hoc Epigramma Plutarchus de „Puerorum Educat. T. II. p. 14. Rebus ipſis dedicatis in„ſcribebant epigrammata, ita ut in inſcriptione, quid res „dedicata eſſet, declarare opus non haberent. Sic in „Inſcriptione coronae aut ſecuris, quas Veneri dedica„vit Cornel. Sulla, quamque refert Appianus de Bellis „civil. L. I. p. 411. neutrius comparet nomen. — Forte „Eurydice Muſis etiam coronam dedicaverat; nam τόδε, „in uno codice repertum, manifeſta eſt menda, quae „ne commemorari quidem debebat.“ *Br.* Anth. *Bonadae* p. 121. Eurydice cum Illyrica eſſet et τειβαζβαρος — *Pſeudo-Plutarchi* verba ſunt — ut filios ſuos erudire poſſet, aetate jam provectior, literis operam dedit. — V. 2. „εὔιστον minime ſollicitandum. Vox eſt „optimi commatis, licet eam omiſerint Lexicographi. „εὔιστος πόθος eſt *pulcra cupiditas adipiſcendae ſcientiae*, „diſcendi ſtudium.“ *Br.* Eleganter εὔιστον πόθον pro ἱστορίης, ſubſtantivo latente in adjectivo. Similiter *Aeſchyl.* in Agam. v. 261. εὐάγγελοι ἐλπίδες, *ſpes boni et fauſti nuntii.* Ibid. v. 9. φέρουσαν ἐκ Τροίας φάτιν, Ἁλώσιμόν τε βάξιν, *nuntium de capta urbe.* Multa hujus generis ap. poëtas proſtant, ubi adjectivum poſſeſſivum objective accipitur. Male *Toup.* Emend. in *Heſych.* IV. p. 325. tentavit: εὔλιστον ψ. πόνον, *quae laborem bene amatum animo ſuscepit.* — V. 3. μνημεῖα λόγων. *Hic uſus eſt literarum, ut cuſtodiant voces ex velut depoſitum reddant legen-*

tibus. *Quintil.* Inst. Or. I. 7. fin. Prometheus ap. *Aeschylum* v. 459. ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις, Μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάτιν. — Ceterum urbs Illyriae Hierapolis ex hoc uno tantum loco, ni fallor, cognita.

CLXIX. *Reisk.* Anthol. p. 109. nr. 649. In membr. Vat. non legitur, ut nec tria alia Epigrammata, quae ibidem dedit *Reiskius* nr. 648. 650. 651. Ultimum horum, pro *Philodemi* carmine venditum (cf. *Philodemi* Ep. IX.), recentioris esse auctoris nunc nullus dubito. Nostrum habetur in *Gruteri* Inscriptt. p. MLXVIII. unde illud repetivit *Fleetwood* p. 50. et *Muratori* multis maculis foedatum. Cf. *Leichium* in Misc. Lips. I. 3. p. 450. et *Dorvill.* ad *Charit.* p. 491. sqq. — Sallonius Menas Mercurio in montibus Tallaeis culto post mortem conjugis duplices libationes offert. — V. 1. Ταλλαίοισιν. Schedae Dorv. Ταλαιός. ὁ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ. *Hesych.* De montibus Tallaeis vide *Meurs.* in Creta p. 198. et *Chishull* in Antiqq. Asiat. p. 134. — Quum in apogr. Lipsiensi esset Ταλείοις ἵδρις υἱεῦ, *Reiskius* dedit: Ο. Ταλλείοις ἱδρυσμένε. *Muratori*: Ταλλαίοις εἰδ ευμενε. — V. 2. φιλοφρόσυνος. Huic lectioni, quam plurimorum apogr. consensus tuetur, bene patrocinatur *Reiskius*, qui comparat similes formas, γηθόσυνος, ἑταιρόσυνος, δεσπόσυνος, alia. In *Hug. Grotii* apogr. erat φιλοφροσύνης, ap. *Murator.* φιλοφρονέως. — V. 3. Omnes ἥν σοι praeter *Reiskium*, qui ὧν σοι dedit, nulla necessitate urgente. Vulgarior junctura foret ᾗ (σπονδῇ et θυσίῃ scilicet) σε γεραίρει Σ. ut est ap. *Theocrit.* Eid. VII. 94. Ep. ἀδέσπ. CCL. 7. μερόπων φυὴν ἐγερῄραμεν ἐλαίῃ. Noster per enallagen minime insolentem ἥν σοι Σ. γεραίρει, *quam tibi Sallonius honoris causa offert.* — V. 4. ἐξ ὁσίης *ex re bene et sine ulla injuria parta*, quam βίον ἐκ δικαίου appellat *Aristoph.* in Plut. 754. ubi vide *T. Hemsterh.* Similia quaedam dedit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 79. Plurimum huc facit Ep. *Cornel. Longini* I. T. II. p. 200.

Ἐκ πενίης, ὡς οἶδα, ἀκεχιφύος, ἀλλὰ δικαίης, Κύπρι, ταῦτα δίχου δῶρα. — ψυχικὰ δῶρα de *cruentis sacris* accipiebat *Dorvillius*; vereor, ut recte. Nam haec verba non ad θυσίην tantum, sed simul ad σπονδὴν et λοιβὰς referenda sunt. Quare ψυχικὰ δῶρα interpretor ἐκ ψυχῆς διδόμενα, *ex animo data*, sive, ut *Grotius*: *Dat tibi sacra libens*. Minime certe probanda *Reiskii* conjectura, temere in textum recepta, πτωχικά. Nec enim *mendici* haec munera erant, nec quisquam eorum omnium, qui in his carminibus donorum suorum tenuitatem excusant, πτωχικὰ illa appellavit, sed λιτὰ (vide ad *Gaetulici* Ep. III. T. II. P. II. p. 32.), μικρά, πενιχρά, ὀλίγιστα. Cf. *Zonae* Ep. II. *Leonid. Tar.* Ep. VIII. XV. — V. 5. Hunc versum cl. editor dedit ex emendatione *Dorvillii*. Vulgo abest copula. Expressus videtur ex *Homer.* Ω. ω. 88. οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Non male tamen *Reiskius* mulieris nomen latere suspicatus legit: καὶ πρὶν μὲν Ζώης (Ζωῆς) ἀλόχου —. Ap. *Murator.* est ζώοις σ' ἀλ. Idem v. 6. σικικη κατενος τασσου εγερχιρε τοπους. Dubitat *Reiske*, utrum σοὺς fuerit an τούσδ'. Prius plurimorum consensu nititur. — V. 7. Ap. Lips. ἀνθ' ὧν δὲ χρονίσας ἀφετήσιον. Nostrum est ap. *Fleetwood.* et *Dorvill.* In ἀπετήσιον neglecta est adspiratio, cujus anomaliae plurima exempla dedit *Reiske* ad *Constant. Porphyr.* de Cerem. p. 138. Dicit Sallonius, se, conjuge extincta, ob gravissimum dolorem annua illa sacra omisisse, nunc autem, ne quid in rebus divinis neglexisse videretur, dupla eadem afferre. — V. 8. συμβίη pro ἀλόχου. τοῦδε ad Sallonium referendum. — V. 9. δ' post μαθὼν *Reiske* mutavit in θ', omnino male. Nam in praecedenti enuntiatione μὲν subaudiendum, hoc fere sensu: quamvis paratam habens excusationem in gravissimo illo dolore, tamen, divina colenda esse sciens, dupla tibi illa sacrificia offert. — δεῖ γε τὰ θεῖα *Reisk.* lectoribus non monitis. — V. 10. διπλη. *Gruter.* δήλην

Ap. Lipſ. δίναν *Murat.* διπλῆν hos voluiſſe probabile eſt.— V. 12. σῶον. *Reisk.* ut non male, ita citra neceſſitatem.— δι' ὅλου. *ut tuas aras novo ſemper honore colat.*

¶. 184.] CLXX. Edidit *Joſeph. Scaliger* ad *Hieronymi* Chron. p. 215. et *Salmaſ.* ad Scr. H. Aug. T. I. p. 176. Vide *Gruter.* Inſcript. p. 317. Supra ſcriptum: Κοσμητεύοντος Πλουτάρχου Ἀχαρνέως, et in fine: Ἀγωνοθετήσας Ἀδριανείων. Hinc apparet, Achiriſtum, cujus hoc carmine fit mentio, viciſſe in ludis ab Hadriano Athenis inſtitutis. De his Hadrianeis vide *Fabric.* ad *Dion. Caſſ.* LXIX. 16. p. 1164. — V. 1. μέγα κῦδος ἐν κατοῖς ſuſpicatur *Caſaubon.* — V. 2. Εὐτυχίδης dedit *Salmaſius*, cum in marmore eſſet Εὐτοχίδης. Vide *Stephan. Byz.* in Εὐτυχίδαι. Cf. *Meurſium* de popul. Att. p. 34. Sic etiam ap. *Heſychium* corrigunt T. I. p. 1521. Εὐτυχίδαι (vulgo Εὐτυχίδαι) δῆμος καὶ τόπος Ἀθήνησιν. ubi tamen ordo literarum Εὐτοχίδαι poſtulat. — *J. Scaliger* in Not. ad Gruter. p. CCCVIII. in noſtro Epigr. Εὐχοπίδης ſcribit.— V. 3. ἐκ βρεφέων ἀέθλοισιν ε. καὶ ἐφ' ἥβης ſuſpicatur *Caſaubon.* improbante *Salmaſio*, qui Achiriſtum agonothetam et epheborum κοσμήτην fuiſſe exiſtimat; illud indicari verbis ἐπασκήσας ἀέθλοις, hoc ἐφήβοις. Non perſuadet. Nec tamen *Caſauboni* emendationem veram eſſe putaverim.

CLXXI. Ex *Athenaeo* L. XIV. p. 629. A. Ἀμφίων δὲ Θεσπιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι Μουσείου (i. e. de feſto Muſis inſtituto. vide *Pauſan.* IX. 31. p. 771.) ἄγεσθαι φησὶν ἐν Ἑλικῶνι παίδων ὀρχήσεις μετὰ αὐλήσεως, παρατιθέμενος ἀρχαῖον ἐπίγραμμα τόδε· Ἀμφότερ' κ. τ. λ. Scriptum eſt in ſtatuam Bacchidae Sicyonii, qui et ſaltandi arte praeſtabat et muſicae operam dederat. Illa autem ſtatua ei poſita fuiſſe videtur poſt victoriam a choro, cui Bacchides praeerat, reportatam. Fuit igitur χοροδιδάσκαλος, qualis Antigenes ap. *Simonid.* in Ep. LXXVI. in chori victoriam compoſito, ὃς καινοὺς ἐδίδαξεν ἄνδρας.

Ibi-

Ibidem commemoratur Ariſto, qui tibiis accinebat, ἡδὺ πνεῦμα χέων καθαροῖς ἐν αὐλοῖς, ut hîc Anacus tibicen. Quum hoc Epigramma, teſte *Athenaeo*, in Amphionis opere eam ob cauſam prolatum eſſet, ut doceret, *puerorum* ſaltationes in Helicone fuiſſe exhibitas, ſuſpiceris ſcribendum eſſe: ἐδίδασκον παῖδας. — V. 2. Pro Φιαλεὺς *Caſaubonus* primum Φιγαλεὺς emendandum cenſebat, a vetere Arcadiae oppido Phigalia; deinde nihil mutandum eſſe intellexit ex *Stephano Byz.* in Φιγαλέα. — μετωνομάσθη δὲ Φιάλεια δίχα τοῦ γ, ἀπὸ Φιάλου τινος. — V. 4. τᾷ Σ. et ἀπέκειτο vulgo. Utrumque emendavit *Caſaubonus*. Poſſis et καὶ Σικ. legere, ut Bacchidae ſtatua et Diis et patriae poſita eſſe dicatur.

CLXXII. „In Edmundi Chishull Antiqq. Aſiat. „P. II. cujus ultra tertium folium nihil quod ſciam pro„diit. Ibi autem legitur p. 7. Reperta haec inſcri„ptio Epheſi, cujus antiquum nomen Ptelea." *Br. Bonadae* Anth. II. p. 515. Dorotheus quidam Antonini ſtatuam, Epheſi terra obrutam, protraxit et iterum dedicavit. — Ἔφεσος — ἐκαλεῖτο Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα καὶ Τριχία καὶ Ὀρτυγία καὶ Πτελεής. *Stephan. B.* Sic vulgo. Sed Πτελέα legendum eſſe monuit *Pinedo* ex *Euſtathii* Comm. ad Dionyſ. Perieg. v. 827. Cf. *Plin.* H. N. V. 31. p. 278.

CLXXIII. Vat. C. p. 491. Σατύρου. „Edidit Salma„ſius in Plinianis p. 83. et iterum p. 766. cum latina „verſione metrica. Hoc autem loco ait, auctorem eſſe „veterem poëtam Satyrum. Forte in membranis ad„ſcriptum eſt nomen Σατύρου, idemque erit auctor, qui „vulgo Satyrius Thyillus nuncupatur. Conferendum „Erycii V. T. II. p. 296. et Leonidae Tar. XVII. T. I. „p. 224." *Br.* Pan venatoribus aucupibusque, ipſius opem implorantibus, auxilium ſe laturum eſſe promittit. — V. 1. καλαμὶς eſt arundo viſcata aucupis; haec ὀρνεόφοιτος, *aves appetens*. — Aucupium et λαγωβολίαν jun-

git *Propert.* II. El. XV. 23. *Haec igitur mihi ſit lepores audacia molles Excipere, et ſtructo figere avem calamo.* — V. 3. Pan canibus leporum oſtendit veſtigia. λαγίου ποδὸς, i. e. δασύποδος, λαγοῦ. — V. 4. ἄνθεσιν ἀκλινῶν παναγει κ. Vat. C. *Salmaſius* exhibet: σύνθεσιν ἀκλινῶν Πὰν ἀνάγει κ. Arundines compoſitae tacita manu ἀνάγονται, eriguntur et creſcunt, usque dum attingant avem, quae petitur. *Martialis* XIV. 218. in calamos aucupatorios: *Non tantum calamis, ſed cantu fallitur ales, Pallida dum tacita creſcit arundo manu.* Cf. eundem L. IX. 55. Inprimis diſertus eſt locus *Silii Ital.* VII. 675.

Ut qui viſcata populatur arundine lucos,
Dum nemoris celſi procera cacumina ſenſim
Subſtructa certat tacitus contingere meta,
Sublimen calamo ſequitur creſcente volucrem.

In noſtro igitur Epigr. Pan aucupi opem ferre dicitur, dum efficit, ut arundinem tacita manu erigat. ἀκλινῶν, quae in neutram partem declinant, rectâ ſurgunt et tolluntur.

CLXXIV. Vat. C. p. 149. ſq. Plan. p. 416. St. 552. W. „Eſt in Planudea tanquam auctoris Alexidis. Sed „in Vat. membr. recte ἀνάθημα Ἀλέξιδος. Vulgo deeſt „initium primi pentametri. In membr. ſcriptum δινδυ„μένης μύσταις, et ad oram repoſitum δινδυμένης. Salma„ſius legebat δίνδυμον, ἧς μύσταις.“ *Br.* Gallus, aetate provectior, Matri Deûm inſtrumenta dedicat, quibus olim in ſacris obeundis uſus fuerat. Cf. *Philipp.* Ep. VI. *Eryci.* Ep. II. — V. 1. Vulgo inepte diſtinguitur, μῆτερ ἐμὴ γαίη, Φευγ. *Theocrit.* Eid. IX. 15. Αἴτνα μᾶτερ ἐμά. — θρεπτ. λεόντων. *Jubae tellus – leonum arida nutrix. Horat.* I. Od. XXII. 12. Ida μήτηρ θηρῶν paſſim ap. *Homerum.* — V. 2. δινδυμένης Vat. C. a pr. m. Supra ε poſitum ι. In marg. γρ. δινδυμένης. In Planud. ... μένης μ. Aldina 3. lacunam implens ἡ μὲν ἔχεις μ. quo nihil jeju-

nius. Nec multo felicius *Joſ. Scaliger* in not. mſt. καὶ τὸ μόνοις μ. Solus *Huetius* p. 39. veram lectionem ſuboloratus legit: Δίνδυμα, τοῖς μ. *Salmaſii* emendationem expreſſit magnus *Grotius: cujus ſunt ſemper Dindyma plena choris.* Plurali numero utitur *Leonid Tar.* Ep. VII. Δίνδυμα καὶ Φρυγίης — ἀμφιπολεῦσα πρῶνας — μήτηρ. *Virgil.* Aen. IX. 617. *O vere Phrygiae — ite per alta Dindyma. Claudian.* de R. Proſ. II. 269.

Mater, io, ſeu te Phrygiis in vallibus Idae
Mygdonio buxus circumſonat horrida cantu,
Seu tu ſanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis, et ſtrictos Curetum reſpicis enſes.

qui locus ad noſtrum Epigramma facit. De forma Δίνδυμον vide *L. Holſten.* ad *Stephan. Byz.* p. 99. ſq. — V. 3. θῆλυς Ἄλιξις, *eviratus. Catull.* LXIII. 27 *Atys notha mulier*, ubi vide cl. *Doering.* — οἰστρήματα λύσσης inſtrumenta, quae eum in furorem conjicere ſolebant. *Aeſchyl.* ap. *Strabon.* T. II. p. 721. C. μέλος ἐκαγωγὸν μανίας δμοκλάν. — Ille furor χαλκότυπος, quia eo exiſtimulati *quatiunt terga tauri — cava digitis*, ut eſt ap. *Catull.* l. c. 10. et cymbala aënea crepant. — V. 5. „ἀλαλητὸν „repoſui pro vulgato ἀλαλητόν. Ionicum eſt ἀλαλητός, „ut ἀλητός, πληθός, βρωτός, μυστός, et infinita talia, „quae fere a Lexicographis omiſſa et a librariis oblitterata, mutata terminatione nunc in ης, nunc in ος.“ *Br.* De hac forma vide inprimis *Rubnken.* Ep. crit. p. 132. et *Valcken.* ad *Herodot.* p. 42. In membr. eſt ἀλαλητῶν. — βαρυφθόγγων, *acres tibias* vocat *Horat.* l. Od. XII. 1. 2. *Tibicen ubi canit Phryx curvo grave calamo. Catull.* At. 22. ubi vide quae de Phrygiis tibiis notavit cl. editor. In noſtro loco elegans eſt enallage pro αὐλῶν καμπτομένων, i. e. πεποιημένων ἐκ κέρατος μόσχου. — ¶. 185.] V. 8. φάσγανα φοινιχθέντα. cultros ſanguine infectos, quippe quibus ſe ipſos vulnerabant Galli furibundi. Atys ap. *Ovid.* Fa-

ſtor. IV. 237. *Saxo corpus laniavit acuto.* — *Venit in exemplum furor hinc: mollesque miniſtri Caedunt jactatis vilia membra comis.* *Lucian.* de Syria Dea T. IX. p. 127. Γάλλοι — τάμνονται τε τοὺς πήχεας, καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται· πολλοὶ δὲ σφισι παρεστεῶτες, ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι. — Etiam ea, quae ſequuntur, notatu digna ſunt. — V. 8. ξανθὰς κόμας. comam adſcititiam ſive προσθέσεις κομῶν. *Philoſtr.* Epiſt. p. 899. *Clem. Alex.* Paedag. III. p. 218. — V. 10. „ἀγεμοσύνης habent duo Planudeae codd.“ *Br.* Vulgo ἀγριοσύνης. quod ex hoc uno loco in Lexicis commemoratum *furor* explicatur. Sic *Grotius: Liber ab hac faciat ſit feritate ſenex.* In *Schneideri* Lex. T. I. p. 12. conjectura depromitur ἀγεμοσύνη, i. e. ἀγυιεμός. Vox occurrit ap. *Oppian.* IV. Hal. 249. in deſcriptione feſti Bacchici, ubi bacchantium coetus ſignificantur. Rogat igitur Cybelen Alexis, ut ipſius furoribus finem imponat neque eum diutius inter Gallos verſari ſinat.

CLXXV. Vat. C. p. 456. ſq. Plan. p. 348. St. 487. W. Conf. de eadem hiſtoria Not. ad *Paul. Silent.* Ep. XLVIII. — V. 1. πῶς ποτε νικᾷ. Vat. C. — V. 2. στάρτην ὁ Λωκρός. Vat. Σπάρτιν vulgo. De hac nominis diverſitate dictum eſt ſupra l. c. — ἐνέπω eſt in membr. Vulgo ἰρέω. — V. 3. μεσοῦσα Vat. et mox ἀπεκρέμασεν. Verbum ἀποκρεμᾶν praegnanti ſignificatione accipiendum: plectrum chordam ſolvit, ita ut reſoluta penderet. — V. 5. Quum ſonum poſtularet tempus, chorda illum non ita, ut par erat, reddidit. τὼτρεκὲς ῥυθμῶν eſt pro ὁ ἀτρεκὴς ῥυθμός. In membr. et plurimis edd. vett. ῥυθμόν. Genuinam lectionem reſtituit Aſcenſ. eamque *Joſ. Scaliger* notavit in ſui exemplaris margine. — Haereo in ἤμενε. Quanto facilior ſententia decurreret, ſi legeretur:

εἰς ἀκοὰς ῥυθμῶν τὼτρεκὲς οὐκ ἤμολε.

— V. 7. ἀπ' αὐτομάτου. Vat. C. neglecto dorismo. ἀπ' αὐτομάτῳ. Ed. Flor. pr. — ἀκιστὰς eſt in membr. Vulgo ἀνα-

στάς. — V. 8. „Vulgo legitur ἐπλήρου τὼτρεκὲς ἅρμο-„νίης. Illud τὼτρεκὲς ab hiante librario e ſuperiori pen-„tametro repetitum; quod ſenſus poſcebat τοὐλλικὲς re-„poſui. Clemens Alex. Cohortationis ad Gentes initio: „ὑμνοῦντα χορδὴ τῷ λευκῷ· ἐφίπταται ὁ τέττιξ τῷ ζυγῷ· ἑτερέ-„τιζεν ὡς ἐπὶ κλάδῳ, τῷ ὀργάνῳ· καὶ τοῦ τέττιγος τῷ ᾄσματι „ἁρμοσάμενος ὁ ᾠδὸς ΤΗΝ ΛΕΙΠΟΤΣΑΝ ΑΝΕΠΛΗΡΩΣΕ ΧΟΡ-„ΔΗΝ.“ *Br.* Palmariam hanc emendationem magis etiam confirmant verba *Juliani* in Epiſt. XLI. p. 421. κιθαρῳδῷ τὸν ὄρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορδῆς ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο. — V. 9. νεῦρα γὰρ ἓξ ἐτίνασσον. pro τὰ ἄλλα μὲν νεῦρα. reliquas quidem chordas ipſe percuſſi, ſeptimae vero ſonum ſuppeditabat cicada. Sic haec explicari poſſunt. Sed vix dubito, ſcribendum eſſe:

νεῦρα γὰρ ἓξ ἐτίνασσον. ἓβδ' ἐβδομάδας — — —

In membr. eſt ἓτ' et in fine vſ. δέ μ' ἐλοίμαν. — ἕτο μελοίμαν χορδᾶς, *cum chordae ſeptimae curam agerem*, i. e. ea opus haberem. Dictum ut πολέμοιο μεμηλώς ap. *Homerum*. *Heſych.* μέμηλεν· ἐν ἐπιμελείᾳ ἐστὶν ἢ φροντίδι. — V. 10. τὰν τούτων. Cod. Vat. τὰν edd. veteres. *Stephan.* κἀν τούτῳ ex emendatione *Brodaei*. „τὰν τούτω. Sic legen-„dum et ita ſcriptum eſt in uno regiorum Planudeae „codd. Male Flor. editio τὰν τούτῳ. Vat. membr. τὰν „τούτων. Doricus genitivus τούτω, τοῦ τέττιγος.“ *Br.* — V. 11. Cicada cantum ſuum ad meum accommodavit. Notanda vox μελέτη, de cantu uſurpata. — ὁ μεσαμβρινὸς (in Vat. C. eſt μεσαμβρινός) ᾠδὸς, cicada, quae meridie maxime ſolet canere. — φθέγμα μεθηρμόσατο. ut in Ep. *Meleagri* CXXV. 6. *Erinnae* Ep. III. 8. — V. 13. ἕτε Vat. C. — Verba θρόῳ μεταβαλλομένῳ ad cicadae cantum referenda, quem illa nervis eximie accommodabat. *Grotius*:

Exanimis concors nervis animata canebat,
Et pariter flexus emodulata dabat.

— V. 15. »Vulgo συμφώνων. Vat. et Planudeorum unus »συμφωνεῖν, non melius. Legendum συμφώνῃ.« *Br.* Sic emendavit *Huetius* p. 33. Aliialiter. *Brodaeus*: τοὔνεκα νῦν σύμφωνον ἔχω five ἔγνων χ. *Joſ. Scaliger* in not. mſt. συμφώνῃ τὴν ἔχω. Vulgo et in membr. ἐγὼ χάριν. Melior lectio non fugit *Grotium*, qui vertit:

Conſona nunc a me grates mea portat, et una
Aere ſuper citharam conſidet ecce meam.

CLXXVI. Vat. C. p. 144. Plan. p. 429. St. 564. W. *Leonidae Tarentini* eſſe dixeris; ſaltem ex antiquo poëta expreſſum. *Salmaſius* in not. mſt. *Juliani Aegyptii* eſſe ſuſpicatur. — Potamo hortulanus Priapo inſtrumenta ſua dedicat. — V. 1. φιλυδρήλοιο. horti irrigui. φίλυδρα. φιλοῦντα τὸ ὕδωρ. *Suid.* — V. 2. ἄσκυλον in membr. et in Plan. ἄγκυλον certatim emendarunt *Brod. Anonymus* Bibl. Bodl. et *Scaliger* in not. mſt. — V. 3. Peram hoc verſu deſcribi cenſebat *Brodaeus*, cujus emendationi nonnihil favet Ep. *Philippi* XIV. ubi agricola cum reliquis inſtrumentis σπερμοφόρον πήρην ὠμαχθέα ponit. At quem uſum agricolae pera praebuerit, facile intelligitur; minus expeditus idem in hortulani vita. Nec verba hunc ſenſum admittere videntur. Ea res, quam poëta deſcribit, tergo inhaerens, arcebat aliquid; hoc quicquid fuerit, de pera certe cogitare vix patitur. V. βρόχεσσι pro βρόχοις, *funis, reſtis*, habebat *Brodaeus*; *Schneiderus* in Lex. Gr. L. T. II. p. 963. per βρόχην interpretatur in hoc epigrammate, veſtemque intelligit, quae arcebat pluviam. Hoc idem *Grotio* placuit:

Et fidam tergo pluvias arcere lacernam.

Intelligenda igitur *paenula*, φαινόλη, qui fuit habitus eorum, qui ſe contra coeli injurias defendebant. Modo

ſcortea fuit, modo lanea. Cf. inprimis *Donium* in Diſſert. de utraque paenula p. 319. et *Ferrarium* de Re Veſtiar. V. 2. — βροχιτὰς autem, a verbo βρέχειν derivatum, *aquam pluvialem* aeque bene deſignare poteſt, ac βροχὶς vaſculum, quo calami humectantur, atramentarium. — Caeterum initio vſ. in membr. legitur τὸν τ' ἐπὶ ν. — V. 4. ἐμβάδας. calcei ex crudo corio bovillo. ποδεσῶνας vocat *Antiphil.* Ep. IV. *perones* Latini. *Rubenius* de Re Veſt. L. II. 2. p. 144. — ¶. 186.] V. 5. Paxillus deſcribitur, quo terrae impacto hortulani foramina faciunt, quibus tenellas plantas immittant. Solum terrae εὔτρητον per prolepſin appellatur. — V. 6. ἀστιφανοῦς vulgo; eaque ipſa lectio in Vat. membr. a ſec. man. notata. — V. 7. σκάφος. vas ad irrigandam terram. ἐξ ὀχετῶν. pro ὀχετοῖς. Sunt autem h. l. ὀχετοὶ fiſtulae ſive tubuli in vaſe irrigatorio, unde aqua emittitur. — Pro διψεῦσαν in marg. διψῶσαν legitur. — V. 8. θέρευς. quod non, ut fontes, aeſtate ſiccatur. — V. 9. σοὶ τῷ κηπουρός. Vat. C. — V. 10. ἀπεργασθῆς. Vat. C.

CLXXVII. Vat. C. p. 148. Plan. p. 430. St. 564. W. Alcimenes ex parvo horto Pani munuſcula offert. — V. 1. πενηχρός. Vat. — V. 2. γευσάμενος θέρεος. cum aeſtas aliquos ipſi fructus genuiſſet, ſive eorum guſtum ipſi dediſſet. Eſt in verbo γεύεσθαι exiguae copiae notio. Cf. *Dioscorid.* Ep. XXI. *Valcken.* ad *Herodot.* VII. p. 532. 77. — V. 3. „In Vat. membr. εἶπε σύ μοι' unde „in fine praeced. verf. pro κομίζω omnino ſcribendum „erat κομίζων.“ *Br.* κομίζων eſt etiam in membr. Vulgo κομίζω ὅττι σύ μοι. — V. 5. ὑμετέρης πέτρης. ex rupe, ubi Panis ſimulacrum erat poſitum. Ibi ex fonte ſcaturiente aquam hauſerat, cujus mentio v. 3. — Grotianae hujus diſtichi verſioni tenebras offudit prava diſtinctio. Scribendum:

Ex hortis nempe illa, tua de rupe ſed iſtam
Accipe, et acceptis da, rogo, plura mihi.

CLXXVIII. In Append. Plan. p. 406. St. 11. W. ex *Pauſan.* VI. 8. p. 471. *Bonadae* Anth. p. 273. Inſcriptum ſtatuae Demarchi, filii Dinyttae, Arcadii ex Parrhaſiorum populo, qui Olympiae coronatus fuerat. De hoc Demarcho fabuloſa erat traditio, eum Jovis Lycaei ſacris in lupum converſum, decimo anno poſt humanam figuram denuo recepiſſe. Habet hanc fabulam *Plinius* H. N. VIII. 34. ex Agriopa, Demaenetum appellans, qui ap. *Pauſaniam* Demarchus eſt: *Demaenetum Parrhaſium in ſacrificio, quod Arcades Jovi Lycaeo humana etiam tum hoſtia faciebant, immolati pueri exta deguſtaſſe et in lupum ſe convertiſſe: eundem decimo anno reſtitutum athleticae, certaſſe in pugilatu victoremque Olympia reverſum.* Cf. *Auguſtin.* de Civ. Dei XVIII. 17. et *Böttigerum* de antiquiſſimis Lycanthropiae veſtigiis in Mythol. Graecor. in *Sprengelii Beyträgen zur Geſch. der Mediz.* I. 2. p. 16. ſq.

CLXXIX. In Append. Plan. p. 537. St. 13. W. ex *Pauſan.* IV. 22. p. 335. Idem carmen ex *Calliſthene* profert *Polybius* IV. 33. p. 82. ed. *Schweigh.* *Bonada* in Anth. p. 192. Inſcriptum erat columnae in Jovis Lycaei fano, quam Meſſenii Arcadesque poſuerant, poſtquam de Ariſtocrate rege, qui a Lacedaemoniis corruptus patriam et ſocios in pugna circa Foſſam prodiderat, poenas ſumſerant. — V. 2. Μεσσήνη *Polyb.* quod non ſpernendum. — V. 4. σάω ex codd. recepit *Schweigh.* quem vide T. VI. p. 56. *Callim.* H. in Cerer. 135. χαῖρε θεὰ καὶ τάνδε σάω πόλιν.

CLXXX. In Append. St. p. 506. 11. W. ex *Pauſan.* VIII. 5. p. 607. *Bonadae* Anth. p. 113. Tegeae oſtendebatur velum Laodices, Agapenoris filiae, qui, Troja expugnata, cum Arcadum claſſe Cyprum delatus Paphum ibi condidit. Hinc Laodice ἐπεμψεν ἐς Τεγέαν τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀλέᾳ πέπλον. Patriam appellabat Tegeam, unde Agapenor originem ducebat.

¶. 187.] *CLXXXI.* Legitur, sed corrupte, in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Pausan.* VI. 3. p. 459. Anth. *Bonadae* p. 330. Insculpta fuerunt haec districha Lysandri statuae, quam Samii ipsi posuerant Olympiae post victoriam ad Aegospotamum de Athenienſibus reportatam Ol. XCIII. 4. — V. 2. ἔστηκε δ' ἐναθ. Vulgo. Nostrum est ex emendat. *J. Scaligeri.* — V. 3. Lysander rebus gestis patriae et Aristocrati patri immortale decus peperit. Hic sensus. Hinc apparet, quam recte cl. editor emendaverit πάτρᾳ, quod *Facii* codd. confirmarunt. Lysandri patrem alii Aristocritum, alii Aristoclitum nominant. Cf. *Palmerii* Exercitt. p. 199. *Facium* ad *Pausan.* L. III. p. 353. Nostro loco duo *Facii* codd. Ἀριστοκράτῳ exhibent.

CLXXXII. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pausan.* VII. 17. p. 565. Anth. *Bonadae* p. 275. Oebotae, Oeniae filio, Dymaeo, victoria contigerat Ol. VI. Statua ipsi est posita secundum oraculi monitum Ol. LXXX. Cf. *Pausan.* VI. 3. p. 458. Nihil illa statua fuit illustrius. Nam cum Oebotas primus Achaeorum palmam Olympicam tulisset, athletae Achaei, priusquam in certamen descenderent, ejus statuae parentare, palmamque adepti eandem coronare solebant. — V. 2. Παλαίαν. Antiquum urbis Dymes nomen, quod, ut antiquius et augustius, poëta praetulit. Caeterum causa non erat idonea, cur *Kuhnius* emendaret: ἄνατο Οἰβ. στ. νικῶν· ὁ δ' Ἀχαιοῖς etc. *Fructum tulit laboris Oebotas, vincendo stadium: nam Achivis patriam Paleam reddidit celebriorem.* Multo minori negotio rem confecit cl. *Brunckius* ὁ δ' mutando in ὃδ': *Hic, quem vides, Oebotas, Oeniae filius, Achaeus, vincendo patriam reddidit illustriorem.*

CLXXXIII. Anth. *Bonadae* p. 191. Ex *Pausan.* L. I. 37. p. 89. Phytali, qui Cererem in domum recepisse dicebatur, tumulo inscriptum. Huic Phytalo ficus ramum Dea dede-

rat, hoſpiti gratiam referens. Nomen hominis fictum videtur, ut fabulae conveniret, nam φυταλιαὶ arborum appellabantur plantationes, vitium inprimis et olearum. Vide *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 416. E. *Spanhem.* ad H. in Pallad. 26. p. 636. — V. 3. τὴν ἱερὰν συκήν. Hinc attigit *Caſaubon.* ad Athen. L. III. p. 151. 28.

CLXXXIV. In Append. Plan. p. 503. St. 9. W. ex *Pauſan.* IX. p. 741. Anth. *Bonadae* p. 331. Legebatur hoc carmen in Epaminondae ſtatua a Thebanis ipſi dicata. Laudatur ob Meſſenen reſtitutam vindicatamque Graeciae libertatem. Inſtaurata eſt Meſſene Ol. CII. 4. poſt pugnam Leuctricam. Vide *Pauſan.* IV. 26. p. 342. *Diodor. Sic.* XV. 66. T. II. p. 54. — V. 1. ἡμετέρης. Epaminondas loquitur. Laudat h. v. *Plutarch.* T. II. p. 1098. A. eumque vertit *Cicero* in Tuſc. Qu. V. 17. *Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.* — ἐκείρατο δόξαν. Sic fere *Propert.* IV. 11. 38. *Sub quorum titulis Africa tonſa jacet.* Metaphoricum uſum verbi κείρειν, hoc quoque vſ. allate, docuit *Taylor.* ad Aeſch. c. Cteſiph. p. 605. ed. R. — V. 2. χρόνῳ, poſt longum temporis intervallum; octoginta ferme Olympiadibus poſt Iram expugnatam (Ol. XXVIII.) praeterlapſis. — V. 3. „Sic ſcriptum eſt ap. Pauſaniam, „ubi vide plenam acuminis et judicii notam Sylburgii. „Enarratorem Graeciae fefellit memoria; dubium non „eſt, quin Epigrammatis auctor ſcripſerit: Θήβαν δ' ὑπλοισι „Μεγάλη πόλις. Poſt Leuctricam pugnam Epaminondae „auſpiciis Megalopolin condiderunt Arcades.“ *Br.* Sic fere *Sylburgius* emendavit, cujus verba adſcribam: „Θή„βαι. Nominativum videtur ipſe Pauſanias quoque agnoviſſe, quum Meſſenen tantum ab Epaminonda conditam „memoret. Alioqui mallem ſine Thebanae reip. detri„mento, majori Epaminondae cum laude,

Θήβης δ' ὑπλοισι Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωτο,

„ut ſenſus ſit, Thebani exercitus praeſidio Megalopolin „moenibus ceu corona fuiſſe cinctam. Vide Arcad. „c. 27. et c. 52.“

CLXXXV. Vat. C. p. 231. Plan. p. 224. St. 325. W. Inſculptum fuit hoc Epigr. baſi, in qua bos ſtabat ex marmore. Quum enim Byzantium oppugnaretur a Philippo Amyntae fil., miſſus eſt Chares ab Athenienſibus, qui ſociis opem ferret. In hac expeditione cum conjugem Boïdion morte amiſiſſet, eam in promontorio Propontidis, inter Chalcedonem et Chryſopolin ſito, ſepelivit, arâ exſtructâ cum columna, in qua bovis imago eſt poſita. Hinc illud patrimonium Δάμαλις appellatum. Hiſtoriam narrant *Heſych. Mileſ.* de Rebus Patr. p. 50. ſq. ed. *Meurſ.* et alii, quos laudat *Gyllius* de Bosp. Thrac. III. 9. Cum inſigni varietate legitur ap. *Conſtant.* de Themat. L. II. nr. 83. Cf. *Bandur.* Antiqq. CPol. T. II. p. 31. — V. 1. Οὐκ εἰμὶ Ἰν. βοός. nonnulli. In Cod. *Conſtant. Porph.* Ἰναχίης βοὸς οὐκ εἰμί. Erant, qui hanc bovem pro Iûs ſtatua haberent et ab ea Bosporum appellatum eſſe dicerent. His ſtatua obloquitur. — V. 2. ἀντωπόν. ad cujus oram ſum poſita. Peſſime in Cod. *Conſtant.* Βοστόριον ἀντωπὸν κέκλητμι πέλαγος. — V. 3. Illa, Io, gravi Junonis ira agitata in Aegyptum venit. — ἤγαγεν Ἥρης. Vat. C. a pr. man. — V. 4. ἐς Πάφον. *Heſych.* et *Conſtant.* Φάρον reliqui. ἅδε ἐγὼ Vat. C. ſuperſcripto δ'. Hoc omittitur etiam ap. *Heſych.* et *Conſtant.* — ¶. 188.] V. 5. εὐνέτις ἁδὲ x. Vat. C. In marg. ἣν δέ. — ἔπλουν δὲ ὅτ' ἔπλοεν ἐκεῖνος. *Conſtant.* — V. 6. τῇ δέ. *Heſych. Conſtant.* — V. 7. „Vulgo legitur Βοΐδιον δ' ἤγαγεν „ἐγὼ τότε. In membr. Βοΐδιον δὲ καλεύμαν. Veram lectio„nem ſervavit Heſychius.“ *Br.* Cum Vat. membr. conſpirat *Suidas* in Βοΐδιον T. I. p. 459. Βοΐδιον δὲ καλεύμην τότε ἐγὼ, νῦν δὲ Χάρητος εὐνέτις. Adſcribam, quae ad hunc locum notavit Ill. *Heynius* in Comm. Soc. Götting. T. XI. p. 6. „Ultimum epigrammatis diſtichon, niſi interpo-

„latoris manui debetur, depravatum utique est: Βοΐδιον— „ἀμφοτέρους. Ita ait, *nomen sibi olim fuisse* Βοΐδιον, *juvencae; „nunc se Charetis conjugem delectari utroque continente „*(Asia et Europa, cum ad fretum, Bosporum dictum, „posita esset.) Sed bos erat. Scriptum fuisse videtur: „βύννομα δ' ἦεν ἐμοὶ Δάμαλις τότε· νῦν δὲ .... Βοΐδιον. Pro „Χάρητος fuit forte χαραχθέν. *Nunc autem ego juvenca „sculpsa, utrumque continentem prospicio.*“ Haec vir clarissimus. Probabile est, literas quasdam in postremo hoc distichо jam obscuras fuisse, cum primum a Byzantinis describeretur carmen. Hinc fortasse Χάρητος σύνεστις ad versum explendum ex v. 5. huc traductum est. Expectabatur: Quo tempore Charetem huc comitabar, Boidion mihi nomen erat; nunc eadem, sed sub bovis imagine, utroque continente delector.

CLXXXVI. „E Smetio fol. XXIII. verso, ubi la- „tina versio, cujus auctor, quisquis ille sit, graeca non „intellexit.“ *Br. Bonadae* Anth. p. 95. Ex Smetio relatum in Thesaur. Inscr. Murat. p. LX. Apud utrumque v. 2. καὶ Προδίκου legitur, idque fortasse argutius eo, quod cl. editor invexit. Referebatur hoc distichon ad statuam Herculis pueri, leonis exuviis amicti, cum clava in manu sinistra. Hic habitus eam pueri indolem significabat, quam Prodicus ei in nobilissima illa allegoria tribuerat. Hinc argute Hercules ad mentem Sophistae repraesentatus: Etiam Prodici me opus esse nosti; agnoscis me, qualem Prodici ingenium effinxit. — Haec quis pro marmoris lectione afferre possit. Faciliorem tamen sensum fundit emendatio *Brunckii*; quam si quis pro vera habuerit, equidem non refragabor.

CLXXXVII. „In D. Bern. de Montfaucon Diario „Italico p. 425.“ *Br. Muratori* Thesaur. p. XXI. 1. *Bonadae* Anthol. p. 98. Superscriptum: Μαχατας ποιησε. Deinde in fine Epigrammatis: Ὠφανης Λαφθενεως Ἀσκλα- πιῳ ἀνεθηκε. Μαχατας ἐποιησε. In statuam Herculis, in

Herculis luco dedicatam. — V. 2. Laſthenes ille quis fuerit, non magis conſtat, quam quis Laphanes. Laſthenem, Thebanum, commemorat *Diod. Sic.* T. I. p. 647. 8. T. II. p. 632. Alius fuit, flagitiis ſuis notiſſimus, Laſthenes Olynthius, qui patriam Philippo prodidit, ſaepenumero commemoratus ap. *Demoſthenem* et *Plutarchum*. — Laphanes Arcas, Euphorionis fil. occurrit ap. *Herodot.* VI. 127. p. 497.

CLXXXVIII. Servavit *Agathias* II. Hiſtor. p. 54. qui, Trallibus in Lydia terrae motu vaſtatis, Chaeremonem, obſcuri nominis hominem, in Hiſpaniam properaſſe narrat, ubi tum Auguſtus Cantabrico bello erat occupatus, et ab eo precibus impetraſſe, ut miſerae urbi ſuccurreret. Quo facto civitatem Chaeremoni retuliſſe gratiam, ara ipſi cum ſtatua dedicata. Cf. *Dio Caſſ.* T. I. p. 761. Recepit carmen *Muratori* Inſcr. Theſ. II. p. 1087. *Bonada* in Anth. p. 277. — V. 3. εἱλιχθείς. ad genua advolutus. — V. 4. κεκλιμένην. dejectam, ornamentis ſuis orbatam. *Tull. Gemin.* Ep. V. Σαλαμῖνος ἔργα, Μακηδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα. De defunctis κλίνεσθαι paſſim. Vide ad *Mnaſalc.* Ep. XVIII. T. I. P. I. p. 411.

CLXXXIX. Romae in aedibus Caſotianis columellae marmoreae inſcriptum, ſecundum *Smetium* fol. V. verſo. Protulit etiam *J. Scaliger* ad *Hieron.* Chron. p. 203. *Gruter.* p. 85. *Fleetwood* Syll. Inſcr. p. 45. *Muratori* in Theſ. p. CXLIII. *Doni* p. 23. *Bonada* in Anthol. T. I. p. 104. Dioscorus, ejusque conjux, Sarapidis templum cum aurea Dei ſtatua dedicant. — V. 1. Notabilis eſt ſynizeſis in voce νηὸν, quae ut monoſyllabum pronuntianda. — V. 2. βολαῖς. De ſplendore auri, quo ſtatua Dei inducta fuerit, accipiebam, ſive, ut *Lucretius* loquitur L. V. 676. de ſtatua *jactante de toto corpore lucem;* ad quem locum *Wakefieldius* noſtrum Epigr. excitat. At cl. *Visconti* in Muſ. Pio-Cle-

ment. T. VI. p. 25, de radiis interpretatur, quibus Sarapidis caput solebat circumdari. βολαὶ de solis radiis passim ap. poëtas. *Apollon. Rhod.* I. 607. II. 945. Cf. *Arnaldi* Lect. gr. p. 225. et *Mitscherl.* ad Horat. II. Od. XV. 10. — V. 3. Κυρίλλου. Marmor. *Cyrilli conjux.* — V. 5. καὶ δύο. Haec verba *Hegius Spoletinus*, qui hanc Inscriptionem vertit ap. *Smetium*, ad Dioscurum et Cyrillam retulit: *Ambo aetate pares concordi lege tuentur Fana.* Male, si quid video. Intelligendi potius duo alii ex eadem gente, qui aedituorum munere in eodem Sarapidis templo fungebantur. Repetendum enim ex praecedentibus verbum ἐστήσαντο. — De νεωκόρων ἔργοις, i. e. officio et dignitate, vide *Selden.* in Opp. T. II. p. 1571. sqq. *Alberti* Gloss. N. T. p. 81. et *van Dale* in Diss. IV. ubi p. 307. hoc Epigr. excitavit.

¶. 189.] CXC. In aede Divi Nicolai in Calcaria, in ara grandi in duas partes fissa, unde descripsit *Smetius* fol. XIX. verso. *Boissardus* T. III. Antiqq. p. 47. T. V. p. 33. sq. *Gruter.* p. XXVIII. *Fleetw.* Syll. p. 13. *Bonada* Anth. p. 104. Repetivit *Burmann.* in Anth. Lat. I. p. 32. ubi scriptores, qui de taurobolio et criobolio tradiderunt, diligenter recensentur. In ara, cui haec inscripta, conspicitur Cybele turrita cum tympano, a leonibus vecta; subtus taurus; in sinistro latere Attis cum mitra, dextra fistulas et crotala, sinistra pedum tenens. A tergo ipsius stat pinus et sub ea aries, subtus deinde taurus seorsim. — V. 1. *Benedict. Hegius* legit: Μ. τῇ πάντων θνητῶν τε θεῶν τε γενέθλῃ, ideoque vertit: *Cunctorum Cybelae genitrici hominumque Deûmque.* — γενέθλων et mox ὑψιέτῃ *Fleetw.* vitiose. — Verum est γενέθλῃ τεκέων μι. e. proli Rheae, Deorum, qui a Rhea originem ducunt, generi. Laudat hoc distichon *Maussac.* ad *Harpocr.* in Ἄττις. p. 85. — V. 2. Ἄττει. De nomine Attinis ejusque flexione vide *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* T. II. p. 283. ed. Bip. ad Dial. Deor. XII. 2. ubi

pro ὕλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ fortaſſe rectius ſcripſeris Ἄττει. Ad hanc certe lectionem ducit cod. Flor. Ἄττι. — V. 3. Quum ſecundum nonnullos idem eſſet Attis cum Sole, ei tribuitur omnium rerum ſcientia, ut Soli πανδερκὲς αἰώνιον ὄμμα in Hymno Orphei VII. 1. Cf. *Cuper.* in Harpocrate p. 106. et *Salmaſ.* in Script. Hiſt. Aug. I. p. 805. Ad Solis vim et efficaciam referendus etiam v. 3. ubi omnia quovis tempore gignere et ad maturitatem perducere dicitur. Cf. *Salmaſ.* l. c. et T. II. p. 425. Hinc θεμερώτερα, *maturiora*, emendavit *Scaliger* in not. ad *Gruter.*, quod neſcio quomodo cum metro conciliem. Obſcurior tamen lectio marmoris, quam cl. editor ſervavit, θεμερώτερα. *Heſych.* Θεμέρη. βεβαία. σεμνή. σύστασις. Θέμερον. σεμνόν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ σεμνύνεσθαι θεμερύνεσθαι. Θεμεροφρονας. συνετούς. σώφρονας. Senſus igitur eſſe deberet: qui omni tempore omnia ſeveriora, prudentiora gignit. Num igitur Atys meliorum in animis cogitationum auctor habebatur? Sic puto, nec hoc a vi, quam myſtae Attidis numini tribuebant, alienum. Cf. not. ad *Procli* Hymn. I. 25. T. II. P. III. p. 279. ap. quem poëtam Soli ſimilia tribuuntur v. 34.

— ψυχῶν ἀναγωγεῦ,
κέκλυθι, καί με κάθηρον ἁμαρτάδος αἰὲν ἁπάσης·
δέχνυσο δ' ἱκεσίην πολυδάκρυον, ἐκ δ' ἐμὲ λυγρῶν
ῥῦσο κηλίδων, ποινῶν δ' ἀπάνευθε φυλάσσοις.

— V. 4. Apollodorus ſacerdos in taurobolio et criobolio. Paſſim haec junguntur in Inſcriptionibus. Cf. *Ferret* in Muſis Lap. I. p. 79. Illud Matri Deûm, hoc Attidi fiebat. Qui taurobolium accipiebat, in ſcrobem profundam demittebatur. Tum ſcrobs ipſa tabulis, multis in partibus perforatis, ſternebatur, et ſuper illud ſtratum taurus mactabatur auratis cornibus, ita ut ſanguis per foramina in ſcrobem defluereret, hominemque in illa caverna poſitum inundaret. Hoc luſtrationis genus tantam vim habere putabatur, ut, qui eo uteren-

tur, se renasci et per viginti annos puros mundosque manere arbitrarentur. *Salmas.* l. c. *Van Dale* de Taurobolio p. 30. — ἥδε τι. *Fleetw.* — V. 5. 6. laudat *Dorvill.* ad *Charit.* p. 186. Is, qui sacris Matris Deûm initiatus hanc aram exstruxit, Apollodorus nuncupabatur. Quod nomen cum versus non caperet, poëta id circumscripsit ἔχων ἐπίκλην Ἀπόλλωνος δῶρον. plane ut Hermodorum circumscripsit *Meleager* I. 44. ὑμνοθέτην Ἑρμοῦ δῶρον ἀειδόμενον. et Dioscoridem v. 24. ὃς Διὸς ἐκ κούρων ἔσχεν ἐπωνυμίην. — τελετῶν *Sinet.*

CXCI. Edidit *Salmas.* ad Scr. Hist. Aug. T. I. p. 805. *Reines.* in Inscr. p. 83. *Fabretti* p. 666. *Van Dale* de Taurobolio p. 118. *Bonada* in Anth. p. 86. — V. 1. Crescens, de quo h. l. agitur, erat ex collegio Quindecimvirorum, quibus ceremoniarum, ludorum secularium etc. cura demandata erat. *Tacit.* Ann. XI. 11. 3. Cf. *Tiraquell.* ad *Alexandr. ab Alex.* III. 16. — φανηφόρος, *faces gestans*; quod ad ritum aliunde non cognitum referendum est. At alii στεφανηφόρος legunt, fortasse rectius. Sunt enim στεφανηφόροι summi pontifices. Vide inprimis *Van Dale* Diss. V. p. 361. sqq. — V. 6. ἥμασι μυστοπόλοις. Per plures dies hoc festum continuatum esse, ex hoc loco apparet. — βωμόν. Aras ponebant taurobolati, qui privatim, sive pro aliorum salute, sive pro semetipsis sacrum faciebant. Cf. *Van Dale* de Taurob. p. 122. sqq.

CXCII. In Append. Anth. St. p. 537. W. 13. ex *Pausania* V. 20. p. 428. Repetivit *Muratori* p. CXIX. *Bonada* p. 66. Conspiciebatur Olympiae non procul ab ara maxima Jovis columna Oenomai, quam, cum reliqua domus conflagrasset, solam stetisse narrabant. Oenomai domum fulmine tactam tradit *Pausan.* V. 14. p. 412. — V. 2. *Dorvillius* ad *Charit.* p. 74. στυλὶς repositi, quia nemo ἡ στῦλος dixerit. Idem δοῦσα legit. Neutrum necessarium. Ad ἐγὼ εἰμὶ subaudiendum

ἡ κίων.

ἢ κίων. Nam in his dedicatoriis nomen rei dedicatae nonnunquam omittitur. Cf. not. ad Ep. CLXVIII. — στῦλος autem pro praedicato, quod vocant, habendum: ἐγὼ ἢ κίων, ἐνοῦσα πρὶν στῦλος ἐν Οἰνομάου δόμοις, εἰμὶ λείψανον κείνων οἴκων. — V. 3. ἔχουσα τὰ δεσμά. Vetuſtate laborantem columnam multis vinculis fulferant et firmaverant. πεπονηκότι ὑπὸ χρόνου καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ δεσμῶν συνεχομένῳ. *Pauſaniae* verba ſunt. — V. 4. Vulgatum δέξατο in δαίσατο mutabat *Sylburg.* probante *Dorvillio*, qui confert *Phrynichum* ap. *Pauſan.* X. 30. ὡκεῖα δέ νιν φλὸξ κατεδαίσατο. et ap. *Tzetz.* in *Lycophr.* v. 433. ὡκεῖα μάργος φλὸξ ἐδαίνυτο γυάθοις.

CXCIII. Ex *Suida* in Κυψελιδῶν ἀνάθημα T. II. p. 406. Inſculptum fuiſſe traditur hoc diſtichon coloſſo Jovis a Cypſelo Olympiae dedicato, quod eum ex voto feciſſe poſt tyrannidem occupatam, tradidit *Agaclytus* L. II. et *Ariſtotel.* Oecon. I. 1. Illum coloſſum commemorat *Pauſan.* V. 2. p. 378. qui eum poſt Cypſeli demum mortem conſecratum narrat, ceterum nihil de inſcriptione commemorans. In hac autem inſcriptione non facere potes, quin mireris imprecationes in donarii auctorem genusque ejus; nec haec difficultas ſolvitur traditione illa ap. *Pauſaniam* l. c. *Dorvillio* etiam judice in Miſcell. Obſſ. T. VII. p. 28. Fictum videtur Epigramma, nec unquam illi coloſſo inſculptum fuiſſe; idque ut exiſtimem, duabus adducor cauſis: prima, quod nulla ejus ap. *Pauſaniam* mentio; altera, quod diverſa ratione prolatum eſt ab *Apella Pontico* (quem Inſcriptiones ἀναθημάτων collegiſſe probabile eſt), teſte *Suida*:

Νάξιος εἰμὶ ἐγώ, παγχρύσεος εἰμὶ Κόλοσσος,
Ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

ubi nihil priore verſu ineptius. Ceterum illa ſtatua σφυρήλατος appellatur cum ab aliis, qui ejus mentionem fecerunt, tum a *Platone* in Phaedro p. 236. B. (T. X.

p. 298. ed. Bip.) τὸ μὲν τὸν ἐρῶντα τοῦ μὴ ἐρῶντος μᾶλλον νοσεῖν, δῶσω σοι ὑποτίθεσθαι. τῶν δὲ λοιπῶν ἕτερα πλείω καὶ πλείονος ἄξια εἰπεῖν τῶν Λυσίου; παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. — V. 2. ἐξώλης — γενεά. Ex formula. *Demoſth.* de Falſa Leg. T. I. p. 363. 22. ὃν ἐκείνοις εὔχεσθε ἐξώλη ποιεῖν καὶ γένος καὶ οἰκίαν, τοῦτον ἀφίετε αὐτοί; Idem in Theocrin. T. II. p. 1342. 7. ὧν γένος ἐξωλέστερον οὐδὲν ἐστι. Qui ſibimet ipſis et proli, ſi pejeraſſent, omnia mala imprecabantur, ὀμνύναι κατ' ἐξωλείας ἑαυτῶν καὶ τοῦ γένους dicebantur. *Demoſth.* in Ariſt. T. I. p. 642. 15.

CXCIV. Ex marmore Antonii Askew deſcriptum edidit *Taylor* ad Demoſthen. Or. de Falſ. Leg. (In App. Crit. ad Demoſth. I. p. 461. ed. R.) unde id repetivit *J. Toup.* in Epiſt. crit. p. 57. Scriptum in fontem, cui nomen Δορύναμα, a Grammatico quodam exornatum. Locum ad Bosporum, Δόρυ appellatum, commemorat *Procopius* de Aedificiis cap. III. p. 32. — V. 1. κόρῃ Διός, fontis Nympha, ut διίπετὴς ποταμός, ob aquas pluviâ auctas. Vide *Albert.* ad *Heſych.* in διίπετές. et *Tollium* ad *Apollon. Sophiſt.* p. 225. Initio verſ. marmor: πλακα νη . . . ανηκε. — V. 2. ἔρεφιτε *Taylor.* quod *Toupius* emendavit. Ep. ἀδεσπ. CII. ὡς κρήναις ἄφθιτα ῥεῖθρα ῥέοι. — ¶. 190.] V. 3. Regionis nomen poëta inde derivat, quod reges ibi ſaepenumero haſtas et arma depoſuerint. De ea *Procopius* l. c. ἔστι δέ τις ἐνταῦθα χώρα κατὰ τὴν παραλίαν Δόρυ ὄνομα, ἵνα δὴ ἐκ παλαιοῦ Γότθοι ὥκηντο· αὕτη δὲ ἡ χώρα τὸ Δόρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται· οὐ μέντοι οὐδὲ τραχεῖα, οὐδὲ σκληρά ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. — V. 4. ἔνχεα et κάθεσαν. — V. 5. Δορύναμα emendavit *Toupius*; ap. *Taylor.* Δορύκναμα. — V. 6. ἁλμηρῇ λιβάδι *Toupius* de aquis ſulphureis interpretatur, minus recte. Intelligitur aqua limpida quiete manantis fontis. — V. 7. Balneum ibi exſtruxiſſe vide-

tur Grammaticus, cui aedificando tres annos insumsit. — V. 8. ὑπολλυκ. junctim *Taylor.*

CXCV. Vat. C. p. 471. Plan. p. 363. St. 503. W. Scriptum in fontem montis Olympi, ejus, ut videtur, qui in Bithynia fuit. — V. 1. Fons, qui loquitur, se reliquis omnibus anteponit, duobus exceptis. ταῖς Προύσης. Inter calidos fontes, qui dulcem saporem habeant, τὰ ἐν Προύσῃ, τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον, τὰ βασιλικὰ καλούμενα, commemorat *Athen.* L. II. p. 43. A. ubi cl. *Schweighaüser* p. 506. *Leontii* Ep. XVII. T. III. p. 107. comparavit. Commemorantur etiam ap. *Galen.* de Sanit. tuenda L. VI. c. 9. T. V. p. 177. C. D. — Πυθιάδες. thermae Bithyniae, de quibus vide ad *Paul. Silent.* LXXIV.

CXCVI. Vat. C. p. 425. Plan. p. 89. St. 130. W. De fonte aquae lethiferae prope Hierapolin. Plures fuerunt urbes hujus nominis. Apud unam in Phrygia antrum erat, noxiam auram spirans, de quo vide *Broëdaeum.* Ibidem calidos fontes fuisse satis illustres, intelligitur ex *Vitruv.* VIII. 3. Cf. *Wesseling.* ad N. T. II. p. 296. De fontibus, quorum aqua statim enecabat, vide *Beckmann.* ad *Aristot.* M. Ausc. c. 131. et ad *Antig. Car.* c. CLVI. p. 203. — V. 2. ἱερᾶς πόλεως. Vulgo et in Vat. C.

CXCVII. Vat. C. p. 364. Plan. p. 89. St. 130. W. Notavit ad hoc Epigramma *Salmasius* in not. mst. haec: „Εἰς Σαλμάκιδα. perversum male est. Nec enim talis aqua „est Salmacidis fontis, qualis hujus fontis, qui in hoc „Epigrammate describitur. At melius lemma conce„ptum in Msc. ἀδέσποτον εἰς ἑτέραν πηγὴν ἄῤῥεν ὕδωρ φέρουσαν „καὶ τοὺς μαλακοὺς ἀπελέγχουσαν. Quod nullo modo potest „convenire Salmacidi fonti." At hoc lemma Epigrammati non convenit, in quo de fonte agitur, qui corpora emollire putabatur. Hoc ex v. 2. manifeste prodit, ubi commemorantur, qui mollitiei suae illius aquae

hauſtum praetexebant. Hoc cuinam fonti melius convenit, quam Salmacidi? Egregie autem ad noſtrum Epigramma facit locus *Strabonis* L. XIV. p. 970. A. de Halicarnaſſo, Cariae urbe agentis: ἡ Σαλμακὶς κρήνη διαβεβλημένη οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὡς μαλακίζουσα τοὺς πιόντας ἀπ' αὐτῆς. Ἔοικε δ' ἡ τρυφὴ τῶν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀέρας ἢ τὰ ὕδατα· τρυφῆς δ' αἴτια οὐ ταῦτα, ἀλλὰ πλοῦτος, καὶ ἡ περὶ τὰς διαίτας ἀκολασία. — V. 4. ἡ φύσις. non aqua, ſed ipſius indoles et natura in culpa eſt: nam ἐν τῇ φύσει τὸ σωφρονεῖν ἔνεστ' ἀεί. *Eurip.* Bacch. 315.

CXCVIII. Relatum in Append. Plan. p. 534. St. 29. W. ex *Sotione* in Mirab. p. 125. ed. *Sylb.* ad calcem *Ariſtotelis.* Legitur etiam ap. *Vitruv.* L. VIII. 3. ubi in plurimis Mſſ. deeſt, ſicut etiam duo ſequentia, quae idem laudat. — De fonte *Clitorio* haec habentur ap. *Ovidium* XV. 322. *Clitorio quicunque ſitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis, Seu vis eſt in aqua calido contraria vino, Sive quod indigenae memorant, Amythaone natus, Proetidas attonitas poſtquam per carmen et herbas Eripuit furiis, purgamina mentis in illas Miſit aquas, odiumque meri permanſit in undis.* *Phylarchus* ap. *Athen.* L. II. p. 43. F. φησὶν ἐν Κλείτορι εἶναι κρήνην, ἀφ' ἧς τοὺς πιόντας οὐκ ἔτ' ἀνέχεσθαι τὴν τοῦ οἴνου ὀδμήν. Vide *Harduinum* ad *Plin.* XXXI. 13. p. 549. et in Emendatt. p. 569. nr. V. — Paulo aliter Epigrammatis auctor, qui ſitim ſine periculo hoc fonte levari tradit, corpus eodem ablui non vult. — V. 1. In Cod. Vitruvii Franequerano, cujus var. enotatam dedit cl. *Frieſemann im Magazin für Philologen* II. 123. hoc diſtichon ſic legitur corruptiſſime: ἀτρατα συν ποιμναις τομ βρινονηνεε βαρυεν διψος αν εσχατιας κλιτορο ερχομενον. — Locus ille appellatus a Clitore, Azanis filio, rege Arcadiae, qui urbem condidit, in cujus vicinitate fons ille ſcaturiebat. — ἐσχατιαὶ ſunt agri, praeſertim qui montibus proximi jacent. Vide *T. Hemſterh.* ad *Lu-*

cian. Tim. 30. T. I. p. 394. ed. Bip. et *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 103. — ¶. 191.] V. 3. τῆς μεν ατιο κρηνη καρυσσω π. κ. π. ν. υδρθασιν στηγον παν το σον αιποσλιον. Cod. Franeq. — Nymphae Τριάδες. Ep. *Pluton.* XIV. *Paul. Silent.* Ep. XLVII. 7. — V. 5. Cave ne, cum vini calorem viſceribus conceperis, hac aqua laveris, ne te vel ſola aura, inde afflans, male afficiat. μὴ ἐπιβάλῃς λουτρὰ χροΐ. Sic fere *Eurip.* Oreſt. 305. λουτρά τ' ἐπὶ χροὸς βάλλε. Hunc verbi βάλλειν uſum attigit *Ruhnken.* ad H. in Cerer. p. 13. fuſius perſecutus eſt cl. *Matthiae* in Anim. ad Hymn. Homer. p. 360. — αὔρη. odorem ſive vapores ex aqua ſurgentes ſignificare videtur. Hoc ſenſu *aura* paſſim ap. latinos poëtas occurrit. — Vulgatum τερπνῆς μέθης cl. edit. in θερμῆς mutavit. Illud fortaſſe non penitus ſpernendum. Omittitur epitheton in cod. Franeq.: ναλλασιμητε πι λουτρα βατιι εχραμησυ καυδυρη πηνη τυ σεοντα μεθης. Sine cauſa idonea graviorem hic ſuſpicatus eſt corruptelam *G. Wakefield,* qui in Sylv. crit. IV. p. 68. in hunc modum corrigit:

ἀλλὰ σὺ μὴ περὶ λουτρὰ βάλῃς χροΐ, μή σε πάραυτα
πημήνῃ, θερμῆς ἀντιόοντα μέθης.

Poſteriora haec, θερμῆς ἀντιόοντα μέθης, cum locis veterum de fonte Clitorio melius conſpirare, quam vulgatam lectionem, fateor; non tamen propterea mutandus locus. In talibus magna eſſe potuit traditionum diverſitas, quas omnes ad unam normam dirigere ſeverae critices leges non patiuntur. Et ſe ipſum retractavit Vir eruditiſſimus, dum ad *Lucret.* V. 411. T. III. p. 64. ſervata in reliquis lectione Brunckiana, corrigit: σὺ μή τι 'πὶ λουτρὰ β. χρῶα. *nulla de cauſa corpus inmittas in lavacra.* — V. 6. Vini odium illi fonti inditum exiſtimabatur (vide ſimil. ad *Paul. Silent.* LXXIV. 62.) ab eo inde tempore, quo Melampus Proetidas ibi luſtravit. Fabulam de Proeti filiis narravit *Apollodor.* II. 2. 2. Cf. *Perizon.* ad *Aelian.*

V. H. III. 42. et qui praeclare de ejus interpretatione meruit, *Boettiger. in Sprengels Beyträgen zur Geſch. der Mediz.* II. 38. Adde *Sprengelii* obſervata de eadem p. 46. ſqq. — Vulgo λουσάμενος legitur. Quod ſi verum eſt, genitivi λύσσης ἀργαλέης jungendi cum καθαρμὸν in ſequ. verſ. quod durum eſſe ſponte apparet. Hinc *Heringa* Obſſ. c. 17. p. 145. correxit: Λυσάμενος ſive Παυσάμενος — ἀργεμέας, (in Mſc. Franeq. enim Αὐσεμενος — ſive, ſecundum *Frieſemanni* collationem, Λυσάμενος ἀργεμιαις legitur) *quod apud eum fontem Melampus ſacrificiis purgaviſſet rabiem Proeti filiarum, reſtituiſſetque earum virginum mentes in priſtinam ſanitatem.* quae *Vitruvii* verba ſunt l. c. Hae tamen emendationes ipſi auctori mox displicere coeperunt in Addend. p. 307. Certe nec παυσάμενος locum habet, cum παύσας ſcribendum ſit, nec ἀργεμέας explicari poteſt, niſi per prolepſin valde duram. At λυσάμενος vulgatae omnino praeferendum. Nec aliter ſummus *Grotius* legiſſe videtur, cujus haec ſunt:

Odit enim fons hic vites: hac ipſe Melampus
Proetidas exſolvit labe furoris aqua.

Locus, ubi luſtratio peracta, Λουσοὶ vocabatur. *Pauſan.* VIII. 18. p. 636. Alii tamen purgamenta Anigro fluvio immiſſa tradebant, tetrum fluminis odorem inde derivantes. *Idem* V. 5. p. 387. Memorabilis eſt locus *Heſychii* in ἀκρουχεῖ· Ἄκροι δὲ ὕρος τῆς Ἀργείας, ἀφ' οὗ Ἀργέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο Μελάμπους, καθάρας τὰς Προιτίδας ἤγουν ταῖς Χάρισιν. Editores nihil afferunt praeſidii. Num fuit: κ. τ. Πρ. ἐν Λουσοῖς ἐν Ἀρκάσιν? — V. 9. παντα καθαρμεὸν κοψεν απαχρυψον. Mſ. Franeq. in quo reliqua deſiderantur. — Valde inſolens mihi videtur verbum ἔκοψεν, hoc loco cum ἀπόκρυφον conjunctum, nec ullum ſimilis uſus exemplum ad manus eſt. Haeſit hic etiam vir ingenioſus *G. Wakefield*, qui totum diſtichon ſic conſtituendum putavit:

πᾶν τὸ κάθαρμ' ἐνέκρυψεν ἀποβλιφέν· ἦ γὰρ ἀπ' Ἄργευς
οὖρα τρηχείης ἤλυθεν Ἀρκαδίης.

hac enim via Argis in Arcadiam venerat. Vulgo ἃ γὰρ ἀπ' Ἀρ. *Heringa* in Addend. p. 307. αἱ γὰρ — ἦλυθον emendavit, parum opportune. Nam ipſe Melampus Argis habitabat, unde ad ſanandas Proetidas in Arcadiam profectus eſt. *Homer.* Od. ο. 239. — Pro ἃ γὰρ fortaſſe olim ἡνίκ' fuit. Quid pro ἔκυψεν legendum ſit, non definio. *Wakefieldii* certe mutationes nimiae ſunt.

CXCIX. Appendix Plan. p. 534. St. 30. W. *Sotion* de Flum. l. c. Ἀρίστων δὲ ὁ περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐν τῇ Χίῳ πηγήν φησιν ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθητοὺς γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς. *Vitruvius* L. VIII. 3. hoc diſtichon in Chio inſula inſculptum eſſe tradit prope fontem, hac ſententia: *jucundam eſſe potionem illius fontis, ſed qui biberit, ſaxeos habiturum ſenſus.* — In Mſo Franequ. ſic exhibetur mutilatum diſtichon: ηδεατο ψυχου ποματος λιβας λαναβαινιπε προς την αετιων. Hinc *Weſſelingius* emendavit in Obſſ. II. 20. p. 231.

ἡδεῖα ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν ἀναβάλλῃ
πηγή· ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τήνδε πιών.

Salmaſius ad *Solin.* p. 724. G. ſic: ἡδέα τοι ψυχροῦ πόματος λιβάς, ἣν α. π. ε. ν. π. ὁ τήνδε πιών. Quae in his a vulgatis discrepant, non magni momenti ſunt, nec fortaſſe illis praeferenda. In minore verſu haerebat *Toupius* Em. in Heſych. P. III. p. 147. ubi tentat ἀλλὰ νόῳ πηδὸς ὁ τήνδε πιών. *Schol. Ariſtoph.* Plut. 48. ἢ πηδὸν τῷ νῷ. Supervacanea emendatio ex mero mutandi pruritu orta. *Lapides* appellabant eos, qui ſenſu deſtituti erant, homines bardos et ſtupidos, ut ille ap. *Ariſtoph.* Nub. 1203. τί κάθησθ' ἀβέλτεροι — ὄντες λίθοι, Ἀριθμός, πρόβατ', ἄλλως ἀμφορῆς νενασμένοι. Cf. *Weſſten.* ad N. T. p. 265. — Denique elegantior eſt lectio ap. *Sotionem* τῆσδε πιών,

quam τήνδε. Hanc enallagen genitivi pro accusativo, quae locum habet, ubi pars indicatur, illustravit *Pierson.* ad *Moer.* p. 165. 233. et *Koen.* ad *Gregor.* p. 51.

CC. Append. Plan. p. 535. St. 30. W. item ex *Sotione* et *Vitruvio* ll. cc. Fontem Susis fuisse narrant, ex quo qui biberent, dentes amittebant; ibi autem Epigramma insculptum esse hac sententia: Egregiam esse aquam ad lavandum, eandem vero potatam dentem e radicibus excutere. — In Cod. Franequ. hoc Epigramma sic habetur: υδατα κραναεντα βλεπεις ξενε των α. χ. λυυτρα μεν ανθροποι ην αεμβηοκολιουβοτανη αεο σατμον υδωρ αυτημερ πριστηρες επειπτουσιν γενυων ορφαναθεντεσεαν. Hinc vs. 1. *Wesseling.* in Obss. II. 20. p. 230. ὕδατα κρανάεντα restituendum contendit, i. e. κρηναῖα, vocabulo ita formato, ut δολόεντα, τιμήεντα. Probarem, si in reliquo Epigrammate dorismi vestigia essent. Mihi in depravata Cod. lectione latere videntur haec:

ὕδατα κηραίνοντα βλέπεις, ξένε, τῶν ἄπο χερσί — —

κηραίνει. φθείρει. κηραίνοντα. βλάπτοντα. κηραίνειν. βλάπτειν. *Hesych.*

CCI. „Habet hoc Epigramma Stephanus in Δῖον, et „ex eo Eustath. ad Homer. p. 280. ubi ἣν δέ γε πίῃς. „Scribendum censeo πίνῃς. Nam in aoristo πίῃς corripi„tur prima. Supra Epigr. in Salmacin: μή με πίῃς πρό„φασιν." *Br.* Append. Plan. p. 534. St. 29. W. Ap. *Steph. Byz.* habetur ἠνίδε πίῃς. ap. *Eustath.* ἣν δέ γε.

CCII. Plan. p. 344. St. 483. W. Laudat hoc distichon de Nymphaeis agens *Du Cang.* in CPoli Christ. L. I. p. 87. — Ap. Steph. vitiose κρίναις.

¶. 192.] CCIII. „Ex ipso Lapide nuper in Angliam „translato, quique tum in museo celebris medici Richardi „Mead servabatur, edidit Edmundus Chishull in prae„stanti opere Antiqq. Asiatic. p. 59." *Br.* Plures eandem inscriptionem ediderunt. *Wheler* in Itiner.

p. 179. unde id repetivit V. D. in Misc. Obss. T. III. p. 205. *Taylor* in Praef. ad Legem Decemv. de inope Debitore p. V. *Fleetwood* in Syll. p. 52. *Bonada* in Anth. p. 73. *Reines.* in Inscr. Cl. I. 97. *Donius* in Inscr. p. 38. Scriptum est Epigr. in statuam Jovis οὐρίου, i. e. secundos navigantibus ventos excitantis. — V. 1. 2. οὔριος ἐκ πρύμνης est ventus πρυμναῖος, qui a puppi oritur. Hinc πρύμνηθεν οὖρος ap. *Eurip.* Troad. 20. Contra ventus adversus est πνεῦμα ἐκ πρῴρας. Utrumque illustravit *Dorvill.* ad *Charit.* p. 115. ubi hoc distichon excitat, et *Valcken.* in Diatr. p. 234. A. — Ap. *Wheler.* et *Fleetw.* o. ἐπὶ πρ. In fine vs. *Donius* καλειτο. — V. 2. καταπρωτονων *Wheler.* qui hinc nobis *Abrotonas* nescio quos protulit. Sensus est: cum navigationem instituis. πρότονοι rudentes sunt in utraque parte navis ad malum retinendum alligati: iidem cum velis juncti esse videntur. *Eurip.* Hecub. 109. σχεδίας, λαίφη πρετόνοις ἐπερειδομένας. *Apollon. Rhod.* I. 563. in descriptione profectionis Argonautarum:

> Δή ῥα τότε μέγαν ἱστὸν ἀνεστήσαντο μεσόδμῃ,
> δῆσάν τε προτόνοισι, τανυσσάμενοι ἑκάτερθε,
> καδδ' αὐτοῦ λίνα χεῦαν, ἐπ' ἠλακάτην ἐρύσαντες.
> ἐν δὲ λιγὺς πέσεν οὖρος.

— V. 3. εἶτ' om. *Wheler.* et *Fleetw.* qui ex schedis Spon. profert ἐστεπι. quod etiam *Donius* habet. — δρόμος ap. eosdem, pro δρόμους, quod alii exhibent. — Quae sequuntur, satis jejunam descriptionem undarum circa Cyaneas rupes continent. — V. 5. εἶτα plurimi. In sched. Spon. επεκαταιγαιην. — ἐρευνᾷ *Don.* reliqui ἐρευνῶν, etiam *Chisbull.* Illud vidit etiam doctus Britannus in Misc. Obss. p. 207. — πόντου πλάκα. *Eurip.* in Palamed. Fr. II. ποντίας ὑπὲρ πλακός. — V. 6. τῷ ξοανῳ. *Don.* τω ανω *Spon.* — V. 7. ὧδε *Don.* Alii ὅδε. — εὐάντητον θεόν. Deum propitium. Opponitur τὸ δυσάντητον. Idem ἀν-

ταῖος. *Apollon. Rhod.* I. 1140. ἡ δέ που τύναγέεσσιν ἐπὶ φρένα θῆκε Θυνλαΐς Ἀνταίη θαίμων· τὰ δ' ἐοικότα σήματ' ἔγεντο. Cf. *T. H.* ad *Lucian.* T. I. p. 110. *Rubnk.* Ep. crit. p. 273. — Philonem, Antipatri filium, qui hic commemoratur, pro ſtatuario habuit *Chisbullius*, eumque hoc ſimulacrum feciſſe. Cf. *Junium* de Pict. Vet. v. *Philon.* Rectius fortaſſe *Anonymus Britannus* in Miſc. Obſſ. de homine interpretatur, qui, navigatione per Pontum et Aegaeum mare feliciter peracta, templum et ſtatuam Deo, cui ſalutem debebat, poſuerit.

CCIV. Plan. p. 351. St. 490. W. In Megarenſium arce conſpiciebatur ara, in qua Alcathous Diis ſacra feciſſe ferebatur, antequam moenium fundamenta poneret. Prope hanc aram lapis oſtendebatur, ἐφ' οὗ καταθεῖναι λέγουσιν Ἀπόλλωνα τὴν κιθάραν, Ἀλκάθῳ τὸ τεῖχος συνεργαζόμενον. — ἦν δὲ τύχῃ βαλών τις ψηφῖδι, κατὰ ταὐτὰ αὖτός τε ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα. *Pauſan.* I. 42. p. 101. *Virgilius* in Ciri v. 105.

> *Stat Megara, Actaei quondam munita labore*
> *Alcathoi, Phoebique; Deus namque adfuit illi;*
> *Unde etiam citharae voces imitatus acutas*
> *Saepe lapis recrepat Cyllenia munera pulſus,*
> *Et veterem ſonitu Phoebi teſtatur honorem.*

Ovidius Metam. VIII. 14. in Niſi, regis Megarenſium, hiſtoria: *Regia turris erat vocalibus addita muris, In quibus auratam proles Letoïa fertur Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus ejus inhaeſit. Saepe illuc ſolita eſt adſcendere filia Niſi, Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo.* De Alcathoo, Phoebi ope arcem condente, vide etiam *Theognid.* v. 751. ſqq. — V. 1. λίθῳ. Cod. Aldi in Lect. — Νισαίην. Megara, Niſi regiam. — V. 3. δομαῖον λᾶα. Ductus color ex *Apollon. Rhod.* I. 737. ubi de Amphione et Zetho: ἀπύργωτος δ' ἔτι Θήβη κεῖτο πέλας, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους ἱέμενοι. ζῆθος μὲν ἐπωμα-

ὃ δ' ἠέρταζεν Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη, μεγέοντι ἐοικώς. — V. 4. Λυκωρείην. i. e. Delphicam. *Callim.* H. in Apoll. 19. ἢ κιθαρίζειν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου. Vide *Schol. Apollon. Rhod.* 1490. — V. 6. κόμισον adſcripſit Anon. Bibl. Bodl. citra neceſſitatem. Nulla enim cauſa, cur h. l. imperativus activi formae mediae praeferatur.

CCV. „Apud Schol. Ariſtoph. Acharn. 213. et Eu„ſtath. ad Homer. p. 1591. 56.“ *Br.* *Suidas* T. III. p. 586. ὑπὲρ τὰ ἑξαμμένα, ὑπὲρ τὰ μέτρα. Ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολήν τι πραττόντων· ἀπὸ δὲ τῶν πεντάθλων ἡ μεταφορά. λέγεται δὲ ἀπὸ Φαύλλου τοῦ πενταθλου τοῦ Κροτωνιάτου εἰρῆσθαι· ὃς, πεντήκοντα ποδῶν ὄντων πρότερον τῶν ἑκαμμάτων, πρότερος αὐτῶν ὑπερέβαλε τοῖς πηδήμασι ταῦτα· ὡς τὸ ἐπίγραμμα λέγει τῆς εἰκόνος αὐτοῦ· Πέντ' κ. τ. λ. Hunc Phayllum Crotoniatam *Scholiaſtes Ariſtophanis* l. c. Olympionicam fuiſſe tradit; falſo, ſi audimus *Pauſaniam* L. X. 9. p. 818. qui Phayllo Crotoniatae Olympicam palmam contigiſſe negat, in Pythicis vero ludis ſtadium viciſſe eundem et in quinquertio duas reportaſſe victorias. At plures fuerunt hujus nominis, paſſim a veteribus confuſi. Vide *Schottum* ad *Zenob.* Proverb. VI. 23. p. 160. *Valcken.* ad *Herodot.* VIII. p. 640. 10. *Wolfium* in Epiſt. ad Vaterum in Rhetor. Ariſtot. III. 16. p. 215. — V. 1. πέντ' ἐπὶ πεντήκοντα. Superavit igitur etiam Chionidem Lacedaemonium, οὗ τὸ ἅλμα ποδῶν ἦν νβ (52.). *Euſeb.* Chron. p. 40. Vicerat hic ſaltu Ol. XXVIII.

CCVI. Ex *Athenaeo* L. II. p. 48. unde id ſumſit *Euſtath.* ad *Homeri* Od. α. p. 32. 30. ed. Baſil. p. 1400. 12. ed. Rom. Hinc relatum in Append. Plan. p. 507. St. 12. W. Celeberrimi fuerunt in arte veſtium texendarum artifices Aceſas et Helicon, Aceſae filius, Salaminii in inſula Cypro. Noſtrum diſtichon uni operum Heliconis, quod Delphis ſervabatur, inſcriptum fuit. — ὧν ἐνί. *Athen.* ᾧ praebuit *Euſtath.*

¶. 193.] *CCVII.* In Append. Plan. p. 506. St. 12. W. relatum ex *Pauſan.* V. 10. p. 398. Hoc diſtichon ſi per ſe ſpectas, Naxius, Byzae fil., tegulas e marmore primus adhibuiſſe, et ob hanc aliamve cauſam Apollini munus dedicaſſe dicitur. At hanc interpretationem vix patitur *Pauſanias*, cujus haec ſunt: τὸ δὲ κέραμα ἀνδρὸς Νάξιοι λέγουσιν εἶναι Βύζου· οὗ φασιν ἐν Νάξῳ τὰ ἀγάλματα, ἐφ' ὧν ἐπίγραμμα εἶναι· Νάξιος κ. τ. λ. Hinc apparet, *Naxium* non eſſe proprium hominis nomen, ſed gentile; verba autem, ὃς πρ. — κέραμον, non ad filium, ſed ad patrem Byzen referenda videntur. Jam cum vix ſit credibile, nomen dedicantis a poëta ſuppreſſum eſſe, probanda videtur *Loeſcheri* et *Sylburgii* emendatio Νάξιος Εὔεργος, quam cl. *Facius* in contextum admiſit. Ceterum cf. de tegulis marmoreis *Völkel über den groſsen Tempel zu Olympia.* p. 54.

CCVIII. In Append. Plan. p. 506. St. 11. W. ex *Pauſania* VI. 20. p. 504. ubi, deſcriptis carceribus in ſtadio Olympiae, eos a Cleoeta excogitatos eſſe tradit, idque inventum ipſi auctori tam praeclarum fuiſſe viſum, ut illud in ſtatua Athenis poſita notaret. Cf. *Pauſan.* I. 24. p. 57. Locum *Pauſaniae* de carceribus illuſtrat *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 643. et *Gedoyn ſur les Courſes des Chevaux dans les Mém. de l'Acad. des Inſcr.* T. XI. p. 519. ſqq.

CCIX. CCX. In Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Strabone* L. X. p. 463. qui Ephoro auctore tradit, Aetolum, Endymionis filium, ex Elide in eam regionem veniſſe, quae ab ipſius nomine Aetolia nuncupata eſt, Curetasque, qui eam tum habitabant, expuliſſe. Poſt decimam aetatem Oxylum Aemonis fil. ex Aetolia in Elidem profectum urbem ibi condidiſſe. In hujus rei documentum Ephorus excitaverat duo haec Epigrammata, quorum prius baſi ſtatuae Aetoli, in thermis Aetoliae, inſculptum fuit. De Aetolo vide *Pauſan.* V. 1. p. 376. *Apollodor.* I. 7. 6. ibique cl. *Heynium* p.

107. — V. 2. *τρεφθέντα.* Vulgo. Utrumque recte. Duplex in hoc vocabulo adſpiratio cl. editori fortaſſe poëtica oratione dignior viſa eſt. De *στρεφθέντα* et *θρεφθῆναι* (*Eurip.* Hecub. v. 600.) agens *Euſtath.* ad Il. ε. p. 393. 27. *προτιμῶντας γὰρ οἱ σοφοὶ τὴν καίριον τραχυφωνίαν τῆς ἀκαίρου λειότητος· ὡς δηλοῖ καὶ τὸ βρεχθῆναι τὴν γῆν παρὰ Δίωνι ἀντὶ τοῦ βραχῆναι καὶ τὸ θαφθεῖσαι παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταφεῖσαι.* — V. 2. *σταδίων. Strabo.* In Steph. *στάδιον* vitioſe, quod in *σταδίου* mutavit *J. Scaliger.* — V. 4. Edd. quaedam vett. *Strabon.* *Αἰτωλῶν.* aliae *Ἠλείων.*

CCX. Vide ad Ep. praeced. De Oxylo vide *Strabon.* L. VIII. p. 354. et p. 357. et *Pauſan.* V. 3. p. 381. — V. 1. *τόνδε δῆμον.* Eleos, qui ſe pro autochthonibus habebant. — V. 2. *Κουρῆτιν γῆν.* Aetoliam a primis ejus incolis appellatam. Vide *Brunck.* ad *Apollon. Rhod.* IV. 1229. p. 182.

CCXI. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* I. p. 19. C. De hoc Cleone, Thebano tibicine, nihil invenio. Eum ante Alexandrum M. floruiſſe, apparet ex hiſtoria, quam *Athenaeus* addit ex Polemone, de Thebano quodam, qui patria profugus aurum in ſinu ſtatuae Cleonis condidit, idque triginta poſt annos, patria reſtaurata, inde protraxit. — ¶. 194.] V. 3. *σφετέρης.* Vulgo.

CCXII. Plan. p. 220. St. 321. W. Illuſtris inter veteres muſicos Pronomus, qui primus invenit tibias, triplici modorum generi accommodatas. *Πρόνομος δὲ ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὗρησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας. Athen.* XIV. p. 631. E. ut hunc locum egregie reſtituit *Caſaubon.* ex *Pauſan.* IX. 12. p. 734. ubi, Pronomi ſtatuâ commemoratâ, non ſolum ejus inventum celebratur, ſed etiam hoc in ejus laudem additur, quod in theatro ſpectatores *τοῦ προσώπου τῷ σχήματι καὶ ἐπὶ τοῦ παντὸς κινήσει χρώματος* delectaverit. Apud *Ariſtophan.* in Eccl. v.

102. *Pronomi barba* commemoratur, ubi vide *Schol.* et *Suidam* in Πρόνομος. Obliteratum videtur ejus nomen ap. *Athen.* L. IV. p. 184. D. Ἀλκιβιάδην φησὶ μαθεῖν τὴν αὐλητικήν, οὐ παρὰ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ Προνόμου τοῦ μεγίστην ἀσχηκότος δόξαν. Lege Προνόμου. Memorabilis est locus *Dionis Chrysostomi* VII. Or. p. 263. ed. R. a *Schneidero* mihi suppeditatus, ubi orator Thebanos nihil tanti fecisse ait, quam ut tibicinandi artis peritissimi existimarentur. Hinc factum esse, ut Thebis eversis et diruptis cetera quidem negligerent, eam vero columnam anxie quaererent, ἐφ' ᾗ ἦν τὸ ἐπίγραμμα τὸ περὶ τῆς αὐλητικῆς·

Ἕλλας μὲν Θήβας νικᾷν προὔκρινεν αὐλοῖς.

καὶ νῦν ἐπὶ μέσης τῆς ἀρχαίας ἀγορᾶς ἓν τοῦτο ἄγαλμα ἕστηκεν ἐν τοῖς ἐρειπίοις. In versu a *Chrysostomo* laudato ἐν αὐλοῖς restituit *Casaubonus*. Cf. *Boettigerum* in Diss. de Tibiarum inventione in Mus. Attico I. 2. p. 302. sq.

CCXIII. Append. Plan. p. 507. St. 12. W. ex *Athen.* L. XIII. p. 609. D. συνέβη δὲ, ὡς ὁ Κλείδημός φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ ἔρωτα ἰδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται· Ποικιλομήχαν' Ἔρως κ. τ. λ. De Charmo, cujus filiam Hippias, Pisistrati fil., in matrimonium duxerat, vid. *Pausan.* I. 30. p. 75. *Clement. Alex.* in Protrept. p. 38. 33. quem locum correxit *Valcken.* in Diatr. p. 157. B. et *Henr. Valesius* ad *Harpocrat.* p. 40.

CCXIV. Append. Plan. p. 533. St. 29. W. ex *Suida* T. III. p. 655. Χάραξ Περγαμηνὸς ἱερεὺς καὶ φιλόσοφος, ὃς εὗρον ἐν ἀρχαίῳ βιβλίῳ ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον· Εἰμὶ Χάραξ κ. τ. λ. Ἔστι δὲ τῶν κατ' Αὔγουστον πολλῷ νεωτέρος· μέμνηται γοῦν ἐν τῷ β τῶν βιβλίων Αὐγούστου ὡς πάλαι γενομένου Καίσαρος· καὶ ἐν τῷ ζ Νέρωνος καὶ τῶν μετ' αὐτὸν βασιλευσάντων· ἔγραψεν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν βιβλία μ. Scripsit etiam Chronica, quae saepe commemorantur ap. *Stephan. Byz.* — Vide *Pinedo* in Comment. Auctor. p. 758.

CCXV. Plan. p. 298. St. 438. W. cum lemmate: Καλλιάδης στρατηγὸς Βυζαντίου τὸ περιβόητον τοῦ Βύζαντος ἄγαλμα κατὰ τὴν καλουμένην βασιλικὴν ἐνέδηκεν, quae verba ſunt *Heſychii Mileſii* de Conſtant. p. 52. ed. *Meurſ.* qui hoc Epigramma ſervavit. Byzas, Byzantii conditor, Neptuni et Croëſſae filius, ſecundum *Steph. Byz.* in Βυζάντιον. Vide *Du Cang.* in CP. chriſt. I. p. 45. *Petav.* ad *Nicephor.* p. 72.

CCXVI. „Epigramma hoc eſt in Planud. p. 438. „et perperam a Brodaeo expoſitum. Referendum eſt „ad Phidaliae ſtrategema, quo urbem a Scytharum obſi„dione liberavit, de quo videndus Heſychius Milenius „p. 47. et ad eum Meurſius.“ *Br.* Hiſtoriam narrat *Tzetza* in Chil. II. 60. Habet quaedam de Phidaliae ſtatua *Anonym.* de Antiq. CPol. ap. Bandur. I. VI p. 82. nr. 231. Cf. *Du Cang.* in CP. chr. I. p. 17.

CCXVII. Vat. C. p. 382. Plan. p. 28. St. 43. W. In ſtatuam Juſtitiae, cujus triſtem vultum poëta interpretatur. — οὗτος ὁ κλέπτης. De magiſtratu quodam rapaci accipe, qui re malis artibus aucta Juſtitiae ſtatuam ponere auſus eſt. — οὐδὲν ἔχων πρὸς ἐμέ. cum tamen nihil mecum commune habeat.

IN MYRONIS VACCAM.

¶ 195.] *CCXVIII.* Vat. C. p. 477. Plan. p. 304. St. 443. W. Vix bene tornatum diſtichon; ſed inter ea, quae ſequuntur, nonnulla etiam ineptiora ſunt. Haec Grammaticis, ingenium in eadem ſententia varianda exercitantibus, deberi exiſtimo. — V. 1. τάνδε. Vat. — Vitulus, vivam ſe matrem videre exiſtimans, vaccae aëneae blanditur.

CCXIX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 442. W. — V. 1. ἐπὶ στήλην. Vulgo.

CCXX. Vat. C. p. 476. Plan. p. 302. St. 443. W. Ineptum verſificatorem vel prioris verſus numeri produnt. — V. 2. „ἤδρασας. Sic ſcriptum inveni in uno „regiorum codd. et procul dubio verum eſt. Vulgo „ἴδρυσας. Vat. membr. ἔστησας.“ *Br.*

CCXXI. Vat. C. p. 476. Ἀντιπάτρου Σιδ. cujus duo praecedunt Epigrammata in Plan. p. 303. St. 443. W. Quod haec Epigrammata vulgo tanquam ἀδέσποτα circumferuntur, non *Planudis* culpa factum eſt, ſed editorum, qui lemmata appinxerunt, quibus carent Codd. et Ed. pr. Flor. — Elegans diſtichon, quo poëta ſe pulchritudine vaccae deceptum fingit. Nova converſio et τῷ παραδόξῳ jucunda. — V. 1. Tentabat *Huetius* p. 30. μὴ δάμαλιν —, quod a poëtae mente alienum eſt. Vaccam Myronis vitulo ubera praebere fingit *Antipater*. Paſtorem igitur, reliquum gregem coërcentem, nec ſequi, nec ei fiſtulâ vaccam vocanti obedire poteſt. — V. 2. ἀπεκδέχεται. Vat. C.

CCXXII. Vat. C. p. 476. Ἀντιπ. Σιδων. Plan. p. 303. St. 443. W. — V. 1. „Neſcio an alibi μόλιβος feminino „genere occurrat. Librarii error eſſe videtur, qui quum „reperiſſet ὁ μόλιβος, et qua ratione verſus ſic recto pede „ſtare poſſet non intelligeret, bene ſe emendare cre„didit ἁ.“ *Br.* Si vera eſt obſervatio cl. editoris, τὸ μ in pronuntiatione duplicandum. Vide *Clark.* ad *Homer.* Ιλ. π. 358. — V. 2. „Sic etiam libri omnes, ſed men„doſe. Scribendum θρόον. Hae voces facile permu„tantur. Vide Theocrit. in Hyla (XIII.) 40. et quae „ibi notavit doctiſſimus Toupius.“ *Br.* θρόον recte exhibent membr. Vat.

CCXXIII. Vat. C. p. 476. ἄδηλον. Plan. p. 303. St. 444. W. Myron, cum vacca ſua armento boum immiſta eſſet, eam a vivis ipſe discernere non potuit, donec illas propelleret. — V. 1. Pro ἐρεύνα Vat. C. ἐζήτει habet. — V. 2. τὰς βόας. Ibid. Hoc praetulerim vulgatae.

CCXXIV.

CCXXIV. Vat. C. p. 476. ſine lemmate. Plan. ibid. Myronis manus vaccam illam non finxiſſe, ſed peperiſſe videntur. Ejusmodi acumine *Antip. Sidon.* Ep. XXX. 5. 6. ubi Onatas Apollinem μετ' Ειληθυίης ἀπεπλάσατο. Simile Epigramma ante oculos habuit *Auſonius* LVIII.

Bucula ſum coelo genitoris facta Myronis
Aerea: nec factam me puto, ſed genitam.

¶. 196.] *CCXXV.* Vat. C. p. 476. Plan. p. 304. St. 444. W. — ἀ χεραή. Vat. C.

CCXXVI. Vat. C. p. 477. Plan. ibid. „Vulgo legi„tur Φεῦ ὁ Μύρων πλάσας οὐκ ἔφθασας. In membr. omiſ„ſus articulus ὁ, ita ut verſus adhuc minus integer ſit.“ *Br.* Nimia videtur cl. editoris mutatio. Mihi in mentem venit:

Βοῦν σὺ Μύρων πλάσσας οὐκ ἔφθασας.

eo ſenſu, quem ſummus *Grotius* expreſſit:

Ah nimium, Myro, tardus eras; aes conſtitit ante,
Infudit vitam quam tua dextra bovi.

περὶν ψυχὴν βαλέειν. Cf. not. ad *Joann. Barbuc.* Ep. VI. T. III. P. I. p. 20.

CCXXVII. Vat. C. p. 476. Ἀνακρέοντος. Ejusdem poëtae nomine inſcribitur in Plan. p. 303. St. 443. W. Vide *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 473. Vertit *Auſonius* Ep. LXII.

Paſce greges procul hinc, ne, quaeſo, bubulce, Myronis
Aes, veluti ſpirans, cum bubus exagites.

Faceta eſt hujus diſtichi parodia *Philippi Theſſ.* Ep. XL.

CCXXVIII. Vat. C. p. 476. τοῦ αὐτοῦ. (*Anacreontis.*) Sic etiam Planud. l. c. *Fiſcher.* ad *Anacr.* p. 472. Myronem ſibi gloriam vaccae arte elaboratae falſo vindicare; veram bovem aetate obriguiſſe. — V. 1. χοὐ-

νοις. Formam ex luto ſignificare videtur, cui aes infundebatur. Vide inprimis *Schneiderum*, qui de diverſis hujus vocabuli ſignificationibus fuſe disputavit in Lex. L. Gr. T. II. p. 849.

CCXXIX. Vat. C. p. 478. ἄδηλον. In Plan. p. 396. St. 445. W. *Gemino* tribuitur. Conſ. *Philipp. Theſſ.* Ep. XLIX. — V. 2. φέρων. Vulgo. φέρων ψευδομένα δαμάλι. Vat. C. quod reponendum. — V. 3. δι' ἔργων. i. e. διὰ τέχνης.

¶. 333.] *CCXXIX.b* Ex *Suida* in βοῦς ἑβδομος. T. I. p. 448. Ineptum colloquium inter hircum et bovem, qui in argentea tabula celati erant. Bos humi cubabat; hircus ei ex adverſo erat poſitus. — V. 3. δ' om. *Suid.*

¶. 196.] *CCXXX.* Plan. p. 397. St. 142. W. ſine auctoris nomine. Quam auctoritatem ſequutus *Natalis Com.* in Mythol. V. 6. id ad *Ibycum* referat, ignoro equidem. Praecedit in Plan. Ep. *Antiphili*, tum noſtrum ſequitur ſine lemmate. Num ergo *Natalis Antiphilum* cum *Ibyco* confudit? — Ceterum elegans eſt et optimae notae Epigramma noſtrum, in quo Clymenus quidam Pana rogat, ut, fiſtula ſuaviter inflata, gregem ad paſcendum invitare velit. Carminis genus, quod hoc efficere poſſe putabatur, νόμιον appellabant paſtores. Daphnis ap. *Longum* IV. p. 111. ἐνέπνευσε τὸ νόμιον, καὶ αἱ αἶγες ἐνέμοντο, νεύσασαι κάτω. Capellas cantu tibiae demulcentem paſtorem graphice depingit *Alciphron* III. 12. p. 305. ſq. — V. 2. expreſſus videtur ex *Platon.* Ep. XIV. πὰν, ὑγρὸν ἰεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων. ubi *Ruhnkenio* placebat γυρόν, Epiſt. cit. p. 63. *Alciphron* l. c. λαβὼν τὴν σύριγγα ἐπέτρεχον τῇ γλώττῃ στενὸν τὸ πνεῦμα μετὰ τῶν χειλῶν ἐπισύρων, καί μοι ἡδύ τι καὶ νόμιον ἐξηκούετο μέλος. — χρύσεοι δόναξες, quamvis in Dei manibus, non ſatis placent, niſi in univerſum *egregii* intelligendi ſunt calami. Putabam

κυρτὸν ὑπὲρ γλυκερῶν χείλος ἰεὶς καλάμων.

Ceterum κυρτὰ χείλεα olim lecta fuisse videntur in fragm. *Sosicratis* ap. *Athen.* XI. p. 474. B.

λεπτὴ δὲ κυρτοῖς ἐγγελῶσα χείλεσιν,
ἅβρα κόρη Σκείρωνος, ἡσύχῳ ποδὶ
προσῆγε πρᾴως καὶ καλῶς τὸν κάνθαρον.

Vulgo κυρτοῖς κύμασιν legitur. — V. 3. „βεβριθότι. Ita „emendavi. Vulgo βεβριθότα.“ *Br.* Convenit *Virgil.* IV. Eclog. 21. *Ipsae lacte domum referent distenta capellae ubera.* Haud tamen scio, an damnanda sit enallage βεβριθότα δῶρα, *onusta munera lactis.* Talia haud pauca et duriora etiam passim apud poëtas obvia. — V. 5. πέσοις αἰγῶν. *Vir gregis ipse caper. Virgil.* VII. Ecl. 7.

¶. 197.] CCXXXI. Planud. p. 343. St. 483. W. Priapus, in horto oleribus consito positus, furibus minatur. — V. 2. αὐτῇ ποτὶ πρασιῇ. *non satis modestas Quicunque attulerit manus agello: Is me sentiet esse non spadonem, Hic inter frutices loco remoto.* Lusus in Priap. XIV. — V. 4. τοῦδε χάριν. Eam ob causam hic sum positus, ut te ea, quam dixi, poena afficiam. Agricola fanum Lampsaceno Deo dedicans in Lusibus nr. LXXXIII.

Pro quibus officiis, si fas est, sancte pacisor,
Assiduus custos ruris ut esse velis:
Improbus ut si quis nostrum violarit agellum,
Hunc tu — sed taceo. Scis, puto, quod sequitur.

CCXXXII. Plan. p. 306. St. 446. W. Hoc Epigramma, sicut et praecedens, elegantissimis Anthologiae carminibus annumerandum. — V. 1. τοὐμπρασιῇ. i. e. τοῦ ἐν πρασιῇ. — V. 2. „Florentina editio et duo „regii codd. τοῖος ὁ κῶν ἐν ὁρῇς. quam lectionem servant „editiones omnes usque ad Stephanum, qui dedit τοῖος „ἐὼν ἐν ὁρῇς, salvo quidem sic metro, sed non meliori

„conſtructione.“ *Br.* Valde dolendum, quod hoc Epigramma, ut plurima alia, quae ad ſtatuas et ſimulacra ſpectant, in Vat. C. deſideratur. Violentior eſt in hoc verſu cl. editoris mutatio, quam ut poëtae ſua manus reſtituta videri poſſit. Verum tamen exiſtimo κύων de acri cuſtode poſitum. Cf. *Scaliger.* ad *Varron.* de L. L. p. 44. — V. 3. σύκινος. Ligno ficulneo, ut molli aliisque rebus fere inutili, ad Priapos formandos utebantur. *Horat.* I. Serm. VIII. 1. *Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum; Quum faber incertus, ſcamnum faceretne Priapum, Maluit eſſe Deum.* Vide Ep. *Theocrit.* IV. 2. — „Pro οὐ ξυκάνῃ vulgo οὐ βίνῃ κεκονη„μένος. male, ut cenſeo; limae in ligneis operibus uſus „non eſt, ſed runcinae. In Priapeiis:

„*Huc adde, quod me terribilem deum fuſte*
„*manus ſine arte ruſticae dolaverunt.*

„et alio in loco:

„*Non me Praxiteles Scopasve fecit,*
„*nec ſum Phidiaca manu politus:*
„*ſed lignum rude villicus dolavit.*

„ξυκάνῃ facile in βίνῃ depravari potuit. Occurit hujus „inſtrumenti nomen in Leonidae Tar. Epigr. XXVIII. „cujus partem laudat Suidas in hac voce, quae H. Ste„phano in Theſauro omiſſa. βίνη vero aurificum inſtru„mentum eſt.“ *Br.* Docta emendatio; an vera, haud dixerim. Rudi ſe manu elaboratum dicit Priapus, ſecuri ſimilibusque inſtrumentis, non iis, quae artifices elegantiorum uſurpant operum. βίνη autem non ſolum limam ſignificat, ſed etiam aſperam limaeque ſimilem *ſquatinae* cutem (*Heſych.* βίνη. ἰχθύος δορά. Cf. *Athen.* L. VII. p. 319. E.), qua *ligna et ebora poliebant* veteres, docente *Plinio* H. N. IX. 12. 14. Eandem eſſe τὴν βίνην et *ſquatinam* ſive *ſquatum*, apparet ex eodem

L. XXXII. 53. T. II. p. 595. *Rhina, quem ſquatum vocamus.* ubi *Harduinus* excitavit *Iſidor.* L. XII. Origg. 16. *Squatus dicitur, quod ſit ſquamis acutis, unde et ejus cute lignum politur.* Hinc, ni fallor, abunde patet, recte ſcribi:

σύκινος, οὐ βίνᾳ πεπονημένος.

Quae ſequuntur, οὐδ' ἀπὸ μίλτου, non ad rubrum colorem referenda, quo Priapi ſimulacra tingi ſolebant, ſed ad canones rubrica coloratos. Cf. not. ad *Leonid. Tar.* Ep. V. 3. T. I. P. II. p. 61. Solebant autem ſtatuarii in marmoris trunco lineas rubro ducere, quibus illum in quadrata dividerent; id quod etiam hodie a ſtatuariis fieri ſolet. Hoc igitur quoque ad artificium ſtatuae elaborandae facit. — V. 4. ξοΐς. μεταλλικὸν σκεῦος ἢ λιθουργικόν. *Heſych.* Ex noſtro loco apparet, τὴν ξοΐδα etiam ad lignum ſcalpendum eſſe adhibitam. *Falcem* appellat *Propert.* IV. 2. 59. ubi Vertumnus: *Stipes acernus eram properanti falce dolatus.* — παιμενική. *Ego haec, ego arte fabricata ruſtica, Ego arida, o Viator, ecce populus. Catull.* in Luſ. LXXXV. *Quercus arida, ruſtica conformata ſecuri.* Ibid. LXXXVI. — V. 5. »Vulgo ἀγεσῖος γέλασσον· μετὰ δ' εὐκλείους πεφύλαξο. Sine ſenſu.« *Br.* Schol. Wechel. etiam ἀχεσῖος legi notavit, quod probat *Hunius* p. 30. minus commode tamen *Horatii lignum inutile* comparans. ἀχεσίως γέλασσον dictum ad imitationem *Homeri* Od. Σ. 162. ἀχεσῖον δ' ἐγέλασσεν. i. e. ἄκαιρον καὶ πρὸς οὐδεμίαν χρείαν. *Euſtath.* p. 663. 45. Hinc vocabulum procudit *Cratinus* ἀχεσιόγελως ap. *Hephaeſt.* p. 48. quod *Suidas* interpretatur: ὁ ἐπὶ τοῖς ἀχρήστοις καὶ μὴ σπουδαίοις γελῶν καὶ χαίρων. — Quod ſequitur ap. noſtrum φυτὰ πεφύλαξο, etiam debetur *Scholiaſtae*, qui ut diverſam lectionem protulit, quod equidem pro mera gloſſa habeo. Scribendum enim, ne litera quidem mutata:

ἐχρεῖως γέλασόν μ' τὰ δ' — πεφύλαξο
σίνεσθαι, μὴ καὶ σαρδάνιον γελάσῃς.

τὰ δὲ, *haec*, scil. olera, ad quae digitum intendit. Superest εὐκλείους, in quo haeremus. *Anonym.* Bibl. Bodl. εὐκλείας in marg. notavit, nescio quo sensu. Nec cl. editoris emendatio satisfacit. Fortasse emendandum:

τὰ δ', εἴ γε κλύεις, πεφύλαξο.

Inepti istius risus tibi do veniam; at haec olera, si me audis, ve laedas cave; ne forte, injuriam gravi poena luens, Sardonium risum rideas. Εἴ γε κλύεις, quod a vulgata proxime abest, his minis aptissime inseritur. Similiter Hortorum Deus in Lusibus nr. LIII.

Quare, qui sapiet, malum cavebit,
Cum tantum hic sciet esse mentularum.

Plaut. Menaech. I. 2. 13. *Malo cavebis, si sapis, virum observare desines.* Viri nomen Eucleïs, nunquam a me lecti, hîc nobis obtrusit *H. Grotius*, cujus felix alias ingenium in hujus carminis interpretatione desidero:

Hic ego sum positus servare sed eminus hortum:
Nunc talis, qualem, qui prope es, ipse vides.
Ficus eram, nec lima Deum, nec fecit amussis,
Sed pastorali ducta dolabra manu.
Quantumcumque cupis, vide: sed ab Eucleïs horto
Nil cape, ne risus sit tibi Sardonius.

Finis Primae Partis Tertii Voluminis.

VA1
1554048

Digitized by Google